







1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

VITAE SELECTAE quorundam Eruditissimorum ac Illustrium Virorum, ut et Helenae Cornarae et Cassandrae Fidelis, a clarissimis viris scriptae [illegible] antehac separatim editae, denuo ob summam raritatem et praestantium recusae, ac in unum volumen redactae [illegible] 8vo. Rom. types, (4) ll., 728 pp. Good copy in hf. vellum. 18th cent. English armorial ex-libris on the inside cover.


For Christ. Bauchius, Breslau, 1711.

Rare. Contains lives of the physicians, H. Praes[illegible] O. Borrichius; John Oporinus, a famous Basle printer (pp. 657-693) with a list of books printed by him (pp. [illegible]; E. Co[illegible] John V. Pinelli, an Italian bibliophile; [illegible] by Th. Smith; P. Casanova; N. Fabre and other prominent 16th cent. men, including the lives of famous women, H. Cornara, philosopher, poet and philologist, and Cassandra Fidelis, a 15th cent. philosopher.

Not in Graesse, Brunet, Deschamps, Vallée or Th[illegible]

A copy in t' Br. Mus.

VITÆ SELECTÆ
QVORVNDAM ERVDITISSIMORVM AC ILLVSTRIVM
VIRORVM,
VT ET
HELENÆ CORNARÆ
ET
CASSANDRÆ FIDELIS,
A CLARISSIMIS VIRIS SCRIPTÆ
ET ANTEHAC SEPARATIM EDITÆ,
DENVO OB SVMMAM RARITATEM
ET PRÆSTANTIAM RECVSÆ,
AC IN VNVM VOLVMEN REDACTÆ,



VRATISLAVIÆ,
Sumptibus CHRISTIANI BAVCHII.
M. DCC. XI.

335.



LECTORI SALUTEM.



Ua abuteremur patientia, ſi operoſius explicare conaremur, qvam præclarè de ſtudiis meriti ſint, qvi doctorum virorum memoriam ſcriptis ſuis immortalitati mandarunt. Certè Morhofius, idoneus ſi qvisqvam alius hâc in cauſâ judex, honorem non vulgarem iis decernit *lib. 1. Polyhiſtor. cap. 19.* ſcribens: *præcipuam hiſtoriæ literariæ partem vitarum ſcriptores conſtituunt.* Unde etiam, qvanta ex lectione eorundem in ſtudioſos redundare poſſit utilitas,

 elu-

elucescit. *Prout enim*, verba Morhofii referimus, *incidimus in vitam vel Philosophi vel JCti vel Medici vel Politici, ita multa discimus, qvæ ad scientias illas spectant, ἐν τύπῳ illo περιστατικῷ singularia, de qvibus nunqvam cogitarunt, qvi præcepta tantum proponunt. Ex illis arcana qvædam colligi possunt, qvæ non scientiam tantum, sed & prudentiam hominis literati augent.* Præcipuè verò animum pascunt ac saturant vitæ eorum, qvos ingeniô, eruditione ac doctrina cæteris præstitisse constat, non à *qvibusvis rudi penicillo delineatæ*, sed vel ab ipsismet illis doctis viris, vel ab aliis, qvibus vel amicitiâ, dum viverent, conjuncti erant, vel famâ & auditione noti fuerant, ad vivum expressæ. Qvod cum probè intelligeret Vir clarissimus Christianus Gryphius

vitas præſtantiſſimorum hominum, in qvibus vel ipſi vel alii viri Celeberrimi æternitati conſecrandis multum laboraverant, ſolicito undiqve ſtudio conqvirere & in aliqvot volumina redactas typis vulgare conſtituerat, firmiter perſvaſus, arcto obligationis vinculo ſibi obſtrictos fore eruditiſſimos qvosqve in Germania & alibi, cum ſcripta iſta ad paucorum notitiam pervenerint, ac in officinis librariis fruſtra qværantur. Sed Gryphium præter ſpem mors abſtulit, anteqvam collegiſſet, qvæ vel ad mediocre volumen conſtituendum ſufficiunt. Cum verò inſtitutum Gryphii viri doctiſſimi, ac inter eos celeberrimus Menckenius, vehementer probarent, liberaliter qvasdam vitas in armariis ipſorum deliteſcentes communicarunt. Di-

gna qvoqve vita Oporini Typographi eruditiſſimi viſa eſt viro cuidam docto, qvæ reliqvis adjungeretur, eô præſertim nomine, qvod Catalogus librorum, qvi ipſo obſtetricante aut beneficio preli ejus lucem viderunt, in calce adjiciatur. Chriſtianus de Helvvich, Sereniſſ. ac Regiæ Polon. Principis Eliſabethæ Neoburgo-Palatinæ Conſiliarius & Archiater, chartas ſuas de vita Pfeifferi ſoceri ſui ſuppeditavit, unde nonnulla, qvæ res Pfeifferi concernunt, retentis verbis Helwichii, excerpta fuerunt. Cæterum cum Gryphius vitam duarum fœminarum, in qvibus & præſtantes eluxere virtutes ac ingenii forma cum magnâ eruditione enituit, huic ſyntagmati inſerere voluerit, ejus Conſilium ſeqvi placuit, nec

qvicqvam ſanæ cauſæ eſt, cur ex hoc choro, cujus ornamenta eſſe poſſunt, excludi debeant. Poſtremo nulla in his vitis diſponendis habita eſt religionis, ætatis vel dignitatis hominum ratio, ſed eô ſingulæ ordine collocatæ ſunt, qvo ſeſe obtulerunt. Atqve hæc fuerunt, de qvibus Te admonere, non alienum putavit Bibliopola, qvi de tuô favore propemodum certus, magno enitetur ſtudiô, ut novum volumen brevi prodire poſſit. Summo eum beneficio Tibi devincies, ſi vel indicâris vel, qvod magis optat, ſubminiſtrâris, unde novus tomus inſtructior ac ornatior fieri qveat. Non parcet ſumptibus & cum meritâ nominis tui laude beneficium hoc celebrabit. Vale.

VITÆ
IN HOC VOLUMINE
DESCRIPTÆ.

VITÆ
ALIQVOT
SELECTÆ.



HIERON. FRACASTORII VITA.



Ieronymus Fracaſtorius Veronenſis, Fracaſtoria perantiqva Veronæ, atque ob id valde nobili familia ortus, non antiqvorum modo civium ſuorum Catulli, & C. Plinii gloriam æmulari, ſed omnes prorſus noſtræ, & ſuperioris ætatis homines præſtanti omnis doctrinæ laude, & eximia in pangendis carminibus gloria, longo intervallo ſuperare contendit. Is, Paulo Philippo Fracaſtorio, & Camilla Maſcarellia Vicetina, ſummæ probitatis parentibus ortus, atque à patre liberaliter educatus, ut primum per ætatem in luce hominum verſari cœpit, tale de ſe ſpecimen apud omnes præbuit, ut jam tum ex eo adhuc puero, qvi poſtea vir futurus eſſet, facile homines conjectarentur. Qvod immortalis Dei maturo qvoqve teſtimonio pridem fuerat confirmatum; qvum pene infans, & vix cunis egreſſus, à matre, qvadam die in ulnis blande pertractatus, dum gravis forte tempeſtas repente coorta eſ-

ſet, ipſa fatali de cœlo icta fulmine incolumis ſervaretur. Patavium, ad capiendum animi cultum, adhuc adoleſcens, profectus, ingenti cura, atqve indefeſſo labore, jam tum ad ſummum gloriæ faſtigium generoſi ſpiritus indole ſibi iter aperuit; qvum poſt bonarum literarum cognitionem, ad arcana cujusqve doctrinæ, ſed Mathematicarum præcipue ſcientiarum, infinita lectione, inuſitataqve memoria ſibi eſſe penetrandum judicaſſet. Sed qvum Philoſophiæ ſtudiis per multos annos operam dediſſet, Petro Pomponatio Mantuano præceptore uſus, tanto animi ardore atqve alacritate, genio ſvadente, ſe totum ad Medicinam convertit; tanta porro contentione in Gymnaſio per qvotidianas medicorum diſceptationes ſeſe exercuit, ut doctores ipſi, atqve æqvalis juventus, eum ad omnia natum eſſe divino qvodam conſilio, faterentur, illiqve maximos ſuggeſtus honores tunc detulerint; qvod Patavii ante illum nemini, niſi maturo in ſtudiis, & perfectæ demum ætatis viro, contigerat. Studiorum ſocios, & ſodales habuit Patavii illuſtriores qvosqve ejus ætatis juvenes, Gaſparem Contarenum, qvi poſtea Cardinalis fuit; Andream Naugerium, & Marcum Antonium Contarenum, Patricii ordinis Venetos, eosdem poſtea clariſſimis legationibus ac magiſtratibus inſignes; Joannem Jacobum Bardulonum Mantuanum, qvi graviſſimus Philoſophus fuit; Pomponium, ac Lucam Gauricos fratres, Aſtronomiæ peritiſſimos; & Joannem Baptiſtam Rhamnuſium, qvi poſtmodum X.virum Conſilii Senatus Venetiarum à Secretis fuit, Græcarum literarum, ſed

Coſmo-


Coſmographiæ præſertim, atqve omnis fere Hiſtoriæ peritiſſimum: ſed præter cæteros, Marcum Antonium, JoannemBaptiſtam,&Rhaymundum Turrianos, nobiliſſimos fratres Veronenſes, præcipue coluit; qvibuscum qvotidiano fere in convictu Patavii verſabatur, qvum Hieronymus eorum pater, exactæ doctrinæ, & auctoritatis vir, primum inter medicos in eodemGymnaſio honeſtiſſimis conditionibus ſuggeſtus locum obtineret. Sed, exorto demum bello, & everſo Patavino Gymnaſio, qvum nuntiata eſſet illi patris mors, & in patriam iter pararet, Livianus, Venetarum copiarum Imperator,Muſarum liberalis hoſpes,& ingeniorum cenſor longe graviſſimus, honeſtiſſimis accitum conditionibus, in AcademiamForoiulienſem, ad portum Naonem inſtitutam,in Andreæ Naugerii,& JoannisCottæ,præcellentium poëtarum, contubernium evocavit. Ubi cum aliqvandiu verſatus eſſet, carminumque, qvæ ab eo qvotidie, ex nobili ſemper occaſione ſummæ dignitatis emanabant, auctoritate univerſæ Italiæ carus, ac jucundus eſſe cœpiſſet, illius ſcripta exinde publico ſemper excepta plauſu, reliqvorum ad hanc diem omnium famam oppreſſerunt. Sed qvum pluribus bellis Livianum ſecutus eſſet,eo tum demum ex ipſa Gallorum adAbduam victoria fuſo, ac capto, ſe in patriam ſero contulit, qvum omnia pene funditus everſa, ac devaſtata direptionibus, & incendiis paterna bona expoſita reperiſſet. Duxit uxorem, vivo adhuc ſvadenteqve patre, dum ſtudiorum cauſa Patavii moraretur, haud pari felicitate; qvum non duorum modo, qvos immature ſibi ereptos nobili carmine acriter dolet, filio-


rum funeri interfuiſſet, niſi,præterPaulum Philippum (qvem hodie Veronæ præclaro florentem ingenio admiramur) tertium qvoqve,annis gravem,& conſilio maturum amiſiſſet. FuitFracaſtorius parva qvidem, ſed qvadrata corporis ſtatura, latis humeris, & barba decenter honeſtatus; nigra coma prolixaque; facie rotunda,ſubnigris oculis, naſo,ab diutiſſime contemplandis ſtellis contracto, ſimoqve: cæterum totius oris adſpectu, ingenium maxime vividum, miram probitatem, ſinceriqve animi candorem referente. Domum habuit Veronæ, juxta D. Euphemiæ; qvanquam ſeceſſu Caphio, Melſineoqve plurimum oblectaretur. De qvo qvidem Caphio monte,anteqvam ſermo ulterius proferatur, pauca ideo dicenda eſſe videntur, ne locus, toto Veronenſi agro hoc tam eximio cultore celeberrimus, qvum is ingenuo pudore detentus, de eo pauca admodum ſcripſerit, omnino ignoretur.

Eſt Caphius mons, ad radices Baldi XV. millia paſſuum Verona diſtans inter Atheſim, & Benacum medius. Ibi, cum paululum adſcenderis, villa in collis jugo, in media planitie, ad conſpectum Benaci, (non eximiis illa qvidem, ut reguli, ac beatioris fortunæ homines, opibus ingenioqve validiores, ſupra civilis fortunæ cenſum,ædificarunt,picturis exornata, ſed uno tantum loci genio, ac ſitus prærogativa admirabilis) reperitur. Qvadrata domus eſt, ac liberiori undiqve, præterqvam ab aqvilone, cœli facie coronata: nam qva ab oriente Atheſim, ad radices montis ex intima Germania, prope Baldum, rapido curſu defluentem attingit, Veronam urbem, & circumfuſas innu-

innumerabiles in ſubjecta planitie villas longiſſime proſpectat; atqve in his, omnis generis armenta errantia, & fumantia ſub veſperam tecta intuetur. Ab occidente autem Benacum è converſo lætiſſima facies excipit: pari hercle occurrentium collium varietate mirabilior, ac jucundior: qvum vel altos interdum Benaci fluctus, & beatam Catulli peninſulam, ac veliferas item claſſes, & piſcantium naviculas longe advenientes perſpectare, tum diverſa oppida, apricis promontoriis expoſita, lubet contemplari. Hinc Bardolinum ſubjectum; hinc freqventi olea, & citriis colles (*) *coronatos*; hinc demum nemoroſa, & læta virentibus paſcuis, naſcentium montium juga deſpectantur. Noxios ventorum flatus ad meridiem, paululum extans ante domum cubitus, eminentibus pomiferis arboribus jucundus; ac Baldus mons, ad aqvilonem vergens, omnem hiemis duritiem procul expellit: ita tamen, ut & in media æſtate, qvum ex alto ſol urget, obortis eteſiis blandiſſime ventiletur, nec ardere in cœlo Sirium ſentiat, & per hiemem apricum fere ſemper ſolem, & nebulæ omnis expertem diem admittat. Benacus porro, qui maritimi littoris naturam æmulatus, nunqvam gelaſcit, atque omnem hiemis duritiem ſvaviter frangit, freqventi nobilium Troctarum, & Carpionum piſcatione, non parum momenti cæteris qvoqve affert commodis. Hic illum interior domus, æſtivis hibernisqve cubiculis, atque interioribus conclaviis, ubi amicos benigne, atque hilariter excipere conſveverat, perqvam com-

* F. Coronati; in utraque tamen Editione & prima & tertia ita lego









moda, qvod magnopere Musis expetitur, strepitu vacua, atqve alti plena silentii, omnibusqve munditiis nitida, ad secretiora accedentem studia comiter accipiebat; qvando editis æternæ famæ carminibus, nobile illius caput sertis, & virenti per omnem Europam laurea coronaret.

Vitæ genus adamavit qvietum, cunctis solutum curis & litibus, qvum vir minime ambitiosus, & parvo contentus, honestæ, ac jucundæ vitæ ad bonam semper frugem percupidus, unam tantum studiorum laudem spectaret: hilari ac frugi mensa, exactissima semper ad tuendam valetudinem ratione instructa: tam aperto, liberali, & perblando semper ingenio, ut, qvum summa esset morum temperie, facilitateqve naturæ, non eloqvio, non cultu fastum ullum ostenderet: nunqvam in alieni operis censura amarulentus, aut parcus laudator esse consvevisset: ut etiam Joannis Baptistæ Montani medici clarissimi, illius vel æmuli, vel, ut plures judicabant, in re medica principatum acriter affectantis mortem, nobili Epigrammate sit proseqvutus. Medicinam, ad qvam perdiscendam se totum ab adolescentia convertit, & in qva, nominis celebritate, primum inter illustres totius Europæ medicos locum obtinebat, toto vitæ tempore ita exercuit, ut in affectis corporibus sanandis, in qvibus illi mirifica qvædam, & divina prorsus vis fuit, nullius qvæstus potius qvam officii rationem haberet. Et qvoniam hac vitæ ratione multorum amicitiam suo sibi beneficio comparaverat, inimicum vero merito habebat neminem, omnes non Venetiæ tantum, atqve illius oræ, sed externi etiam principes,

& reguli,, ut de, vel desperata, vel dubia vitæ re illum consulerent, maximis ad se conditionibus accersebant: à qvibus ille discedens, salute eisdem restituta, nullum prorsus pretium, præter amicum animum in patriam referre unqvam volebat. Delectabatur, cum in otio esset, antiqvorum historias, & illustria clarissimorum virorum facta perlegere; adeo, ut Plutarchus, atqve interdum Polybius ex manibus fere nunqvam exciderent. Mathematicis item scientiis, & præsertim Musicæ, oblectandi animi causa, studium adhibebat: sed ex mitioribus omnibus disciplinis, in unamCosmographiam incumbebat; qvam tanto studio qvandoqve colere consveverat, ut gravioribus qvandoqve studiis intermissis, terrarum omnium, ab Lusitanis primum in Oriente, mox à Columbo in occidente, nostro seculo inventarum descriptiones & loca, ligneis orbibus ad amussim affabre factis, altitudinum, & latitudinum adhibitis dimensionibus delinearet. Consvetudo assidua illi erat multum cogitandi, plurima secum animo volvendi: neqve enim vel deambulando tempus ullum labi frustra vir nunqvam otiosus patiebatur: ideoqve & raro admodum, & nisi plurimis adhortationibus invitatus, loqvebatur: tristemqve ac severum homines existimabant; qvum illius sermonibus ad hilaritatem sæpius conversis, nihil lætius, nihil urbanius posset reperiri. Sed qvi herbariæ facultati, ac simplicibus medicamentis, ex antiqvorum libris accurate perdiscendis, egregiam pridem operam navaverat, non obscuræ laudis compositionem, atqve adversus pestilentes febres miræ potestatis antidotum, qvod Diascordion appellant,

medentibus ſimul, & pharmacopolis neceſſarium ſuperioribus annis, magna hercle noſtri ſeculi utilitate, paravit; qvum multis præterea herbis, ab antiqvis pridem deſcriptis, ſed noſtro ævo incerta ſimilitudine perobſcuris, eruditam claritatem attulerit. Amicos habuit nobiles qvosqve totius Europæ, atqve in omni doctrinæ genere præſtantes viros, ne ullum, aut alterum eorum hoc loco commemorem, tam fauſto, feliciqve ſemper eventu, ut illum omnes, non ut ſummæ doctrinæ, ac probitatis virum adamarent, ſed qvaſi qvoddam in terras delapſum numen mirarentur. Sed graſſante demum in urbe peſtilentia, qvum primo qvoqve tempore in ſuos ſe Caphios tranſtuliſſet, & multum otii nactus eſſet, ſuperatis hercle omnibus, qvicunqve plurimos abhinc annos floruiſſent, poëtis, Syphilida Petro Bembo, Leonis X. Pont. Max. tunc à Secretis dicatam, perenni, atqve eo prope æterno carmine decantavit; tanta omnium admiratione, ut, qvum non multos poſt annos Neapolin, ad Jacobum Sanazarium in lucem edita deferretur, vir ille omnium noſtræ, & ſuperioris ætatis diſertiſſimus, & Virgilianæ majeſtatis affectator egregius, atqve alieni carminis laudator alioqvi parcus, atqve amarulentus, Hippolyto Medici Cardinali, qvi forte ad eum ſalutandum, nobili eruditorum corona ſtipatus, atqve adeo ipſo Montano, acri æmulo, acceſſerat, hunc unum eſſe confeſſus ſit, à qvo non Jovianus modo Pontanus, ſed ipſemet qvoqve in Partu virginis, accurata carminis dignitate, viginti amplius annorum lima, ac labore perpoliti, eſſet victus. Cæterum in amicitiis *alendis*, ac conſervandis (ut pauci ſolent) fuit Hieronymus

nymus inprimis diligens, ac circumſpectus. Amabat omnes; omnium ſemper obſeqviis, ac commodis erat intentus, ut, vel in media hieme, à Chriſtophoro Cardinale Madrutio, Principe Tridentino, qvi Fracaſtorium mirifice diligebat, valetudinis cauſa accerſitus, Tridentum magnis itineribus, ſemel atqve iterum, per abruptas convalles, proficiſci non gravaretur. Eorum vero, qvorum fidem, benevolentiamqve in ſe cognitam atqve exploratam habebat, mutuis, atque iis qvidem fere ſemper majoribus, obſeqviis proſeqveretur, &, non viventes ſolum, qvod magnum eſt, coleret; ſed ſuam in vita functos etiam, qvod præſtantius eſt, benevolentiam, qvantum in ſe eſſet, voluerit teſtatam relinqvere. Id qvod ex poſtremis illius ſcriptis facile patet, qvibus Turrianorum Veronenſium nobiliſſimorum fratrum memoriam, cum eorum alterum in dialogo de Intellectione acriter diſputantem, alterum in dialogo de Anima multa diſſerentem, & acute percunctantem induceret, poſteritati voluit commendare. Andreæ porro Naugerii præaltam ingenii vim, atqve eloqventiam, & Joannis Jacobi Bardulonis Mantuani ſubtile ac valde acutum in omni philoſophia ingenium, qvum vel nulla, vel ea certe pauca ingenii ſui monumenta reliqverint, ſuo de Poëtica dialogo, Joanni Baptiſtæ Rhamnuſio, tanqvam veteri amico, & ſodali dedicato, appoſite, atqve eleganter poſteris * *mandare* definivit. Sed, quod ad Fracaſtorii gloriam vel maxime pertinet, tanta, vir eximius nullius faſtus appetens, & humilia hæc atqve terrena ſemper deſpiciens, non apud ſuos

Vero-

* In utraque qvam vidi Editione perperam legitur *manare*.

Veronenses, aut reliqvas tantum Italiæ civitates, sed in omni etiam Europa autoritate fuit, ut ex innumerabili diversarum gentium, & illustrium procerum multitudine, qvæ Pischeriam, ad Carolum V. Cæsarem. ex Germania Mediolanum,& Genuam proficiscentem, atqve inde in Algerium expeditionem parantem, visendum convenerat, ipse qvoqve, qvi forte solemnis pompæ die, è proximis Caphiis cum jucundioribus amicis spectatum descenderat,solus demonstrante illum palam Madrutio Principe Tridentino gressum Cæsaris, æstivo in sole, ac pulvere huc illuc prospectantis tenuerit. Sed postremo, qvum Christianæ reip. qvæ totius orbis Tridenti generale pridem Concilium indixerat, suam non semel operam, ac fidem præstitisset, in patriam eo se animo contulit, ut, abdicata prorsus omni antiqvæ Medicinæ opera,qvæstuqve, qvicunqve ex ea, vel amplissimus posset provenire, Æsculapio sacra facturus, læto animo ad Musarum vireta contenderet: qvo alacriore mente extremum postea vitæ diem, qvi exacte Christianam semper pietatem coluisset, qvum gravis qvotidie ætas, præcipitante jam canitie, properaret, feliciter clauderet. Scripsit summa ingenii fertilitate nondum Senex de Stellis, Astrologiæ omnis peritissimus, in Joannis Matthæi, Giberti Episcopi Veronensis, & gratissimi Mæcenatis gratiam, librum summæ eruditionis, Paulo III. Pontifici maximo dicatum: in qvo præter alia multa, qvæ de Eccentricis orbibus atqve Homocentricis disserit, de duobus illis præcipue motibus, à Joanne Baptista Turriano inventis agit, qvorum ope qvum aditus ad multa eorum, qvæ in natura

abditis-

abditiſſima ſunt, pateat, tum via ad ea ſine ulla obliqvitate demonſtranda aperitur, quæ circa ſtellas apparent. Scripſit deCriticis item diebus alterum,contra Galenum. Scripſit graviori ætate, ac plane ſenex, de Sympathia, & Antipathia rerum, & contagionibus, & contagioſis morbis pari ingenii ſplendore libros ad Alexandrum Farneſium Cardinalem, eumdem liberaliſſimum Mæcenatem: atqve inde præclaram nominis famam latiſſime propagavit. Noviſſime vero, dum duos dialogos accurate,& eleganter, de Poëtica unum,& de Intellectione alterum conſcriptos in manibus haberet, jam jam editurus, tertium de Anima, qvem adverſus inſana non minus, qvam impia Pomponatii præceptoris placita conſcripſerat, & Joſephi hiſtoriam, qvam heroico carmine fuerat aggreſſus, ſummo vate dignam, fatali morbo properante, abſolvere non potuit. Carmina qvædam, ingenii ad majora tendentis præludia,qvæ vivens publicari nunqvam voluit,magni tamen, atqve ingentis illius ſpiritus vim referentia extant. Ex iis, ea præſertim, qvibus Cæſar Fregoſius Palladis virenti olea coronatæ caput, nobili gemma vel decenter cœlatum, Margaritæ Valeſiæ, Navarræ Reginæ, Franciſci Gallorum Regis ſorori dono miſit. Citriorum Epigrammata, & perennis famæ Odæ, tenera qvadam, ac prædulci ad Malſeſenum ſvavitate decantatæ, ac nusqvam apud amicos repertæ, ideo perierunt, qvod eruditus vir, atqve una tantum ſciendi gloria contentus, omnem, qvi ex carminibus, inani hercle, ſi non ridenda antiqvorum comparatione, publicatis, provenit faſtum ita prorſus contempſit, atqve deſpexit,

ut,

ut, qvod pleriqve alii summa ope nituntur, ne illorum qvidem archetypum apud se in hunc usum esse unqvam pateretur; ut hæc etiam, qvaliacunqve sunt, qvæ nunc in lucem emissa leguntur, non exiguo labore, ac cura ab amicis hinc inde collecta, prout dispersa prius qvæqve reperiebantur, in unum divinitus redacta sint. Fato functus est septuagenario major, VIII. Idus Augusti M. D. LIII. dum pranderet, apoplexia correptus in mensa, qvum nimio æstu damnatos menses, in suis Caphiis, urbe secedens, devitaret: eo qvidem tranqvilliore vitæ excessu, qvod Paulum Philippum filium, tanti nominis hæredem, relinqveret, cum bona etiam spe præclaræ posteritatis; qvando jam ex eo plures avitæ indolis nepotes non semel, aut iterum amplexus esset. Ferunt Hieronymum, dum langveret, cognito fatali morbo, post multas amicas sibi herbas, in olfactum balbutiente lingva efflagitatas, amisso penitus sermonis usu, manu sæpius in verticem exporrecta, iis, qvi aderant, innuere voluisse, ut celeriter cucurbitula affecto & laboranti cerebro, qvo ille peropportuno remedio se olim Veronæ unam Monialium virginum, Divo Bernardino dicatarum curasse adhuc meminerat, subvenirent: sed, re neqvaqvam à domesticis intellecta, qvum alii alia adhibenda tum esse remedia prædicarent, frustra expectato remedio, leniter sub noctem expirasse. Illius ossa Veronam paulo post in D. Euphemiæ, honorificentissimo relata funere, sunt condita: flebili id carmine hujus seculi celebrantibus omnibus poëtis. Ænea illius, & Andreæ Naugerii effigies scite expressa Patavii in fornice portæ, juxta

pontem

pontem D. Benedicti, à Patavina juventute, atqve universo Gymnasio salutatur: qvam Joannes Baptista Rhamnusius, supremum amicitiæ munus persolvens, addita antiqvorum aræ pervetusta dicatione, ex ruinis Salonarum urbis Dalmatiæ eruta, ad studiosæ posteritatis solatium, luculenter exornavit: ut doctissimorum hominum simulacra, qvi arcta viventes inter se necessitudine conjuncti fuerant, à posteris qvoqve in nobilissimo terrarum orbis Gymnasio, eodem in loco pariter spectarentur. Cæterum Veronenses gratissimi cives, qvod ad perenne Fracastorii decus vehementer pertinet, ne à Rhamnusio, ejusdem amico, pietate in tantum civem superari paterentur, biennio, postqvam idem Rhamnusius Patavii æneam Fracastorii imaginem collocasset, iidem communi consensu, uno omnium nobilissimo decreto, marmoream Veronæ statuam, præclara majorum suorum imitatione, qvi Catulli vatis, & C. Plinii, reliqvorumqve civium suorum memoriam marmoreis imaginibus honestare voluerunt, in publico cum laurea erigendam curarunt: qvæ hodie Veronæ visitur, in veteri arcu lapideo urbis, prope Comitium, in area, qvæ Dominorum appellatur; nec procul ab eodem Catullo, cæterisqve illustrioribus civibus Veronensibus, artificio Danesii Catanei Carrariensis ex Lunensi agro, præstantissimi hujus ætatis statuarii, non minus pia, qvam admiranda comparatione conspicitur. Qvum autem variis Elogiis ab amicis sepulcrum Fracastorii Veronæ ornaretur, Adami Fumani carmen, omnium consensu, principem locum obtinuit.

ADA-

ADAMI FVMANI
Veronensis.

Longe vir unus omnium doctissimus,
Verona per quem non Marones Mantua,
Nec nostra priscis invident jam secula;
Virtute summam consecutus gloriam
Jam grandis ævo hic conditur FRASTORIUS.
Ad tristem acerba mortis ejus nuntium
Vicina flevit ora, flerunt ultima
Gentes, perisse musicorum candidum
Florem, optimarum & lumen artium omnium.

Exemplum ex Actis Consiliorum
Magnificæ Communitatis Veronæ.

Die Jovis post Nonam, XXI. Novembris, M.D.LV. in camera consilii, in consilio duodecim, & qvinqvaginta, præsentibus Clarissimis Rectoribus, & Magnificis Dominis Camerariis, in vocibus Qvinqvaginta octo.

PRo erigenda Statua marmorea, Excellentissimo Domino Hieronymo Fracastorio, Poëtæ Clarissimo felicis memoriæ, posita fuit pars infra scripta, die XII. instantis publicata, & nunc repetita, & capta de Ballotis XLV. pro, & XIII. contra. Cujus tenor est, videlicet,

Ea fuit virtus, & diversarum scientiarum cognitio Excellentissimi Domini HIERONYMI FRACASTORII, civis nostri, ut inopinata ejus

ejus mors ingentis mœroris, & luctus caussam non solum nobis, & cunctis Italiæ civitatibus præbuerit, sed etiam multis barbaris nationibus; ad qvas tanti viri fama pervenerat. Ille enim Philosophiæ, & Medicinæ peritia nostri temporis celeberrimos homines æqvavit: humaniorum vero litterarum scientia, & inprimis Poësi, sicuti multos ex veteribus, ita omnes, qvi post annos mille qvingentos aliqvod in eo genere scribendi nomen habuere, superavit. Testantur divinum illud Syphilidis, sive de morbo Gallico, Poëma, heroico carmine scriptum; atqve item libri duo, nuncupati Joseph; qvos morte præventus absolvere non potuit, compluresqve alii lusus poëtici, qvi nuperrime in lucem prodiere. Proinde cum patres nostri eos etiam cives suos, qvi ante humani generis redemtionem singulari qvadam eruditione, ac ingenii splendore floruere, publicis monumentis, & imaginibus decorandos censuerint; Nos etiam, tantum virum, nobili genere ortum, tamqve illustrem Poëtam, qvem nos ipsi aluimus, & in patriæ sinu morientem vidimus, pari honoris, & gloriæ titulo defraudare non debemus. Et ideo, ad propositionem spectabilis Domini Christophori Fracastorii Provisoris communis

Vadit pars, posita per spectabiles Dominos Provisores, & consilium duodecim, qvod majorum nostrorum exemplo, qvi Catullum, Plinium, & reliqvos cives suos, qvi in diversis scribendi facul-

tatibus præstitere, ex veterum instituto, marmoreis imaginibus honestare voluerunt, erigatur ipsius Domini HIERONYMI marmorea statua, Poëtæ habitum referens, redimitaqve tempora lauro supra arcum viæ; Salæ hujus consilii contiguæ, juxta ordinem reliqvarum constituenda.

Angelus Zavarisius

Cancellarius Communis.

VIDI

VIDI FABRICII PIBRACHII VITA,

scriptore Carolo Paschalio.

Ad clarissimum & ornatissimum virum,

PETRUM FORGETUM.

DUabus rebus docemur, Petre Forgete, virtutum vera imago, præceptis & exemplis. Illis generalia comprehendimus; per hæc ad specialia deducimur: ab illis incipimus, in his desinimus. Ut præceptorum multa sunt genera, sic exemplorum: nempe alia publicam, alia privatam rem spectant. Qvæ publica, ad pacem referuntur, aut ad arma. Qvæ ad pacem, ea sunt pietatis, aut justitiæ. Qvæ ad arma, horum item duplex est usus; siqvidem alia est ratio civilium, alia externorum bellorum. Porro tam publicorum, qvam privatorum alia honesta, alia detestanda: qvædam sunt externa, qvædam domestica. Illis raro, qvia ægre, his freqventer utimur, qvia libenter. Alia remota & obliterata, & hæc parum valida; alia proxima, & recentia, eademqve efficacissima. Pauca nobilia, obscurorum magna manus: hæc proculcamus, illa amplectimur. De genere illorum, qvibus delectamur, movemur, afficimur, est illud, qvod nuper nobis ademptum esse merito dolemus; lugemus, qverimur. Jam, opinor, qvid dicam non reqviris. Satis intelligis, monstrari à me hominem illum semper cum cura dicendum, illud

ſacrarium eminentium virtutum, illud honeſtamentum ætatis noſtræ, VIDUM FABRICIUM PIBRACHIUM. Hujus ego viri, ut fui primo ſectator, mox admirator, ita nunc, qvatenus licet, velim eſſe imitator. In illius prudentiæ ſpeculum intueor, ad conſilium; mores deligo, ad integritatem; totam vitam mihi propono, ut exemplum. Utinam qvam ſtudioſe, tam feliciter. Hoc mei, uti ſpero, mores oſtendent. Illud ex aliqva parte indicabit hoc, qvicqvid eſt curæ. Nam pietas meum ſilentium rupit, adeoqve verecundiam meam vicit, ut res illius geſtas ad te ſaltuatim, & κατὰ κεφαλαίων ſcribere inſtituerim, non in oſtentationem, ſed nude, ſimpliciter, vere; non qvæ te ſcientem doceant, ſed qvarum freqvens mentio ſit crudi etiamnum doloris noſtri ſi non medicina, at levamen. Si ſtatuarius eſſem, cœlator, aut pictor, oris effigiem ære ducerem, cælamine excuderem, coloribus delinearem. Id qvando præſtare non valeo, divinum animum, qvo poſſum effigiatu, tibi ſpectandum præbeo; tibi, inqvam, qvi, ob iſtos, qvos colis, compoſitos & defecatos mores, atqve adeo propter ſimilitudinem virtutis, Pibrachio fuiſti cariſſimus. Animadverti enim mutuum veſtrum amorem non à fortuna conciliatum, ſed ab utriusqve incoacta voluntate, & ſolido judicio profectum. Hæc dum leges, ſi lectione digna putabis, eadem obſervantiam in te meam, pro tua humanitate, agnoſces, atqve ita ſtatues, me hæc ſcribentem, non magis de qvo ſcriberem, qvam ad

qvem

qvem scriberem, cogitasse, atqve id sedulo egisse, ut, etsi tua me humanitas animo tuo penitus insinuavit, cui rei documento sunt magna & plurima beneficia in me tua, tamen sciros, cupere me (os hominis, & avaritiam modo specta) lucrifacere illum amorem, qvo Pibrachium prosequebare, ut hic novus veluti cumulus ad illum accedat, qvo tu me jamdiu dignatus es. Sed venio ad destinata.

VIDUS FABRICIUS PIBRACHIUS (Fabricium nomino, qvem alii Fabrum, qvia & ipse ita scripsit, & scribi se voluit; credo, ut, cujus continentiam æmulabatur, hujus nomine monstraretur. Ille enim

venturi sciens
Mundi supremus arbiter
Qvalem creavit moribus,
Jussit vocari nomine.
Nomen datum praconiis,
Vitaqve testimonio.

nomen ab illo, non ambitione, sed virtute qvæsitum.) Igitur Vidus, ut scis, Tolosæ natus est: *nempe in regione temperata, qvæ hominum mores & ingenia sua qvalitate componit; veluti fervens efficit leves, acutos, animi ardentis; septentrionalis tardos & subdolos. Huic stirps antiqva, & magnæ claritatis. Nam majorum qvot facta, tot illustrium documenta virtutum. Nullus horum aut non inter togatos clarus, aut inter viros fortes non eximius extitit. In tam longo stemmate, à ducentis annis ducto, per omnes magistratus, & amplissimos

* 1529.

honorum gradus, nunqvam virtus variata cognoscitur. Proinde nihil humile, aut mediocre hinc nasci potuit; qvot enim geniti, tot probati. Singuli fecere posteris genus, non contenti majorum gloria, nisi hanc ipsi auctiorem, cumulatioremqve posteris traderent: qvippe hoc proprium generosi animi est, esse gloriosum, & cupere anteire priores. Nam, ut de gente taceam, qvæ antiqvitus nobilissimis Aqvitaniæ familiis per affinitatem innexa est, Vidus proavum habuit Gratianum, Comitis Armeniaci Cancellarium: Comite oppresso, in Germaniam à Ludovico undecimo Rege Galliæ missus est; qva legatione undecim annos detentus, statim ut in Galliam est revocatus, Præsidis Senatus Tolosani dignitatem novo exemplo adeptus est. Scilicet, cum ante eam diem duo tantum Præsides ejus Senatus essent, id meritis, & illustri ejus virtuti datum, ut exin tertius Præses Senatui insereretur. Huic fuerunt duo filii; Petrus Episcopus Lectoriensis, Prior Sancti Aurentii, & Præses inqvisitionum in Senatu Tolosano; & Arnaldus, Regius Procurator apud eundem Senatum. Ex Arnaldo nati tres, Petrus, Michaël, Jacobus. Hic postremus Prior Sancti Aurentii, Abbas Casedei, Præses inqvisitionum Senatus Parisiensis, postremo in intimum Regis consilium est assumptus. Michaël, Præses Senatus Tolosani, & Serenissimæ Infantis Portugalliæ Cancellarius fuit. Petrus maximus natu, multis magistra-

tibus

bus præclare gestis, Præsidis ejusdem Senatus Tolosani dignitate est honestatus. Hoc patre genitus est Vidus noster. Sed qvid ego hæc? vetustam nobilitatem, longosqve natales jactent ii, qvi ipsi clarissimarum familiarum posteri, in omnia revoluti dedecora, acceptum à majoribus splendorem in tenebras convertunt. Pibrachius nullam nascendi laudem esse putavit, nisi qvam vivendi gloria comitatur. Generari, & nasci à magnis viris fortuitum, neqve ultra æstimari; illorum vestigia implere, hoc demum nobilem esse duxit. Neqve tam se avito sangvine, & splendore domestico, qvam animo, virtuteqve mensus, hæc verius potuit canere, qvam Hercules ille fictus,

Merui parentem, contuli cœlo decus,
Natura me concepit in laudes Jovis,
Qvin ipse qvoqve Juppiter credi meus
Pater esse gaudet,

Porro hoc velim te mihi credere, ornatissime Forgete, me neqve fictis oblectari, neqve insolita mirari, neqve vana sectari; virtutis, aut futuræ magnitudinis nullum omen ipsa & virtute, & magnitudine aut certius, aut prius apud me esse. Qvid? tu ergo unus, inqvis, illorum, qvæ alii sectantur, contemtor? Minime; sed ne admirator qvidem, ut fortuitorum. Tamen, qvia peculiari & inusitato omine monstrati, hi à Deo facti, cæteri ab hominibus educti existimantur, qvemadmodum

Astyages Cyro pellendus forte nepoti
Inguinis expavit diffusum vite racemum.
Præbuit intrepido mammas lupa fœta Qvirino:
Julius in lucem venit, dum laurea flagrat:
Magnus Alexander, nec non Augustus habentur
Concepti serpente Deo, Phœbumqve Jovemqve
Divisere sibi; namqve horum qvæsiit unus
Cinisia sub syrte patrem maculis genitricis,
Alter Phœbigenam sese gaudebat haberi.
Pæonii jactans Epidauria signa draconis.
Multos cinxerunt aqvilæ: subitumqve per orbem
Lusit venturas famulatrix penna coronas.

Sic Vidum in gremio nutricis positum, postqvam valide tonuit, cœlestis flamma, & mixta caligo sepsit, nutrice de cœlo tacta, ac levi vulnere in sinistro crure icta, infante illæso, & interrito. Qvod omen si malum fuit, vanum apparuit; si bonum, adeptæ dignitates, & insignis virtus ejus fidem impleverunt. Cæterum satis sciunt prudentes, virtutis & vitiorum semina cum nascendi origine copulata vi educationis in alteram partem necessario emicare: adeo, ut bonum esse, non natura datum, sed arte sit qvæsitum; ac proinde bene institui sit efficacius, qvam feliciter nasci. Ideo pater ejus vir clarissimus, & ob hoc de Repub. optime meritus, quod talem filium genuit, parentis sortem nullo majori beneficio cumulari posse existimavit, quam si id daret operam, ut ejus indoles

doles à professoribus, pietatis erudiretur, atque ab iis non garrire, aut disputare, sed vivere doceretur. Nam virtutem nisi in primæva germina, dum tenera sunt, & mollia, instilletur, in adultis frustra requiras. Itaque vegetum illud ingenium non iis præceptis ali cœpit, quibus hodie pueri non modo non erudiuntur, sed insanire docentur à ludi magistris; istos dico literatores, qui adulescentulorum imperitiæ sveti, sibi tergeminum sophos mugire videntur, si ea docuerint, quæ, si scires, dediscenda essent: sed iis, quibus copiosissima ingenia doctrinæ, sapientiæque operibus increscunt. Ne multa: brevi apparuit, non minorem esse laudem educantium, quam gignentium; & qui magnum sui fœnus aliquando Reip. daturi sunt, horum segetem teneram adhuc lætis luxuriare satis. Siquidem Vidus jam tunc talis erat, quales se alii futuros pollicentur. Haud multo post à patre Lutetiam missus totum se iis studiis asseruit, quibus animus ad civilia erectus, & ingrediens actuosam vitam firmior adversus fortuita Rempub. capesseret. Nam quod bene vivitur, id philosophiæ munus esse, eamque omnium artium parentem appellari cum audisset, singulas ejus partes amplexus est: atque exin animus ille in eam se tulit sublimitatem, ut in omnes mundi actus contemplationem suam mittens, supra ea omnia, quæ fluxa sunt & caduca, pulcerrimus emineret. Si quando ad hæc inferiora respiceret, arcana naturæ subtiliter scrutaretur, validissime argumentaretur, proprietate structuraque verborum aptissime ute-

petur. Cum vero intelligeret, leges esse humanæ vitæ solatia, hominibus, ad sese mansuefaciendos à Deo traditas, tenuiorum præsidia, potentum frena, Reip. securitatem, jurisprudentiæ studiis, pro cætera ipsius eruditione, ita se excoluit, ut satis constet, non Pauli acumen, non Ulpiani doctrinam, non Scævolæ magnitudinem, non Africani ingenium, non Papiniani sublimitatem, non singulorum justitiam in erudito illo & sacro pectore postea fuisse desideratam. Id ipsum ominatus est, illud Jurisconsultorum columen, Andreas Alciatus in omni literarum genere rarissimus: quem Ticini agentem, & Romani juris obscura illustrantem, impedita expedientem, & abdita recludentem, cum forte perdifficilis quæstio incidisset, ingenti auditorum frequentia, non puduit ingenue fateri, se adolescenti herbam dare, cujus disputandi subtilitatem, & eloquendi facultatem, & memoriæ tenacitatem, ac multiplicem scientiam postquam penitus perspexit, admiratus est, & ex admiratione ardentissime amavit, & laudibus, qui magnus stimulus est, oneravit. Extat & Pauli Manutii ad hunc adolescentem epistola Nestorea, ut ajunt, manu scripta, plena pressi purique sermonis, ac sententiis & acuminibus, (ut sunt omnia illius viri) tota scintillans; qua satis ostendit, se nascenti illius laudi tam favere, quam qui maxime. Nam Vidus ad scientiam juris civilis utriusque linguæ cognitionem accedere voluit, tum patris impulsu, tum sedulitate viri eloquentissimi Petri Bunelli, cujus curæ in Italiam profici-

scens

ſcens demandatus fuerat. Is Bunellus tenero ejus pectori puri ſermonis Græci & Latini lac immulſit: quarum lingvarum ſtudiis altioribus ita ſe dedidit, ut etiam tum, cum illi

Vernarent dubia lanugine mala,

utra excelleret, neſcires, illam ſemper admirarere, qua aut ſcribebat, aut loquebatur. Ut enim ei materna lingua loquenti natura dapſilem copiam elocutionis facundiæ ſubminiſtrabat, ita Græca ejus oratio nil, niſi Platonicum nectar, olebat, Latina totum Aonio fonte ſatiatum eſſe oſtendebat; ſatisque apparebat, hunc aliquando in dicendo fore virum primarum partium, & ſummis oratoribus æmulum. Neque vero hic reſtitit. Nam quicquid antiquæ ac recentis hiſtoriæ eſt, per idem tempus usque ad umbilicum evolvit, non ut, quod ex accurata lectione hauriebat, in memoriam, (ut ii faciunt, qui in privato circulantur) ſed multo magis, ut in ingenium iret, eoque niteretur: denique, ut id omne prius ad mores, mox etiam, cum res poſceret, in uſum Reipub. promeret. In Poëſi jam tunc feliciter verſabatur: ſcribebat verſus doctos, teneros, enodes, ſublimes, muſicos flores, tymumque redolentes; neque tamen qui eſſent, ut ait Catullus,

Molliculi, ac parum pudici,
Et quod pruriat incitare poſſint,

ſed ubique ſapientiæ ſale conditi. His virtutibus & auſpicatiſſimo hoc initio Vidus famam ingrediebatur, quæ veris lætisque nuntiis non ſuæ modo gentis, verum etiam exterorum hominum aures

men-

mentesque rigabat. Quin æmula jam tum Galliæ & Italiæ ſtudia apparebant, hoc ſibi exoriens illuſtre virtutis doctrinæque ſidus certatim vindicantium: illa ſuum eſſe fœtum matris affectu aſſerebat, hæc alumno ſuperbiebat; utriusque in illum animus miro gaudio prodebatur. His, inquam, animi dotibus ornatus, his doctrinæ ſpoliis onuſtus Vidus nondum annorum viginti domum ſe ex Italia referebat.* Ad alia, eaque majora properanti leviter attingendum eſt, quia facile conjectare quisque poteſt, gaudium, quod pater ejus ad conſpectum redeuntis filii oculis, auribusque hauſit. Me vero, inquit, felicem, qui non ſolum ſimilitudinem oris, & lineamenta corporis, ſed ingenii, virtutisque avitæ effigiem noſcito, & ditiſſimum hunc noſtræ familiæ ramum aſpicio, qui ſuperioribus ſuccreſcit

Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Ipſe quidem non, ut mos eſt adoleſcentibus, otioſus otioſis, aut mirantibus ipſe jactabundus per vaniloquentiam miracula Italicæ peregrinationis in majus auxit, aut juveniliter recenſere cœpit novas & inauditas montium formas, immenſa camporum ſpatia, fluviorum amœnitates navigerorum, aquas diu ſonantes, cum è præruptis, & confragoſis locis præcipitantur, fontium ſcaturigines argenteas undas evomentium, hoſpitia & popinas, eaque loca, in quibus molliter curari homines ſolent, non alia ignaviæ oblectamenta memorare, non talibus credulitatis decipulis caloratos æqualium impetus adjuvare,
aut

* 1548.

aut inlicere; sed quod usquam egregium aut viderat, aut audiverat, id solum loqui cœpit, ab ore, inquam, primævo cana verba manabant: quicquid diceret, multi scium se, plenumque bonæ rei ad patriam locupletandam revertisse ostendebat. Nam maturitas mentis contendebat cum flore ætatis; & qui annis, & comitate juvenis esset, senili prudentia, & gravitate conspicuus aspiciebatur. Itaque minime mirandum est, si ex ipsius reditu ab omnibus lætitia percepta est, cum omnibus rediisset. Solent multi vix exacto quinquennio Justinianeo, & vix manu, ut ajunt, ferulæ subducta, properare ad vota, & cruda adhuc studia in forum propellere: quo simulatque advenerunt, tota tribunalia imperitis clamoribus adeo perstrepunt, ut multo malis garrientes Ravennates ranas audire, quam horum pugnacissimis vocibus lassari, cum jurgia vendunt improbi, iras & verba locant: quibus tu haudquaquam maledixeris, si forensia pecora, sive togatos vulturios appelles. Non de hoc grege Vidus. Quinimo in Tolosana Academia, in illo sacrario legum, prisci juris implicitos nexus, ac nodos inenodabiles & Herculaneos mira facilitate & perenni unda verborum, de superiori loco, solvere, enodare, & discriminare cœpit: adeo, ut magno æqualium concursu frequentatus, & ingentibus universorum studiis id ætatis homo cultus fuerit, disputando incomprehensibilis, & lubricus, interrogando catus, respondendo cautus, loquendo eruditus, docendo verus, vivendo probus, denique ita doctus, ut tempo-

labaſcentis Catholicæ religionis communi conſilio deliberatura. In hanc legationem, quæ, ut plena dignitatis, ita mire eſſet ardua, tres electi ſunt, Lodoicus Sangelaſius Lanſachius Illuſtris eques, & antea legatione Romana, multisque in Rep. muneribus præclarisſime functus, Arnaldus Ferrerius, Præſes Senatus Pariſienſis, ac tantus doctrinæ theſaurus, ut nihil quisquam diſcere velit, quod non is docere posſit, & Vidus noſter, utroque collega ut annis minor, & dignitate tunc temporis inferior, ita is, qui tam multa fando audiſſet, legendo didiciſſet, experiendo comperiſſet, ut unum tantæ moli parem prærogativa orandi, & regia mandata patribus exponendi celebraverit. Enimvero luculenta illa oratio, quæ tota ſententiarum gravitate, & verborum auro ſtillat, ſatis oſtendit, non potiori potuiſſe committi rem ſeriam, atque adeo omnium maximam, nimirum religionis veritatem, Gallicæ Eccleſiæ dignitatem, hujus ſeculi decus, infinitæ poſteritatis præſidium. Quantum notitiæ, quantum nominis tunc Vido partum eſſe credis? cujus induſtria admirabilis, doctrina ſingularis, virtus inæſtimabilis in illo Europæ theatro, diſceptationibus, colloquiis, orationibus, ſcriptis enituit? cum id, qvo qviſqve potiſſimum cenſeri vellet, univerſi in illo cumulatum agnoſcerent, faterentur, admirarentur. Ipſe qvidem, etſi ejus nobili pudori oneroſum videbatur, confiteri ea, qvæ de ſe magnifice dicebantur, tamen non illas occurrentium, ac prætereuntium voces vitare potuit, οὗτός ἐστι, non Δημοσθένης qvidem, ſed Pibrachius, nulla

nulla re Demoſthene inferior, multis ſuperior: qvi nunqvam tanto omnium favore ſufflatus tumidos ſpiritus geſſit, ſed cæteris virtutibus modeſtiæ famam addidit: maxime ambiendus, qvia minime ambitioſus, & nemine major, niſi qvatenus præſtantior. Itaqve ſic Tridento reventum eſt, ut ſatis apparuerit, non id ipſum egiſſe, ut laudibus cumularetur, ſed ideo laudatum, qvia laudanda confecerat. Hos ſpirabat cinnameos odores ſpecioſus hic flos virtutis, iisqve cuncta complebat, cum per nares cucurrit, coëgitqve advertere magnum illum Galliæ Cancellarium, Michaëlem Hoſpitalium, qvi odora ſagacitate, Vidum Toloſa, qvo ad conſvetum officium legatione functus redierat, excivit, fautor juveni, commendator, laudator. Qvippe is indecorum eſſe putavit, cujus fama nullis eſſet circumſcripta finibus, hunc pati, inter Toloſani magiſtratus, ejusqve, qvam dixi, Senatoriæ dignitatis anguſtias, interminam virtutem exercere. Facile perſvadet Reginæ, matri Regis, Principi ſapientiſſimæ, & illa Regi filio, cui magna virtus qvæſita eſſet, huic magnam dignitatem offerri oportere, ideoqve Vidum Lutetiam evocandum, in eoqve magiſtratu locandum, cui univerſi prope regni procuratio incumbit. Is eſt advocatus regius apud auguſtum illud tribunal Senatus Pariſienſis, cujus jurisdictio qvartam prope Galliæ Regni partem lato ambitu amplectitur. Ibi vero virtus inexplebilis, ac recentibus virens experimentis altius ſe extendere, & majoribus rebus ſeſe approbare cœpit, non unius urbis mœnibus, aut anguſto

unius provinciæ ambitu circumſcripta, ſed adaperta, & Galliæ regnum nobilem campum habens. Breve faciam, profeſſione juſtitiæ, & ſententiarum probitate collegis admirabilis, ac Senatui ſtatim percarus eſſe cœpit. Qvippe, nunqvam id egit, ut innocentium ſpoliis regium fiſcum locupletaret, qvem ſcitè Trajanus lienem appellavit, qvod eo creſcente artus reliqvi tabeſcant; atqve, ut fronte gravi, ac triſti ſupercilio, injuſte, crudeliterqve ejus utilitatibus adeſſet. Nam ſciebat, juſtum Principem nihil videre in imperio ſuo, qvod non idem ſit ſuum. Sciebat, majorem regni & famæ eſſe jacturam, qvam patrimonii; illa caritate conſervari, hoc moderatione potius, qvam rapinis augeri. Intelligebat, nullum eſſe commodum, qvod ſolis vexatorum calamitatibus acqviritur. Ex injuſtitia ad populum calamitatem, ad Regem infructuoſam tantum recurrere invidiam. Qvod ergo ſuum munus eſſe putavit? præſtare, ut nullius calliditate regium patrimonium minueretur, ſed intactum, inviolatum, ſanctum maneret: annoſa iſta luctamina, tetricas, inqvam, & redivivas lites, qvibus tenuiores teruntur, magnæ opes exhauriuntur, innocentes opprimuntur, ut alter Hercules, obtereret: cauſidicorum rapacitati, ac vulpionibus iſtis, qvorum technis veterum jurgiorum exitus reperiri poteſt nullus, qviqve adeo, ſi nihil eſt litium, lites ſerunt, obviam iret; audaciam illorum compeſceret, qvorum hæc una curatio eſt, ut vendant prævaricationes, coëant in lites, è ſuis ſutelis, ex mercenaria lingva, ex miſerorum ſpoliis magnos ſibi

ſibi ſtatuant reditus; qvi oculis Argi, manibus Briarei, & ungulis ſphingarum, ceu hamus attrahit uvidos piſces, ita ipſi aridum argentum inuncant: deniqve Pibrachius in eo omnes pertinacis induſtriæ vires exerebat, ut iniqvitate protrita, & injuria proculcata, ſola juſtitia virtutum regina faſtigium rerum omnium inſideret, magiſtratibus reverentia, ſua legibus conſtaret auctoritas. Id qvod qvam gnaviter, qvam ſtrenue, qvam feliciter præſtiterit, tute ſcis, clariſſime Forgete, qvi illum ſæpius in ſacro illo ſummorum judicum conſeſſu, in illo juſtitiæ templo, illa indefeſſi ſermonis æterna ſerie dicentem audiſti de juſtitia, ejusqve partibus, de auctoritate legum, de ordine judiciorum, de judicis æqvitate, de tribunalis majeſtate, de patroni fide, de ſcribarum integritate, de ſingulorum innocentia. Qvæ omnia cenſoria illa, & beata oratio valens cultu, & nitentibus plena ſententiis mira facilitate circumfluebat. Cujus rei documentum vigent, atqve æternum manebunt aliqvot orationes, cum, poſt res prolatas, in forum reditur, ab illo habitæ, ac poſtea ſcriptæ & editæ. Ita ſe univerſus ordo togatorum pio hortatu, atqve inprimis arduo, & nobili illius exemplo, ad integritatis obſeqvium firmabat. Cæterum cum honores honore, magiſtratus magiſtratu petantur, Carolus Rex magnis virtutibus magnum locum patefecit, ſuumqve illud interius conſilium, qvæ eſt pars melior, potiorqve generis humani (de Gallia loqvor) Vido auxit, & ingentem meritorum lucem induxit in auguſtum illum ordinem, qvi Regis medi-

tationes introſpicit, ac veluti conſors ſupremæ poteſtatis, ac publicæ rei arbiter eſt; qvo uno Regis fama, pax gentium, provinciarum ſecuritas, ſeculi decus nititur. In qvod non alii aſſumuntur, qvam principes, majores magiſtratus, & pauculi ex ordine togatorum, non mediocres illi, ſed eximie probati. Triennio poſt * Henricus Sereniſſimus Dux Andium, Regis frater, cum de ſuo patrimonio multa ubiqve demta, deminuta, & diſtracta eſſent, qvæ ad priſtinum ſtatum revocari oporteret, Regis permiſſu, rem omnem Pibrachio mandavit. Qvi haud plane diſſimilia mandata à Regina matre Regis accepit in iis, qvæ ad Loraguiſii comitatus adminiſtrationem pertinent. Iisdem diebus domeſtico, eoqve graviſſimo vulnere ictus eſt, amiſſo Petro filio, puero hilari, arguto, indolis admirabilis & ſpei ingentis: cujus obitum iis verſibus deflevit, qvibus *ruri* ** laudes diſertiſſime complexus eſt. Alio me vocat tanti viri numeroſa gloria. Nam etſi illa, qvæ usqve adhuc memoravi, magna ſunt, atqve haud ſcio an maxima, tamen præ iis, qvæ conſecuta ſunt, modicam dices eſſe partem famæ ejus. Siqvidem mortuo Sigismundo Rege Poloniæ, cum nullus ex regia Jagellonica familia ferendo diademati reſtaret, & Polonica nobilitas animis fluctuaretur, His ad Auſtriacos, aliis ad Moſcum, nonnullis ad Regem Sveciæ, qvibusdam ad Piaſtum, aliis ad Sereniſſimum Henricum Valeſium rem trahentibus, tandem poſt ingentia luctamina, favor comitiorum in Henricum inclinavit, qvi

* 1573. ** F. ruris.

qvi Rex renunciatus, & amplissima legatione ad capessendum regnum accitus est. Sciunt omnes, tanto Regi, ut ejus majestate dignum erat, super lectissimæ nobilitatis numerum prope innumerabilem, comites longissimæ viæ datos esse aliqvot principes viros, & pauculos alios, ex omni probatissimorum hominum numero edecumatos. Inter hæc Galliæ lumina conspicuus erat Pibrachius, cujus fidele consilium, assiduam operam, promta obseqvia Rex sibi seposuerat, eo plane modo, qvo & ipsi optimi gubernatores manibus remigum juvari volunt. Prætereo Germanicæ peregrinationis difficultates, omneqve illud tempus, qvo is Regi in itinere, in jocis, in seriis, freqvens aderat, eiqve solatium, sibi laudem, omnibus exemplum dabat. Polonica tantum memorabo, & ex his illustria qvæqve excerpam. Rex pervenerat ad confinium Germaniæ, & Poloniæ, cum Ecclesiastici, Senatorii, & eqvestris ordinis principes, & provinciarum legati, ac cætera nobilium multitudo, obvio obseqvio, ad excipiendum, spectandumqve ipsum effusa, conspecta est. Ibi, priusqvam Rex ad interiora progrederetur, orationes habitæ sunt, qvibus Poloni se Deo gratias agere, ipsi Regi de eo gratulari ajunt, qvod eo tandem pervenisset, ubi universorum votis diu expetitus, gentis Poloniæ fidem, obseqvium, & singularem erga suos Reges observantiam experiretur. Rogant, & optant, ut faustis ominibus, ac felicibus auspiciis ineat regnum, atqve ad regiam urbem, ubi caput diademate evinciat, recta pergat. Alia adjiciunt præsen-

ti lætitiæ congruentia. His orationibus Vidus, jussu Regis, ejusqve nomine, ex tempore ita respondit, ut Poloni oratores subdubitare cœperint, num forte sibi ab aliqvo familiarium furto ablatas, & exscriptas (qvod ipsum non accidisse certo certius sciebant) suas orationes lectitasset, & qvod subitum videbatur, id diu meditatum foret: ita ad singula capita, atqve adeo ad singula prope verba, nullo tempore ad cogitandum, exiguo ad eloqvendum dato, majorine facilitate, an felicitate respondisset, nesciebant. Enimvero tanta universorum animis admiratio oborta est, ut Regem, qvem legerant factis magnum, audiverant virtute insuperabilem, videbant gloria ingentem, hoc ipso, qvam existimaverant, majorem, & augustiorem crederent, qvod talibus viris, tanto aulæ regiæ decore stipatus incederet. Postremo, nullus tunc fuit, qvi non Pibrachium videre, alloqvi, hominis contingere dexteram vellet. Id qvoqve tam feliciter, ut, qvem paulo ante eloqventissimum admirati erant, eundem humanissimum experirentur, & qvi, dum publice verba faceret, ob majestatem orationis, regnare videbatur, hunc rara, & amabilis modestia commendaret. Is illi dies præcipuus, & magnæ apud Regem gratiæ initium, & ingentis gloriæ fuit. Seqvitur facinus animi vere magni, & excelsi. Id est ejusmodi. Serenissimum Henricum omnibus competitoribus à Polonica nobilitate potiorem judicatum, ut erat res, cui similis nostro ævo vix ulla reperitur, ita ea, qvam multi mortales ægris oculis adspiciebant. Adeo nulli hominum contingit, ut in summa felici-

tate effugiat invidiam: qvin, ut umbra corpori, ita hæc gloriæ individua comes it. Ideo & ſcite, & prudenter Seneca;

Ars prima regni eſt, poſſe te invidiam pati.

Hæc præter pauculos Senatorii ordinis præcipue uni pectus pulſabat Palatino Cracovienſi. Hic ille erat, qvi in Comitiis Varſovienſibus Gallicæ parti pervicacius reſtiterat. Hujus artes cum eſſent eluſæ, nempe, cuncta in Henricum fluxerant, alia rem tentat, & ab audacia remedium petit. Homo factioſus, & acer perſvadet nobilitati, ab extero Rege, & Gallicis opibus & artibus non ſatis Polonicæ ſimplicitati, ac libertati cautum eſſe iis conditionibus, qvas univerſi ſcripſerint: ideo fortioribus vinculis hominem conſtringendum. Has fore novas conditiones; qvæ, ſi erit ut placeant, paſſuros eum regnare: ſin minus, profiteri ſe libertatem à majoribus acceptam vita potiorem exiſtimare. Unum eſſe in mundo ſolem: at, qvi Regnum Poloniæ ambiant, principes viros, præpotentes, imperio dignos eſſe multos, non usqve eo delicatos, & ſuperbos, ut ea, qvibus ſalus multitudinis nititur, faſtidiant, rejiciant, proterant, qvibusqve adeo ſit ſupplicandum. Perſcribendas conditiones, ac legatis iis, qvi in Galliam mittentur, tradendas, qvi Regem hunc deſignatum ſolemni ſacramento in illarum verba adigant. Hæc nimis multi pronis auribus, & animis accipiunt, bonis neqvicqvam mœrentibus, & falſo communem libertatem ab iis obtendi docentibus, qui privatim inqvieti, in publicum exitioſi, Regi legitime creato leges dicere audent, & refractis pudoris, & reveren-

tiæ claustris, qvæ maligne cogitaverint, & insidiose scripserint, ea vero perinde, ac si universi sciverint, rata, sanctaqve esse censeant. Ita suis utilitatibus infesta multitudo, dum legitimum imperium reformidat, impotentissimi hominis furori ancillatur. Porro harum conditionum etsi nulla non erat periniqva, tamen ne si, aut qviescendo boni commune crimen facerent, aut, si eæ continuo rejicerentur, ut cote chalybs, ita studia factiosorum hominum asperarentur, legatis ad Regem perferendæ traduntur. Id tamen actum, ut viri boni, reiqve publicæ amantes ea legatione fungerentur. A qvibus Rex, ut est doctus, non legitimis comitiis, non ordinum consensu, sed novo, & inaudito exemplo à privatis esse perscriptas, se Polonicæ libertatis usqve eo assertorem esse respondit, ut de re tanta nihil sibi prius statuendum esse putet, qvam in Poloniam pervenerit. Ibi, adhibito Senatu, de re tota cogniturum. Cracovlensis ut negotium in Regis adventum dilatum cognoscit fremere, minitari, palam dicere, nondum omnium dierum solem occidisse, multos designatos neqvaqvam magistratum iniisse. Atqve interim nihil omittere, qvo ambiguos inliceret, promptos firmaret, factionum se, turbarumqve præsidiis muniret. Vide qvid egerit: illum diem, illam ipsam horam agendæ rei destinat, qvæ solemni Regis inaugurationi dicta erat. Id molitur, ne diadema Regis capiti imponatur; sperans fore, ut veterem dolorem irrita conatus apud Varsoviam novæ ultionis magnitudine solaretur; &, qvod sibi ad vindictam,

&

& gloriam multo putabat esse efficacius, id ipsum Regi, si irritus venisset, turpius foret, & exitiosius. Die dicta, Rex circumfusus undiqve Senatus & eqvestris ordinis flore in templum descendit. Ubi, re divina facta, ascendit in excelsum, ac sublime theatrum, in ejusdem templi meditullio ea gratia constructum. Eo Regem seqvitur Archiepiscopus Gnesnensis primas Regni Poloniæ; aliiqve, qvi veteri more adhibentur ad sacras, & augustas illas ceremonias, omnium adstantium oculis in rem tantam intentis. Tum vero Cracoviensis torvus & minax, voce, vultu, oculis ardescens, Neqvicqvam, inqvit, & ipse, & hi, qvos videtis, liberi nati sumus, si id agitur, ut de hinc serviamus, ac justa tot nobilium vota, tot æqva postulata Rex ultra frustratur. Non patiar rem differri: aut accipiendæ sunt conditiones, & in eas verbis conceptis jurandum; aut me huic inaugurationi intercedere ajo, neqve qvicqvam, qvod ad eam pertineat, peragi passurum; aut eos passuros, qvi adsunt. Hæc, taliaqve intonabat suos identidem respectans. Ac primo qvidem toto templo murmur, mox fremitus obortus. Post, audacia crescente, voces confusæ, minaces, validiores exaudiebantur, crebrescebat seditio, remqve ad atrox aliqvod facinus erupturam apparebat, cum Pibrachius animadvertens, patientiam, & moderationem Regis neutiqvam erumpentis seditionis remedium, sed irritamentum fore; remqve indignam, ac fœdam arbitratus, si res Diis, hominibusqve approbantibus cœpta, ac prope peracta paucorum audacia vanesce-

ret: atqve id, qvod erat, ratus, Regem nulla re magis, qvam sua majestate tutum esse debere; ac frustra ab aliis præsidium expectare illum, in qvo universis debet esse præsidium: accedit ad Regem ac ei pauculis verbis in aurem dictis, annuente eo, ac permittente, ut, qvod è dignitate sua esse existimaret, faceret; tunc ipse conversus ad Archiepiscopum, vultu, voceqve constanti, Domine, inqvit, Reverendissime, qvid cunctamur? Jubet Rex qva gratia huc ventum est, id agi, & peragi: cætera ipse de ordinum sententia decernet. Cui Archiepiscopus, Ego vero ac lubens, qvando Rex jubet. Ideo, Qvod faustum felixqve sit, regiæ majestati, & regno Poloniæ, ordior à solemnibus verbis, & precationibus, & sacros ritus, à majoribus nostris observari solitos, jam celebro. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Alia deinde alternatim cum iis, qvi aderant, Episcopis, sacerdotibusqve peragit: mox, uncto Rege, diadema capiti ejus imponit. Qvarum ceremoniarum augustissimus adspectus, addita loci sanctitate, bonorum consensu, atqve inprimis Regis præsentiâ (qvod in seditionibus præsentissimum remedium est) adeo seditiosos perculit, ut veluti stupentes, ac furore paulatim detumescente, & in ejus locum succedente poenitentia, & pudore, qvi paulo ante coelo prope ipsi manus intentaverant, iidem illi solemnium qvieti, ac taciti spectatores, ac prope fautores extiterint. Ita unde meliores erant, omnes fuere. Adeo inconsulti impetus coepta, qvamqvam contumacissima, langvescunt, & virtuti, si modo eam loco promp-

pseris,

pſeris, cedunt. Cracovienſis magno conatu nulla re geſta, & cum ei ex tanto apparatu nihil reliqvum eſſet, præter invidiam, qvæ, ut ait qvidam, ut

Vultur jecur ultimum pererrat,

Et pectus trahit, intimasqve fibras:

Hoc uno fuit felix, qvod haud multum audaciæ & dedecori ſuo ſuperfuit. Nam poſt paucos dies ſibimet inviſus abiit in communem locum. Hac ratione atrociſſima conjuratione feliciter oppreſſa, Henricus qvibus auſpiciis Rex declaratus fuerat, iisdem regnum iniit, & peculiari univerſorum gaudio Rex eſt conſalutatus. Pibrachium ingens laus, & univerſorum gratulatio ſecuta eſt. Porro diuturnum interregnum tantum confuſionis in Remp. Polonicam intulerat, ut huic malo non aliunde, qvam ex Rege remedium eſſet; cujus ſumma poteſtas vagas prius, & diſſidentes hominum voluntates conſociaret, animorum conſenſum revocaret, luxata reponeret, collapſa erigeret. Ideo Senatum freqventem ſingulis prope diebus in prætorio haberi neceſſum erat, qvi patrias leges, & antiqvas Poloniæ conſvetudines aſſereret, ac Regi, in rebus graviſſimis, adjutor eſſet. Ibi qvisqve de rerum ſtatu ſententiam ſuam promebat: ad eamqve rem pleræqve orationes à ſapientiſſimo qvoqve habebantur. Enimvero tunc Vidus ingenii, memoriæ, prudentiæ, eloqventiæ dotes, veluti copioſiſſimi theſauri gemmas, in apertum proferebat, ſive Regis nomine Senatui reſponderi, ſive qvicqvam ad eum referri opus eſſet. Veterum orationes, qvæ hominum manibus teruntur, fateor,

admi-

admirantur facilius, quam imitamur, sed illas diu pensitatas, elucubratas, scriptas, memoriæ traditas: at qui promptam, imparatam, atque, ut ita dicam, è re natam facundiam ad tantam maximarum rerum diversitatem flectere posset, ne sua quidem, & patria lingua, cum Pibrachius latina, & exotica uteretur, usque adhuc legi neminem. Affectata multis eloquentia, huic ingenita, & innata. Eat nunc, & cothurnatis sermonibus jactet antiquitas Orpheum, Nestorem, Ulyssem, quos Græca vanitas usque ad fastidium miratur. Mihi Pibrachius magnus erit, non qui saxa cantu mulceret, silvasque traheret, sed

Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes
Præstinxit stellas exortus uti ætherius sol.

His virtutibus interiorem potentiam ut meritus, ita adeptus est. Ea nunqnam ad superbiam prolapsus est, aut ad privata compendia abusus; contra intentus in singulas benefaciendi occasiones, homines de Rege & Republ. optime meritos ornandos, tenuiores sublevandos, universos juvandos diligenter, comiter, benigne curavit. Quorum crebritate officiorum hoc assequebatur, ut quem prius fama potioribus commendaverat, hujus caritatem sui mores, ac præsens benignitas universorum animis ingeneraret, & qui ipse omnes amaret, hunc nemo tam ferreus esset, qui non redamaret. Hisce tot tantisque experimentis exercebatur insignis illa virtus, cum fatis Regem in Galliam revocantibus, de ea re se-

secreto deliberari cœptum est. Quippe cum mors Caroli Regis in Poloniam esset perlata, satis constabat, res Gallicas pessimo loco esse, ob potentum factiones, diversa populi studia; atque adeo propter bellum intestinum, & hærens in ipsis visceribus, quo pulcerrimum regnum jam tot annos urebatur. Atque horum malorum remedium non aliunde peti posse, quam ex præsentia Regis. Itaque, re sæpius inter præcipuos & intimos Regis amicos agitata, hæc postrema fuit omnium sententia, inprimis Pibrachii: Omisso eo, quod dici possit, ut in privatis necessitudinibus proxima pignora prævaleant, ita Galliam vim plurimam habere, parendumque vocanti; in eo Regis auctoritatem & Gallici regni salutem verti, si Galli statim sciant, Regem Polonia excessisse. In hoc uno nuntio tantum esse momenti, ut nulla res æque sit valida ad disjiciendas, si quæ usquam coquantur, conjurationes. Siquidem rumor incesserat, Regem in Polonia attineri, ac nullam causam regni ordinibus satis probatum iri, propter quam ei redeundi in Galliam potestas fieret. Atque ut id impetrari possit, tamen eas esse Polonici regni rationes, ut tanta res ne anni quidem spatio transigi possit. Hanc Regis moram ut forte Polonis haud inutilem, ita iis, qui in Gallia res novare cupiant, fore percommodam, Regi perniciosam, nomini Gallico exitiosam. Hac spe si Regis adversari deciderint, Regi cætera fore prona & plana. Nam pace in Gallia firmata, neminem fore tam incogitantem, qui Poloniam turbare audeat, aut possit. Gallia afflicta, aut

amis-

amissa, Poloniam quoque nutaturam. Hoc consilio Regis auctoritatem in utroque Regno firmari. Ne Polonis quidem, si sua bona intelligant, ullam satis justam querelæ causam relinqui; quorum maxime intersit, abstinere a frequenti regum mutatione, idque unum curare, ut, quibus rationibus adducti Gallum Regem elegerint, easdem identidem volutent, ne inconstantiæ damnis afficiantur. Regis absentiam, quæ una forte incusari possit, stimulum Regi fore, ad bene de illo regno, & intentiori cura promerendum. Denique Polonis ipsis arbitris, daturum operam, ne quid damni Resp. Polona patiatur. De his rebus statim ut in Galliam, aut etiam in Italiam perventum sit, Regem ad regni ordines missurum legatos, necessitatem clandestinæ profectionis excusaturos, atque optimas administrandi regni conditiones Polonis oblaturos. Proinde nullum cunctationi locum relinqui; omnia in taciturnitate, & celeritate posita: non esse consilio locum, ubi facto opus est. Nam quod agatur, id esse ejusmodi, ut non nisi peractum laudari possit. In hanc sententiam itum. Nec ultra mora. Nam die profectioni præstituta, Rex, nocte concubia, cum pauculis Cracovia profectus, postridie ad Moraviæ fines pervenit. Pibrachius, qui isset præ, regem morabatur apud sacellum quoddam dirutum, haud longe à via, (is locus, in quem conveniretur ab iis, quos Rex in hujus profectionis conscientiam adhibuerat, forte erat dictus.) Ibi, cum nox illunis prospectum circa adimeret, aure terræ admota, strepitum

tum excepit equorum, incitato cursu campos quatientium. Ex quo cum, id quod erat, Regem esse suspicatus esset, qui recta via iret, ipse duobus comitibus, equo propere inscenso, Regem longo intervallo sequi instititit. Ac multum processerant, cum cujusdam insequentis strepitus auditus est. Is quia erat Polonus, metuebatque Pibrachius, ne agmine suorum sequente, ut tali tempore & loco, scelus & cædem, ut rem præclaram, auderet, alterum ex comitibus hominem armatum, & equo pernici insidentem, jussit subsistere, qui hujus cursum & impetum moraretur, dum ipse cum altero comite illi se subterduceret. Mox in incœpto itinere pergit. Iamque erat secundum diluculum, cum infelici erratione perrexit ad lævam, cui ad dexteram flectendum erat. Ea in solitudines, ac paludes delatus est. Quo cum fama regii discessus incredibili velocitate pervenisset, agrestes, viso Pibrachio, proximos quosque ululatibus, ac dissonis clamoribus excire occipiunt. Illi quodcunque telum sors obtulerat, arripiunt, & qua ad aures clamor acciderat, inconditi accurrunt, anheli, quid sit, requirunt. Alii Gallos in illis locis latitantes visos clamant; alii forte Regem ipsum, alii alium. Ita parvo temporis momento conglobata ferocium hominum manus in ipsum, & comitem impetum faciunt. Et hunc quidem impetu obtruncant. Hac cæde visa, Pibrachius, equo dimisso, cujus nullus erat usus in locis uliginosis, silvestribus, & impeditis, ipse se, qua densissima erat silva, ut persequentium impetum frustra-

retur, primum abdit. Mox illis, ceu feram latitantem indagantibus, & sudibus, contis, hastis implicitos silvæ nexus, & ramosas compagines diligentius rimantibus, se in proximam paludem humeris tenus immittit. Ibi arundineto circumseptus delitescebat, cum id ipsum suspicati agrestes, effugiis obseptis, & paludis crepidine prius occupata, ejus oram multitudine complent. Statim è balistis, arcubus, fundis tela, sagittas, lapides emittunt, universi incerta destinatione unum petentes. Hujus atrocissimi furoris non auditor modo Pibrachius, sed spectator erat. Sæpiusque caput limosa palude mersit, ne ad ictum patesceret. In hoc æstu periculorum non minus quindecim horis est versatus, cum agrestes, postquam tenebræ incedebant, diu stando, jaculando, clamando fessi, ad sua tuguria paulatim dilapsi sunt. Is ubi tuta omnia circumspexit, tandem palude emersit adeo cœnosa, ut ejus ocreas, & inferiores caligas locus ille, veluti donarium, & quoddam salutis pretium sibi relinqui voluerit. Ita, capite intecto, nudus pedibus, poplitibus, cruribus, locis horridis, ac deformibus, nullo comite, promotæ noctis silentio nunc vanos, nunc veros metus augente, uno cœlo formidabilis solitudinis & erroris teste, vix hominum periculis ereptus, & jam ferarum prope laniatibus objectus, solo siderum fulgore regiones discriminans, ad occidentem, qua Gallia erat, ut poterat, inter devia, & saltuosa loca pergebat; cum vixdum orto die, pervenit ad rapidum quoddam flumen incerto vado. Ibi vero

ma-

manus ad cœlum tendens, humescentibus oculis, Dei opem implorat: mox ramo innixus, qvem ex arbore avulserat, flumini se committit. At cum inter lubricos, muscososqve lapides vestigium ponere non posset, aqvæ impetu bis dejectus, ac tertio vorticibus prope haustus, atqve inter undas revolutus in inferiora deferebatur, cum ramo pertinaciter adhærens, ac toto nisu corporis resurgens, sola ope divina, in alteram impervii amnis ripam evasit. Inde sole adulto, cum uvidos pannos exsiccasset, longa camporum spatia pedibus emensus, tandem tugurium conspicit. Illo recta tendit. Ibi erant bubulci, ac durum id genus: qvi conspecto homine seminudo, facile ex habitu corporis, & imperitia Polonicæ lingvæ Gallum esse intellexerunt. Ac primo hominis errori, & infelicitati illudere, mox ei manus intendere: cumqve ejus patientia, & silentium rusticitatem acueret, inibi erant, ut ei os tunderent, cum unius aniculæ opera rusticæ sævitiæ ereptus, & in superiori parte tugurii conclusus est. Hæc eadem homini, tot periculis, tot laboribus, tot terroribus fatigato, qvas maximas delicias habuit, panem, scilicet, siligineum, & potum, hoc est, cervisiam obtulit; qva is avidas, siti emortuas, ac prope ardore occallatas, & interclusas fauces respersit. Ibi haud multum refota membrorum lassitudine, ubi agrestes somno mersos videt, de media nocte sensim se de tugurio ducit, indeqve beneficio tenebrarum elapsus fortuitum iter incipit. Ac forte silvis egressus, mane aperto campo errabat, cum, rheda conspecta, continuo ad illam accurrit.

Rhedæ dominus, homine procul viſo, qvi recto tramite ad ſe veniebat, aurigam jubet ſubſiſtere: mox cognito, Pibrachium eſſe, tanti viri caſum miſeratus, & iniqvam amici ſortem abominatus, eum in rhedam imponit. Is fuit vir nobiliſſimus idem, & humaniſſimus, Stanislaus Sandivogius Czarnkovius, Regni Poloniæ Referendarius, Pibrachio usqve in extremas res amicus, fidusqve, qvi magna celeritate ad regni limites proficiſcebatur, qvo rei novitas, ſtupor, diverſa ſtudia aliqvot Senatores conciverant. Illo ſimulatqve perventum eſt, & Pibrachius Regem in Moraviam incolumem perveniſſe cognovit, tum vero præteritorum malorum eſt oblitus, cœperuntqve ei manare gaudio lacrymæ. Ut vero ab iis, qvi forte aderant, è rheda deſcendens eſt conſpectus, illico omnium fremitus eſt obortus. Ex qvo ſatis intellexit, tot periculorum non aliud eſſe remedium, qvam recens periculum; atqve ideo ſe agreſtium feritati ereptum eſſe, ut paucorum Senatorum recentibus odiis objiceretur. Siqvidem hi truces vocatum ad ſe hominem minis territare incipiunt: Non bona fide, atqve ut virum bonum oportuit, cum ipſis egiſſe, qvi ejus conſilii auctor fuerit, qvod Rex avide amplexus, inſalutato Senatu, ac ſpretis regni ordinibus, à qvibus ſupra omnes mortales honoratus & cultus fuerit, ſuam perſonam in caſum dederit, regnum Poloniæ in maximas perturbationes conjecerit, ac famæ ſuæ parum utiqve conſuluerit. Proinde cauſam ſuam meditari incipiat Cracoviam retrahendus, ubi tantæ culpæ auctor meritas pœnas

luat.

luat. Ad ea Pibrachius, qvi reus esse nesciret, haudquaqvam supplici vultu, ac voce trepida, sed praeclara conscientia subnixus, atqve ita propemodum compositus, ac si se judice, illi omnes causam dicerent, Regis famam à calumniis, suam salutem à furore vindicans, Aegri, inqvit, curationes obitis. Nam qvae vobis imputari possunt, ea veteri, & pervulgata arte aliis objicitis. Egone non bona fide, atqve, ut virum bonum decuit, vobiscum egi? Cedo, ubi fidem abrupi? qvid commisi, in qvo à boni viri officio discesserim? Qvinimo mea in multos vestrum beneficia haud vanus exprobrator commemorare possem, si id tam meus pudor sineret, qvam vestra maledicta prope cogunt. At enim Regi auctor fui deserendae Poloniae, ejusqve rei culpa uni mihi assignatur, qvae potest esse plurium. Qvid, si negem? qvo argumento convictum tenebitis? Verum vos isto labore libero. Non libet isthuic inficiari; confessionis gloriam amplector. Svasi, inqvam, ac persvasi facinus magnum, & memorabile, Regi, & regno Galliae necessarium, ac proinde vobis, & universae Reipubl. Christianae salutare: cujus vos, si ejus rationes teneretis, laudatores essetis. At Regi periculum fuit. Periculum Regi? à qvibus, si non à vobis? Videte, qvod sit vestrum de vobismetipsis judicium, à qvibus infestis Regi vestro male metuendum fuit. Sed vos publici status perturbatio angit. Qvid ita tanta perturbatio? Id modo vos date operam, ne regnum optimis legibus fundatum privata studia evertant. Illis vos tenete, vos dico optimates, Ve-

lica, & vestra videtur: hoc tam [illegible]
volo, vobis cum eo Rege re[illegible], cu[illegible]
es immensa spatia persæpe ingen[illegible] co[illegible]
cerunt, & maria sæpius transierunt ad [illegible]
modo suas, verum etiam universi no[illegible]
i injurias. Constantia orationis [illegible]
qvod metu intendisset. Nam [illegible]
efacti, & omnis illa multitudo [illegible]
paulo ante

Pessimos induta vultus, fron[illegible]
Minax,

facta erat. Adeo qvi [illegible]
poenitentia mitescunt. [illegible]
t, atqve obsecrant, u[illegible]
, & amor patriæ ab[illegible]
Qvin, ut antea, p[illegible]
eneficiis sit cogn[illegible]
usam, pro sua h[illegible]
ominem clam [illegible]
, qva cum Cz[illegible]
e perrexit, [illegible]
faximilian[illegible]
anico & Ita[illegible]
redditus [illegible]
ad sac[illegible]
n, & [illegible] i
dhibi[illegible] es
eadem [illegible] Italæ [illegible] su
cognos[illegible] iun[illegible] on-
nullagi[illegible]
nten

strum exemplum vulgus imitabitur: nihil tumultu-osè, omnia ordine fient. Potestis verum audire? vultis scire, à qvibus potissimum turbas metuam? ab avida & impatienti ambitione, & ab inexplebili avaritia. Has ponite in Reipubl. perniciem ituras, justitiam colite, concordiam amplectimini. Propter absentiam Regis nihil damni Respubl. patietur, cujus incolumitas Regi tanta cura habetur, ut nihil æqve ad suam famam, qvæ sola ei pectus acuit, & qvam usqve adhuc integram, & illæsam servavit, pertinere existimet. At clam & nobis insciis, hinc profectus est. Indignum vero facinus. Qvid? num forte jure jurando adactus est, ne non concessu, aut etiam, si Diis placet, injussu vestro Polonia egrederetur? ubi hoc est perscriptum? Qvid est, regem esse, nisi tempora, & occasiones in sua potestate habere? Qvo ore tu privatus hanc legem Regi tuo dicere audes; qvam si is mutuo tibi dixerit, confestim tyranni intolerandam impotentiam clamites? At etiam mihi minitamini, qvem heri multiplex mortis adspectus non terruit. Mihi credite, non malis conflictari, sed malum mereri, malum esse duco. Vos mihi injuriam facere, ego accipere non possum. Id tamen, ne erretis, haud feretis inultum. Siqvidem Rex veritus ne in familiam innocentem sæviretis, diligenter scripsit Reginæ, matri suæ, ut Polonos, qvi in Gallia sunt, attineat, ut illi eadem ratione illic curentur, qva nos hic habitos cognoscet. Proinde, si vos nulla Regis, nulla æqvi, nulla tangit fœderis reverentia, inter utramqve gentem initi, agite, insanite, si ita è re

&

lica, & vestra videtur: hoc tamen vobis prædic... volo, vobis cum eo Rege rem esse, cujus majores immensa spatia persæpe ingentibus copiis contraxerunt, & maria sæpius transierunt ad ulciscendas non modo suas, verum etiam universi nominis Christiani injurias. Constantia orationis periculum depulit, qvod metu intendisset. Nam & Senatores obstupefacti, & omnis illa multitudo, qvæ forte adstabat, paulo ante

Pessimos induta vultus, fronte non una
Minax,

alia plane facta erat. Adeo qvi furore efferbuerunt, paulo post pœnitentia mitescunt. Consurgunt omnes, rogant, atqve obsecrant, ut qvæ dicta sui Regis desiderium, & amor patriæ ab illis extorserit, indicta esse velit. Qvin, ut antea, plurimis in Rempubl. Polonicam beneficiis sit cognitus, ita deinceps universi regni causam, pro sua humanitate, apud Regem agat. Exin hominem clam dimittunt. Pibrachius eadem rheda, qva cum Czarnkovio vectus fuerat, in incepto itinere perrexit, Regemqve assecutus est Viennæ, apud Maximilianum Cæsarem. Postea in longo illo Germanico & Italico itinere, & qvousqve Rex Galliæ votis redditus esset; non alius magis Regi continuus, non ad sacros sermones, non ad intimam familiaritatem, & arcana consilia magis admissus, ac freqventius adhibitus; non alium è regio comitatu Germaniæ, & Italiæ principes magis admirati sunt, qvam Pibrachium; cui non parva apud omnes accedebat ex recentibus periculis commendatio.

tio, famaqve. Cæterum etsi in tota illa Polonica peregrinatione multis nexibus, multis qvasi catenis majus ei indies occupationum agmen extendebatur, atqve adeo, etsi vix qvicqvam occupatus bene agit; tamen is in mediis prope turbis secretum inveniens, atqve ita propemodum, ac si inter nemora ipsa, & lucos versaretur, Musarum se choro immiscuit. Ibi qvaternis versibus pangere cœpit illud carmen, qvod qvidem doctrinæ genus complectitur nulli mortalium non necessarium, imo hoc unum necessarium: in qvo nihil anxie scriptum, nihil anilium fabularum involucris tectum, & implicitum; sed omnia pietatis & justitiæ præcepta suis verbis sunt monstrata, & explicata: carmen rebus, qvam verbis uberius, totum sapientiæ auro segmentatum, multis nominibus admirabile, vel qvod docet, vel qvod hortatur, vel qvod castigat, vel qvod laudat: carmen, cui nullus livor, cui nulla tempestas est nocitura, qvod nulla vetustas est consumptura; qvod ille sui ingenii, suorumqve morum qvoddam veluti chirographum, & indisputabile testimonium hominibus reliqvit: neqve enim aliud scripsit, aliud sensit, aliud præcepit, aliud præstitit: qvin imo mens manum duxit, animus lingvæ imperavit, conscientia cum vita consensit. Regia qvidem Majestas, qvæ hominem plane norat, non tam famæ, qvam veritati, nec aliis magis, qvam sibi credens, atqve hominum mores ad trutinam regalis judicii appendens, Vidum eo loco habebat, qvo qvisqve eum habet, cui se medullitus ostendit, undeqve multiplices, ac perennes Resp. utilitates capit. Qvo

minus

minus miror, si hominem à se digredi ægerrime passa est, cum tamen id publica negotia postularent. Si qvidem haud multo post, qvam Rex Polonia excessit, ab regni ordinibus ad eum decreta est legatio in Galliam, qva affirmabant, qvemadmodum sine suo capite discordia membra trepidant, ita se præteritis malis pernimium doctos esse, diuturnam Regis absentiam Reipubl. Polonicæ esse exitiosam. Ideo se eas preces Regi offerre, qvas tempora postulent. Qvarum summa hæc sit, ut ad diem IV. Id. Maji Rex sistat se in oppido Polonico, cui nomen Stenzicia, ut ibi, sua auctoritate, & communi ordinum sententia, publica mala, qvæ in dies ingravescant, pelli, & imminentia vitari possint. Id ni fiat, Deum & homines testes advocare, se exinde ejusdem juris fore, qvo fuerunt tunc, cum ipsum dixerunt Regem, nempe homines liberos, qvorum in manu sit, alium Regem eligere. Ad ea Rex respondit, se Gallicis bellis illigatum de reditu suo nihil habere, qvod affirmet: verum ad ordines regni missurum legatos, viros amplissimos, præsentia spectaturos, ac Reipubl. Polonicæ ita prope satisfacturos, ut si ipse adesset. Haud multo post ea legatio duobus est data, Rogerio de Bellegarde, Galliæ Marescallo, & Pibrachio. Rogerius ad qvædam negotia, qvæ ad hanc ipsam legationem maxime pertinebant, per Italiam, Pibrachius recta per Germaniam in Poloniam proficisci est jussus.* Jam dederat se in viam, jamqve ad fines prope Germaniæ pervenerat, cum gravissimo casu

 con-

* 1575. Mense Aprili.

atque eadem cæteros demetere parant. Sed hi raptoribus invidentes, ne suæ operæ pretium apud alios esset, manus à cæde ad rapinas convertunt. Quibus paulum repressus primus impetus, ubi suas manus præda impeditas vident, vita gravate cæteris data latrones Pibrachium in silvas abducunt, ut non impetu interficeretur, sed ad mortem accederent alia ludibria, ipsa morte luctuosiora. Ita vir præstantissimus obliquis tramitibus, qua nulla semita erat, hac illac circumductus à meridie usque ad mediam noctem, inter maximos terrores semper versatus, tandem in pagum quendam pertractus est. Ibi cum agrestes à præfecto arcis Montisbeliardi, qui frustra eos cum aliquot equitibus persequutus fuerat, de captivitate, & infortunio legati Regis Galliæ edocti essent, ac passim totis campis ad arma concurreretur, haud in longum quies latronibus data: siquidem hi, dum equos, & corpora curant, audito tumultu, atque id, quod erat, rati, undique ad se iri, denuo Pibrachio minitantur, nec ultra ab ejus cæde temperaturos clamitant, si quisquam ipsorum vel tantillum, læsus foret. Hac ratione qui ad eum liberandum accurrebant, ejus periculum onerant. Interim latronum alii equos è stabulis educunt, alii arma expediunt, alii ad pagi exitus, & pericula occupanda discurrunt; atque ibi quendam sinistro pede domo sua egressum trucidant. Pibrachium per loca cæca secum abripiunt; novos insuper, ac recentes mortis terrores homini objiciunt. Ipse, qui pridie Brisachium (id latronum ductori nomen)

men) sermonis suavitate, & ingenita ori majestate mollire cœperat, id feliciter, re prope desperata, facere instituit. Nam latronis cœpit ira languescere; & qui præcipuus mortis exactor fuerat, eundem Pibrachius suum servatorem postea cognovit. Siquidem statim orto sole, cum se latrones facile circumventum iri viderent, si simul, & catervatim ire pergerent, Pibrachio subsistere jusso, ipsi haud longe in reducta quadam valle prædam viritim dividunt. Mox, quid illo faciendum sit, consultant. Cum plures confodiendum censerent, Brisachius, quamvis scelus jubere magis, quam prohibere posset, huic decreto intercedere ausus, propere ad Pibrachium accedit, eoque virga, quam forte habebat, leviter percusso, Abi hinc, inquit, quo voles terrarum; & quod vivis, id memento te habere muneris mei. Ita, præter omnium spem, præsenti exitio subtractus, Montembeliardum rediit, non præteritis malis atrox, sed eo oris, totiusque corporis habitu, ut non ipse consolatione egeret, sed vultum ejus adspicientibus magnum constantiæ specimen daret. Adeo æquus adversa tolerabat, ut ea suæ virtutis experimenta faceret. Inde Basiliam, mox Soloturnum profectus est. Ex eo oppido prius datis ad ordines regni Poloniæ litteris, ipse magnis itineribus inceptum iter properat, ac per Bohemiam in Poloniam pervenit. Pragæ erat Maximilianus Cæsar, à quo præcipuo honore est habitus. Posnaniæ, quæ est majoris Poloniæ civitas, alias literas per dispositos equos ad ordines mi-

sit, quibus, quando prope adesset, majorem in modum rogabat, ne prius à Comitiis discederetur; quam ipse in illa nobilium frequentia, regia mandata exposuisset; quæ ubi universi audiverint, satis sciat, nihil minus ipsos, quam de Rege mutando deliberaturos. Hæ litteræ, quia sub ipsum discessum comitiorum Senatui redditæ fuerant, lectæ quidem pro concione sunt; sed iis haud obtemperatum. Causas expediam. Maximilianus Cæsar primo, ut supra dictum est, in comitiis Varsoviensibus repulsam passus, clandestinum Regis è Polonia discessum, ut suam successionem accipiebat: & quod sperabat, id tentare quacunque potuit, cœpit. Res agebatur per Andream Duditium Pannonium, literis excultum, & multo rerum Polonicarum usu probatum. Is Duditius multos, & hos præcipuæ nobilitatis, & auctoritatis Senatores ad Austriacas partes traxerat, qui, ut comitia Regis creandi causa indicerentur, hoc vero unum ab Archiepiscopo Gnesnensi jam licentius efflagitabant; ut erecta sua in Cæsarem studia, fidemque re comprobarent. Aliud erat genus hominum in Polonia, qui sive privatis adfectionibus, & quia se quidam regno haud indignos deputabant; aut, quod verius puto, quia mortalibus natura insitum est, ut suo quisque ingenio vivat, aliorum placita moretur nemo, nulla re adduci poterant, ut Cæsari suffragarentur. Hi, nondum in unum aliquem prono favore, se Piasti partium esse, aut Piastum Regem designare dicunt, nempe, non ab exteris nationibus petendum Regem,

gem, sed incolam, & Polonum, eodem plane modo, quo reperiri ajunt in Annalibus Poloniæ, Piastum quendam nomine, infimæ sortis hominem Regem adscitum: unde factum sit, ut qui Polonum hominem designant Regem, iidem Piastum eligere dicantur, eaque appellatione utantur, donec destinatis locum reperiant. Igitur Austriaci & Piasti, in quas factiones regnum Poloniæ discesserat, odium commune Regis pro fœdere habentes, conjuncti studiis, diversi consiliis regiam dignitatem Henrico abrogari volebant. Eo ut pervenirent, haud multo post Regis discessum, utrique non prius quieverunt, quam Regni comitia Varsoviæ transacta sunt: unde ad Regem destinata est ea legatio, cum iis litteris, quas supra memoravi: non, ut id, quod petebant, assequerentur, nempe, ut intra sex mensium angustias Gallia pacaretur, atque eadem Rex in Poloniam rediret, sed causam novandis rebus. Quid multa? die dicta, ex omnibus Poloniæ provinciis Stenziciam itur plenis viis. Ac primo decretum ibi fit, quo imperium Henrico abrogatur. Cui decreto etsi perpauci, & hi levissimum genus hominum subscribere ausi, tamen sui voti compotes Cæsareani, veluti frenis exoluti, & aliis audendo prope potentiores, sese ad suffragia ferenda accingunt, Cæsarem, aut Ernestum designaturi. Piasti, quorum adhuc incocta erant consilia, sese multitudini inserunt: vetera, & recentia in Germanos odia recensent, (nam gentibus ne ullo quidem insigni, aut amne, aut monte discretis connexum odium)

Cæ-

Cæsareanis pertinacissime resistunt. At qui Henrico fidem in rebus dubiis præstarent, horum erat numerus haudquaquam spernendus, præcipuo fautore Archiepiscopo Gnesnensi, ac ductore Joanne, Comite Tencinio, Castellano Voinicìensi, & Cecignovio quodam, viro acri, & militari. Qui ut duabus tam potentibus factionibus minime pares erant, ita prout inclinassent, grande momentum. His tot, magnisque motibus res Polonicæ agebantur. Cæterum Austriaci & Piasti primo palam dicere, eo Regem contemptionis descendisse, ut ne legatos quidem ullos in Poloniam mittat: nam qui adventare dicantur, hos nullos esse, sed tantum inania nomina. Ut vero Pibrachii casus nunciatus est, utrique nuntio illudere. Id vero uni Pibrachio accidisse, ut legatus Regis Galliæ in latrones incideret: illam unam pecuniam, quam Rex Polonis mittere dicatur, non nisi periculoso, & obsesso itinere potuisse vehi; cum Rex ad equitatum Germanicum conscribendum magnam vim auri frequenter in Germaniam mittat. Artes Gallicas eccui non patere? primo rediturum Regem, satis audacter affirmatum; mox redire non posse, sed legatos mittere; denique legatos à latronibus interceptos: aniles fabulæ, & quibus puerorum ingenia oblectari possint. Ipsos nihilominus quod agant, acturos, eumque Regem dicturos, qui non tot curis, & occupationibus distineatur, sed cui administratio regni Poloniæ una, eademque maxima cura sit. Ita utrique Gallicæ parti acerrime adversantur,

tur, ac per discordias tempus consumunt, cum Cæsareani à Cæsare, Piasti ab aliis, Rogerium in Italia esse, Pibrachium adventare cognoscunt. Quo nuntio utrisque ejus rei exemta dubitatione, Cæsareani rem urgent, ut, priusquam is adesset, Rex eligeretur, quem fore Cæsarem haud inani, ut putabant, spe præsumpserant. Contra Piasti neque Cæsarem designari, neque Henricum confirmari, sed omnem rem duci volebant. Jacobus Faius Spessæus, nunc in Senatu Parisiensi regius advocatus, Regis nuntium in Polonia, id temporis, agebat vir multa diligentia, non minori eloquentia, & probitate. Is Pibrachium, qui jam Poloniam attigisset, expectari volebat; idque unum ab ordinibus obnixe petebat. Cui petitioni cum & Cæsareani & Piasti, id ipsum metuentes, aperte contradicerent, è *maximis malis* quod minimum malum esset, eligere, non vulgaris sapientiæ fuit. Itaque id actum est, ut Gallici in eo se una cum Piastis conjungerent, idque perficerent, ne Cæsar designaretur, sed re infecta, & negotio in alia comitia dilato, & Polonis forte pœnitentiæ spatium, & Regi tempus prorogaretur. Tandem post multas & acres concertationes, Piastorum & Gallicorum consensu victis Austriacis, comitia dimittuntur eo festinantius, quod Pibrachium non plus tridui itinere abesse, Stenziciam est nunciatum. Quæ postquam Pibrachio cognita, ne tanti momenti legatio his artibus elusa esset, atque ancipiti Repub. hominum animis insistendum, & nutantem adhuc fortunam occupan-

pandam ratus, ad Clerum, Senatores, civitates Prussiæ, Duces, ac Principes eos, qui cuncta venerantium officia ad Regem Poloniæ deferunt, literas dedit, quibus de eo graviter conquerebatur, quod legatus Regis pacem, ac securitatem, sola mortalium bona, illis ferens non Stenziciæ esset expectatus ab iis, qui Moschorum & Scytharum legatos tam humaniter excipiunt, libenter admittunt, avide audiunt. Hoc scire se non à prudentibus, quorum in Polonia affatim est, sed ab iis, quibus publica mala quæstui sunt, esse profectum. Quibus nisi consensu bonorum resistatur, eo rem Polonam brevi conjectum iri, unde exitus erit nullus. Quæ semel deliqueris, ea reprehendere cujusvis esse, corrigere magnæ virtutis, ingentis difficultatis, ac raræ felicitatis. Proinde videant, quonam rem progredi patiantur: privatis studiis publicam rem lacerari, hanc opulentissimis regnis, hanc florentissimis civitatibus labem esse, quæ simul ac homines invaserit, ne quicquam remedia conquiri, quæ plerumque non adultis morbis, sed ineuntibus quæsita sunt. Sed eas ab Rege ad ipsos attulisse regni administrandi conditiones, quas si accipiant, levitatis infamiam damnaque vitent. Quas non esse auditas, se nec sua, ac ne Regis quidem causa tam dolere, quam ipsorum, quorum maxime intersit, non aliena ambitione trahi, non alienis cupiditatibus distrahi, sed tuta & salutaria consilia capessere. Etiam atqve etiam videant, non tam qvid velint, qvam qvid efficere possint; neqve tam quid possint,

qvam qvid debeant. Hæc eo referri, ut Regem non vitio, sed legitimis comitiis creatum, in Europa maximum, & nobilissimum, qvem ipsi humanissimum, & liberalissimum non audiverint, sed cognoverint, eodem consensu retineant, qvo adscitus est. Nempe, minori discrimine retineri Regem, qvam qværi; & qvam usqve adhuc judicii laudem consecuti sunt, hanc demum fore veram, & magnam, si eam fide & constantia tueantur. Hoc animo si sint, venisse se, non alia de causa, qvam ut ad Regni ordines Regia mandata perferat; qvorum summa hæc sit: Eam esse caritatem Regis in Rempubl. Polonam, ut ad ejus salutem, & decus ea omnia collaturus sit, qvæ ipsi divina bonitas elargita est, auctoritatem, fœdera, clientelas, pecuniam, classes, exercitus. Securitati qvidem Polonicæ ante omnia consulentem sedulo egisse cum Turca, ut, qvo sociali fœdere cum Polonia junctus est, id perpetuo sanctum, & inviolabile esse velit. Neqve Cæsarem, neqve Regem Sveciæ, Poloniæ conterminos principes, qvicqvam adversus antiqva fœdera novaturos: ad utrumqve hac de re diligenter scripsisse, & qvæ speraverit, responsa retulisse. Moscho, si insaniat, ea arma oppositurum, qvibus sentiat, se cum duobus potentissimis regnis iniqvam suscepisse concertationem. Tartaris stipendia solututurum. His rationibus Regem regno Poloniæ ab exteris securitatem præstare. Internam restare concordiam, ex qva nascatur solida qvies, & qva una regna coalescant: hæc qvomodo stabilienda sit, qvem alium melius posse, qvam ipsos, dispice-

re? De re omnium maxima deliberent modo ipsi: qvicqvid ordines consensu decreverint, id Regi fore ratum & sanctum. DeniqveRegem ita esse animatum, ut velit omnes homines intelligere, apud se pluris esse eligi Regem, qvam nasci: hoc fortunæ esse munus, illud hominum benevolentia sibi tributum. Qvorum judicio sit honestatus, hos velle, ut homines de se optime meritos remunerari, parcere ut alienis, amare ut suos. Postremo, Galliam, & Poloniam mutuis utilitatibus velle connectere, adeo, ut sociatis ac permixtis utriusqve regni bonis, singulorum mala ad neutrum, bona ad utrumqve pertineant. Si hasce tot, tantasqve à suo Rege utilitates & singuli, & universi capere possunt, si hæc est summa votorum omnium, ac ne à Deo qvidem plura, aut majora in commune petuntur, cur anxie foris qværant, qvod domi partum habent? levitati comitem ire pœnitentiam; qvam plerumqve non melior status, sed infamia, ruinæ, clades, cætera mala seqvuntur: qvæ ii tantum vitare possunt, qvibus bonam mentem Dii dederunt. Bonæ mentis hæc esse signa, sua bona posse pati; suos morbos nosse; remedia diligenter conqvirere, repertis constanter uti. Hanc se ipsis bonam mentem precari; atqve à Deo petere, ut ipsorum consilia prosperet. Hæc atqve talia non solum scripsit, sed ipse apud eos omnes, qvos convenit, Senatores, & illustres eqvites, primores gentis qvam sæpissime disseruit. Sed neqvicqvam apud surdas, & clausas veritati aures. Qvippe qvi res Cæsaris curabant animos corruptores hominum

num avaritiam emercabantur: hi ægri mora, ac ſpei impatientes comitia indici volunt, atqve hoc unum ab Archiepiſcopo Gnesnenſi primo precibus, mox expoſtulationibus, poſtremo minis petunt, flagitant, extorqvent. Ne dubitatum qvidem apud Piaſtos, qvin & ipſi eo rem trahant. Qvin etiam qvi primo alacres fidem, animumqve erga Regem oſtentaverant, hi, langventibus jam ſtudiis, cæterorum impetu abrepti. Ita, cum auctumnus jam in hiemem præcipitaret, comitia Regis creandi cauſa indicuntur. Enimvero Pibrachius cum adhortationibus nihil proficeret, iras potius intenderet, gentem odio præſentium in novam regni formam eſſe præcipitem, odia in ſe, ac nomen Gallicum crudeſcere animadverteret, atqve ad ipſum ex omnibus Poloniæ & Lithuaniæ provinciis perferrentur literæ contumaces, contumelioſæ, minaces, rem indignam arbitratus, ſi, ſe præſente, ac veluti communis inſaniæ arbitro, Rex alius in illis comitiis diceretur; utqve aures & oculos ſuos tantæ confuſioni ſubtraheret, Polonos ſuis diſcordiis relinqvens, in Galliam remeavit. Gallia tunc vim armorum ſuorum etiam in ſua viſcera torſerat, cum ſalutarem ſenſit Pibrachii reditum. Qvi haud ſecus, qvam alter Mercurius caduceum ferens, optimo Regi facile perſvaſit, qvalemcunqve pacem vel bello huic teterrimo bene mutari; odia civium, etſi pertinaciſſima ſunt, tamen ſi ſemel cœperint deflagrare, ſenſim intermitti, intermiſſa tandem finiri, atqve ea ad concordiam, & pacem inconcuſſam recta iri. Rex, qvi intelligeret, non aliam eſſe meſ-

ſem Principis, qvam populi qvietem, neqve ſui ullam veriorem eſſe laudem, qvam regni ſecuritatem, in id unum intentus eſſe cœpit, ut publicis turbis in tranqvillum redactis, pacem ſapientia firmaret. Ad cujus tuendæ, ſtabiliendæqve fidem cum multum pertineat, per qvos & petita & parta ſit, qvi ſvaſor fuerat, hunc ejus confectorem eſſe voluit. Nempe, inſigni virtuti non alia ſuorum operum intervalla permittuntur, niſi dum finiuntur. Pibrachius multis antea, magnisqve experimentis eruditus, & qvi maximis qvibusqve negotiis non ſolum par, ſed ſupra eſſet, pro ſua prudentia, eas concordiæ rationes invenit, ea modeſtia rem omnem tractavit, tantum apud univerſos auctoritate valuit, ut paulo poſt non ſolum bellum deſierit, ſed pax optata magis, qvam ſperata in eas leges confecta ſit, qvas ipſe dixerat, integris exercitibus, atqve utraqve parte ita, ſcilicet, læta, ut comi via id ſe qvisqve aſſeqvutum putaverit, qvod in victoria reperire potuiſſet. Atqve ut omnia abſoluta dici poſſent, inprimis ut Germanico eqvitatui, qvem Cazimirus ad illud bellum ductaverat, abunde ſatisfieret, Pibrachius ab Rege, & Sereniſſimo Franciſco, Duce Andium, fratre Regis, ad Sereniſſimum Carolum, Lotharingiæ Ducem, miſſus eſt, qvi ab eo utriusqve verbis peteret, id qvod impetravit, ut præter prædes, qvos Rex Germanis daturus erat, ipſe Cazimiro ſatisdaret, caveretqve qvindecies centena millia librarum certis penſionibus, ſtatutisqve temporibus ipſi in Germania numeratum iri. Hac ratione utriqve exercitui ſalus, pax regno, Regi par-

ta

ta est ingens gloria, Exin vir ille solum ad res magnas, & arduas natus, Regi & reipub. fidelem operam nunqvam præstare destitit in iis, qvæ aut interiorem regni administrationem, aut exteriora spectant. Certe qvocunqve is venisset, illius præsentiam propemodum haud minus salutarem esse, qvam numinis alicujus omnes fatebantur. Vox qvidem & inaffectata illa tam publicæ, qvam semotæ dictionis veritas videbatur supra humana. Atqve ut erat meritis maturus, & qvi multa simul Reipub. munia impleret, splendidissimis dignitatibus ornandus, atqve adeo in specula & culmine ipso honorum locandus judicabatur. Id qvod etsi ei præstitum foret, non tamen ornamentum accipere, sed ipse dignitati collaturus videbatur. Tantus in animis, tantus in hominum judiciis erat. Atqve hos qvidem titulos ipse, ut mortales, caducosqve nunqvam non deprecabatur, aut temperabat. Nempe, sempiternam gloriam, & veros honores non alios esse intelligebat, qvam in qvos nihil tempori, nihil invidiæ, nihil odiis licet. Nihilominus tamen Rex prudentissimus cum satis sciret, magnis dignitatibus magnos animos omnibus fieri, qvia qvæ dignis tribuuntur, horum non ad ipsos magis gaudium, qvam ad similes redundat, & qvæ qvibusdam sunt præmia, hæc eadem aliis sunt exempla, Pibrachium in demortui Præsidis Senatus Parisiensis locum subrogavit. In qvo magistratu is satis ostendit, qva mente esset, nempe, ita purgata, ut non facile erroris vitio sordesceret. Cæterum justitiæ eo usqve cultor fuit, ut inter publica jura nul-

lis privatis studiis licentiam daret; unum Deum omnis divini, & humani juris auctorem nunqvam non cogitans, personas respicere nesciret, id solum lingva pronunciaret, qvod conscientia sentiret; sangvinis humani non modo non sititor, sed usqve eo osor esset, ut innocentem absolvere, & reum condemnare, etsi æqva laus est, illam tamen magis affectaret, atqve è disparibus sententiis semper mitiori faveret: deniqve tam absolutus esset, ut in tanta hac, qvam videmus, Galliæ provinciarum diversitate justum judicem fuisse, & frontem liberam habuisse, discreta hominum judicia consentiant. Per idem tempus Aqvitaniæ, & Galliæ Narbonensis incolæ, veluti fatalibus qvibusdam furiis etiam in mutuum sangvinem agebantur, neqve ulla ratione bellum cruentum, & pertinax, & cui vix ullum simile memorat antiqvitas, sisti videbatur posse, cum Regina mater Regis florentissimas olim provincias discordiis usqve ad exitium fatigari, id vero diutius pati nescia, illo profecta est; qvo secum duxit Pibrachium perpetuæ pacis futurum arbitrum sapientissimum, & ministrum fidelissimum. Atqve is qvidem optimæ Principi, & patriæ suæ tam bonam, tamqve piam dedit operam, ut furentes, atqve, ut ita dicam, lymphati homines, veluti manu apprehensi, & medicamento non in levamentum, sed in remedium accepto, ad sanitatem revocati sint. Nam discordes civitates reconciliatæ; odia finita; atrox discordia concordiæ, bellum prope inexpiabile paci tandem cessit. Qvarum rerum gloria etsi in Reginam merito

rito cessit, ipsaqve deteterrimis monstris, qvibus hominum mentes affligtabantur, triumphavit, proxime tamen ejus currum secutus est Pibrachius, cujus potissimum ductu tot malorum agmen fusum, & profligatum est. Paulo post * Henricus Serenissimus Rex Navarræ, cum maturam hujus viri virtutem novis dignitatibus sociatam in dies magis magisqve pulchrescere animadverteret, reginæ uxoris prope exemplo, qvæ, paucis ante mensibus Pibrachium Cancellarium fecerat, ei curam, summumqve judicium suarum rerum permisit, qvæ in Belgis sunt, atqve illarum, de qvibus Senatus Parisiensis, aut regium consilium, orta forte lite, & controversia, cognoscit. Eodem anno Rex, haud secus, qvam gravissimus Censor, interius illud suum consilium recitavit. Ac multos qvidem præteriri necesse erat, qvos licentia superioris temporis in illud irrepsisse constabat; & pauculos retineri doctrina, experientia, fide insignes. In hoc albo fuit Pibrachius, qvem Rex qvotidie videbat, non ex alienis vocibus consilia colligere, sed ex animi sui sale, & suopte corde vera promere. Paucorum annorum interjectu, Christophorus Thuanus, Senatus Parisiensis primus Præses, vitam fato reddidit; judex omnis erroris expers, & exqvisitus, & cui ex longo ævo integra fama, ex magistratu innocentia, è senectute prudentia. Qvibus virtutibus assecutus fuerat, ut præter summum magistratum, illudqve honorum fastigium, qvod Regis beneficio insederat, à Serenissimo Francisco, fratre Regis,

* 1578.

Cancellarii dignitate ornaretur. Huic tanto viro cum successor qværeretur, nullus Pibrachio potior visus, neqve adeo qvem Thuanus, si ipso arbitro negotium gestum esset, sibi mallet succedere. Siqvidem cum Franciscus à Belgis accitus, & summæ potestatis insigniis honestatus esset, ut imperium felicitate partum bonis artibus exerceret, sibiqve sapientia firmaret, à Rege fratre obnixe petiit, ut sibi opera Pibrachii uti liceret, hominis, qvi non tam dignitatibus, qvam dignatione laudandus esset, cujus fide niteretur, & consiliis. Adeo vir hic præclarissimus ultro à maximis Principibus ambitus est delatos magistratus accipere. Rex fraternæ, justæqve petitioni assensus est. Ita Pibrachius à Francisco ad Cancellariatum evectus, & ad Belgas vocatus. Utinam maturius! qvippe, ingentibus malis, & luctuosissimis cladibus, qvarum spectatores fuimus, illius prudentiæ ope obviam itum esset. Spes qvidem erat, fore, ut, qvæ acciderant, qvaliacunqve essent, in publicam utilitatem cederent, si utriqve vita suppeditasset. Sed aliter Deo visum, qvi intra paucos dies utriusqve animum corpore solutum in æternas ac beatas illas sedes (ut speramus, & optamus) recepit. Ut enim de Francisco taceam, qvem sua magnitudo non ignotum esse patitur, qviqve adeo magnis ingeniis est, eritqve narratus; Pibrachius vix unqvam non malis publicis mœstus est visus; usqve eo sollicita est caritas patriæ, ut, etsi tuta est, tamen secura esse non possit. Nam etsi sapientissimi Regis providentia universæ Galliæ hæc otia fecit, & qvam atrocissima

bella

bella paucis abhinc annis vexabant, hæc ſe ad intimum ſinum placidæ pacis, & optatæ ſecuritatis perductam videt, tamen qvia ejus bona non ſtatim, & ubertim apparent, & qvia hæc eſt natura civilium cladium, ut qvamvis videantur præteriiſſe, tamen usqve recurrant, & usqve metuantur; ſemper Pibrachius illud putabat imminere, qvod pertimeſcebat. Nemo illum qvatuor ferme abhinc annis convenit, cui is perpetua qvadam ſollicitudine non videretur ægreſcere. Cui ægritudini ipſe, pro virili portione, remedia conqvirebat non vulgaria, ſed ea, qvibus patria non ſanitati ſolum, ſed priſtinæ fortitudini, lætitiæ, alacritati, ſplendori redderetur. Ad ipſum qvod pertinet, ut robur corpori ſubinde ſumeret, ac ſeria ſtudia ſilveſtri, & innocenti voluptate diſtingveret, venatione ſe exercebat. Ipſe feras primus, aut in primis ferire conſpiciebatur: neqve ipſo

Spicula direxit melius Pythone ſuperſtans
Paan, cum vacua turbatus pene pharetra
Figeret innumeris numeroſa volumina telis.

Animum ſtudiis, & freqventi lectione alebat. Scriptores recentes legebat ſine ulla malignitate, & invidia; ſacros cum reverentia, profanos cum judicio. E ſacris Pſalmos Davidis dilegerat; hos in pectore recipiebat, & in ſenſus recondebat. Ex aliis Senecam, ut ſuum familiarem ſibi ſepoſuerat, hujus philoſophiæ diutius immorabatur, hac cœleſti ambroſia innutriebatur: utroſqve ad pietatem, & propoſitum æternæ vitæ trahebat. Hujus ſcripta, contra-

ctis exemplaribus, & ſubtilitate judicii, & aſſiduitate lectionis emendavit, & lectionum varietate diſtinxit. Sed neſcio qvis Autolycus manu piceata hunc librum clepſit, & viro præſtantiſſimo ingentem laudem, atqve eadem univerſo orbi inſigne bonum invidit. Cui ego hoc prædictum volo, ni ſibi pœnitentia caverit, & qvod * *manuatus* eſt, domino reſtituerit , Deos malum daturos. Qvod ſi eo confidentiæ devenerit, ut hoſce labores pro ſuis vulget, & impudenter impudens alienam laudem in ſeſe transferat, & hoc ſciat, vanitatis, & audaciæ fore manifeſtum: Nam qvæ variæ lectiones apud nos remanſerunt, eæ germanas ſorores, ut primum lucem adſpexerint, facile agnoſcent. Cæterum Pibrachius amicos non ex utilitate, ſed ex virtute, atqve adeo è ſui ſimilibus legerat, hoc eſt, optimis. Ipſe qvidem non temporarius amicus, ſed firmus erat; majoribus obſervantiam, paribus converſationem, minoribus facilitatem, omnibus fidem præſtabat. Negotiorum ſolatia non admittebat ſolum, verum appetebat. Siqvidem nullus abibat dies, nullumqve is remittebat tempus, qvo non aut in excelſo illo tribunali populis jus diceret, aut Regi ſuo tanti imperii moderatori, ac Sereniſſimo Franciſco ſapientiæ & bonitatis continuus ſvaſor adeſſet. Qvæ tamen omnia ſatis apparebat, non tam remedia, qvam breves eſſe doloris inducias. Mox enim ad ſerias cogitationes identidem recurrens, libertatem, & ſecretum dolori ſuo, & in interna mœſtitia, pene dixerim, volu-

* uſurpat Laberius in mimis.

voluptatem qværebat. Adeo magna ingenia, qvæ nulla clades domeſtica frangere poteſt, publicæ calamitates facilius obruunt. Tanta mole curarum, tanqvam gravi ſarcina nobilis ille animus jam diu preſſus, & contuſus, tandem explicari, & liber ad initia ſua redire cupiit. Jam mortalibus curis defunctus erat; jam fratrem Arnaldum, & adſtantes amicos ſupremis ejus illacrymantes divinis alloqviis, & raro magnæ conſtantiæ exemplo firmaverat. Jam finis aderat, cum palpitantibus præcordiis, lingva balbutiente, manibus trementibus, fervido tamen adhuc, & compote mentis pectore, verba, qvæ proferre non poterat, devorans animo, flagrantiſſimas preces, indefatigabili memorabilis pietatis ſerie Deo offerre adſpiciebatur: qvibus flexa divina bonitas eum, expleta mortalitate, ad immortalitatem perduxit, & cœlo vindicavit.* Hunc lenem exitum habuit vir ille magnus, qvi ingentem gloriam ſibi reſervans, perpetuum luctum nobis reliqvit; luctum non magis noſtrum privatum, qvam publicum. Nempe, Reſpub. de livore fortunæ conqveri jure poteſt, cum ſe hiſce ornamentis ſpoliatam, hiſce præſidiis viduatam adſpicit. Nos qvidem deſiderium tanti viri hoc ſolatio temperare poſſumus, clariſſime & ornatiſſime Forgete, non ſolum ſi nobis venerabilis illius ſpecies obverſabitur, ſed multo magis contemplatione vitæ per virtutes actæ, qvibus jam par non eſt ſeculum noſtrum: qvippe, nulla vulgaris, omnes magnæ, eximiæ, admirabiles. Hæc ex

* 1584. VI. Kal. Jun.

ex iis, qvæ supra memoravi, intelligere potes. Qvæ ipse ex interiori vita, qva qvisqve proditur, & ex penetrali illa familiaritate, ad qvam me is, pro sua humanitate, admittere solitus fuit, perspexi, hæc sunt: Deum sancte & pie magis, qvam ambitiose coluisse; justitiam, & integritatem, qvam provinciis præstaret, domi servasse; clementem fuisse; vitiorum non irrisorem, sed osorem; sui parcum æstimatorem; facilem, & ingenuum alienæ gloriæ fautorem; injuriarum patientem, nulli inferentem; ut famæ bonæ, veræqve laudis cupidum, ita falsam minime omnium mortalium affectantem; rei suæ diligentem; alienæ minime appetentem; ad accipiendas amicitias rarum; ad retinendas constantem; consilio promptum; recti pervicacem; ad omnia perspicacem; ingenio ingentem; memoria felicem; in qvo mira concordia, mirus omnium laudum omnisqve gloriæ concentus: cujus vivi non tam facta, qvam ipsum auctorem omnes gentes admiratæ sunt. Nunc postqvam agere inter mortales desiit, & hominum odiis, & invidiæ subtractus est, seria carmina, honorqve æternus annalium colet: tanta virtus ibit in secula, eamqve nulla ætas famæ eximet.

NICO-

NICOLAI FABRI V. C. VITA,

AD HENRICUM BORBONIUM CONDÆUM,

Primum Galliæ Principem,

ſcriptore Fr. Balbo.

*In Curia Monetarum Galliæ Advocato Regio.**

MAgnopere juvat, Illuſtriſſime Princeps, eorum vitam & mores mandare memoriæ, in quibus ſingularis virtus emicuit, non tantum, ut merita à poſteris, quos ſibi devinxere, gloria rependatur, ſed, ut ad eorum vitam, & res præclare geſtas, tanquam ad virtutis effigiem, mores unusquisque ſuos inſtituat. Pungit nimirum magis & afficit rei ab alio geſtæ ſpecimen, & exemplum decurſi jam itineris confidentiam addit, ac, ut verbo dicam, omnis per exempla, quam per præcepta recte agendi compendioſior via eſt. Quem vero ex noſtro, & longe ante, ævo cum magno illo præceptore tuo Nicol. Fabro conferre poſſim, dum omnes memoria repeto, alius plane non ſuccurrit, qui, quantum ſibi, quo fuit pudore & modeſtia, debitæ laudis & gloriæ detrahere niſus eſt, hoc ipſo dignior ejus vita, quæ ſempiternæ hominum memoriæ commendetur. Eum ego, præter adfinitatis, quæ nobiſcum intercedebat, neceſſitudinem, velut alterum parentem obſervavi, colui, veneratus ſum, ab ejusque la-

te-

* Præfixa *Opuſculis Lutetiæ* 1614. in 4. edit.

tere nunquam nisi doctior aut melior recessi. Quibus meritis, cùm parem gratiam referre non possim, æquum saltem fuit, ut grati erga ipsum animi mei qualecunque extet monumentum. Hoc vero tibi, Princeps Illustrissime, nuncupandum esse duxi, historiam scilicet vitæ integerrimæ, vel potius omnium virtutum ad vivum expressam imaginem, ut, qui tanto viro per complures annos præceptore usus, illum ex sua formula vixisse nosti, hoc ipsum illi quasi reponas, ac per nominis tui sparsum latissime splendorem, omnes intelligant, etiam hoc seculo vixisse, quem jure olim ætas ventura mirabitur.

Fabrorum nomen apud nos clarum jampridem per multiplices familiarum propagines enituit. Quid illæ ad hunc nostrum attineant, frustra explicem, scripturus vitam hominis minine omnium vani & ambitiosi. Ordiar igitur à proximis parentibus. Vincentius Faber, vir probus & dives, in vico Lineriensi ad Letherici montem, nobile Parisiensis præfecturæ municipium natus, à prima pueritia pietatis studiis deditus, statim ubi adolescentiam ingressus est, in terram sanctam religionis ergo peregrinationem suscepit, idque libro precum diurnarum manu sua exaratarum, quem itineris comitem secum tulerat, testatum reliquit. Quam vitæ & pietatis rationem postea fere tenuisse patet ex proprii sigilli nota, & è multis ab ipso, cum in villis, tum in hac urbe Lutetia structis ædificiis, signo crucis Hierosolymitanæ pro foribus insignitis; instructo idem apud eundem Lineriensem pagum ptochotrophio, in quo certo nu-

numero pauperes, relictis ab eo reditibus, alerentur. Natale solum Vincentius incoluit ad annum cIↄ IↄXLII. cum Catharina Arnolda prima uxore, ex qua XVI. liberos sustulerat; qua vita functa, cum Joannam Hacam lectissimam viduam ex honesta familia Lutetiæ secundis votis uxorem duxisset, ibidem fere imposterum ætatem degere, sedemque figere constituit. Ex altero illo matrimonio natus Nicolaus VI. Non Quint. anno cIↄ Iↄ XLIV. quo Carolus V. Imp. armata manu Gallias invasit, ut habet idem Vincentii codex, fidemque faciunt à Nicolao scripti versus IV. eid. Jul. anno cIↄ Iↄ XCIII. quo die ait se L. annum vitæ ingressum. Huic alter frater Ægidius natu major ex eadem matre: ambo simul liberaliter educati, dederunt operam humanioribus disciplinis Lutetiæ in Marchiana schola: ubi casu inopinato res incidit, quæ Nicolaum in adolescentiæ limine pene suis eripuit. Nam dum calami stylum forte hebetiorem cultello castigat, advolante in oculum præsegmine, illico præ dolore dextram manum, qua cultellum tenebat, oculo apprimit, simul & ferrum, eoque dexter oculus confoditur atque ita excutitur, ut quicquid est humoris in oculo, in fratris, qui prope adstabat, vestem efflueret. Inde non solum oculo orbatus, sed gravi & diutino morbo non sine vitæ discrimine conflictatus, corpore imposterum debiliore fuit, visu tamen acri & firmo, usus alterius oculi collectiore ac per hoc fortiore contuitu, ut non inconcinne de eo illud Senecæ usurpari potuerit. Si quis oculum casus

ex-

excusserit sapienti, reliquiæ illi suæ satisfacient, & erit diminuto corpore tam lætus, quam integro fuit. Lusit & in illud V. C. Antonius Oiselius carmine: & ipsemet Faber versibus, quos in effigiem suam scripsit, casum hunc suum testatus est, quo non solum non infractus, sed eo acriore studio ad literas incensus est ejus animus, qvibus se deinceps totum indefesso labore noctes & dies mancipavit. Elato paulo post patre, curam educationis suscipit mater spectatæ virtutis matrona; qvæ, ut erat liberali & honesto loco nata, nil eorum studiorum, qvibus ingenui adolescentes erudiri solent, prætermisit: ac primum, ut juri civili operam darent, ambos fratres misit Tolosam, dein Patavium, ac Musis amicam Bononiam. Inde, ne qvid ingenuæ educationi deesset, ulterius progressus Nicolaus totam fere perlustravit Italiam, circa annum cIↃ IↃ LXXI. ac Romæ per XVIII. menses commoratus est. Et cum in ea vix qvisqvam vestigium ponere possit, qvin monumentum aliqvod premat antiqvitatis venerandæ; plurima in ea peregrinatione vidit, collegit, notavit, qvæ illi ad ejus studia magno postea fuere usui. Didicit vero multa ex familiaritate præsertim virorum doctrina præstantium, qvi tempestate illa passim in Italia florebant, cum qvibus omnibus, inprimisqve Carolo Sigonio, ac M. Antonio Mureto, summa illi erat consvetudo: qvorum ope & gratia huc etiam aliqvam manuscr. librorum copiam advexit, ac præcipue Senecæ Philosophi, cui jam tum restituendo animum intendebat. Annos natus XXVIII. cum

se

ſe in patriam & domum maternam recepiſſet, totum ſe pietatis ac Philoſophiæ ſtudiis dedit, qvibus ut liberius & expeditiore animo vacaret, cœlibem vitam agere inſtituit: & amico cuidam ad nobilis puellæ nuptias ambiendas aliqvando incitanti, reſpondit: vellem, inqvit, apud me æqve firma ac rata ſint omnia, ac meum illud animi propoſitum & votum, qvo ſemel ſtatui, me nunqvam uxorem ducturum. Indeqve ſibi ſummam illam & inoffenſam tota vita ſua mentis tranqvillitatem comparavit, dum vix adulta ætate, qvo ſe animus dirigat, inſtituit, nec hærens & anxius qvid agat, certum ſibi iter, qvod metiatur, & metam qva conqvieſcat, proponit. Tanta contentione Muſis operatus, interea tamen à civilibus negotiis haud omnino abſtinuit. Nam cum per aliqvot annos in foro verſatus eſſet, anno cIↃ IↃ LXXXI. ut matri morem gereret, vir ampliſſimo magiſtratu digniſſimus, in numerum Conſiliariorum Regiorum, qvi aqvis & ſilvis in Gallia præſunt, allectus eſt: eoqve nomine non ſemel in provincias miſſus eſt, ut in delicta, qvæ ſuæ notionis erant, animadverteret, ac ſilvarum regiarum venditionibus & auctionibus præeſſet, qvo munere ſtrenue & integre defunctus eſt. Placide cum matre dulciſſima vixit ad annum cIↃ IↃ LXXI. qvo, peſte apud Lutetiam graſſante, contagione illa mater correpta eſt, qvam, nihil præſenti vitæ diſcrimine deterritus, licet pleriqve domeſtici aufugiſſent, nunqvam ille deſeruit, ſed ægrotanti aſſidue miniſtrans ad extremum adſtitit, nullo pietatis officio prætermiſſo, donec in monu-

mentum, in qvo postea ipsemet sepultus est, honorifice conderetur. Sub id tempus Ægidium qvoqve fratrem cum extulisset, magistratu se abdicavit, & luctuosæ solitudinis suæ tædia, literarum & Christianæ pietatis, qvam unice colebat, solatio levare constituit. Itaqve arctissimam cum magno illo P. Pithæo vitæ societatem iniit; ab eoqve peramanter exceptus, gemini dein Musarum ocelli, qvasi fratres, sub eodem tecto, complures annos transegerunt. Hoc in otio Bibliothecam editis & manuscriptis codicibus instructissimam sibi paravit, ac pleraqve omnia veterum scripta incredibili diligentia & labore contulit, notavit, recensuit. Sed tunc temporis præcipua in Senecas cura, qvos anno cIↃ IↃ LXXXVII. primum edidit, eisqve præfationes, & Senecæ Rhetori notas adtexuit eruditissimas: qvod præclarum bene collocatæ in studiis operæ specimen, qvamvis potuisset illi non infelix esse apud exteros famæ surgentis initium, eo tamen fuit pudore & modestia, ut nomen suum minime adscripserit, & ne adscriberetur, non solum in hac prima, sed & in omnibus, qvæ non eo inscio postea prodierunt, editionibus sedulo curaverit. Sed ecce, cœcus apud nos fanaticæ plebis incessit furor, qvo nusqvam tutus locus & bonis, & piis recte sentientibus, ubi præsertim facinorosis ex infima plebis fece hominibus præcipua esset auctoritas. Qvia tamen obortæ tempestatis tempore Lutetiæ intercipitur, Athenas, à sexdecim tyrannis infessas, noster Socrates haud deserit, librorum, qvos impense collegerat, sacra supellectile, ne illam prophanæ

phanæ manus violarent, ac diriperent, & Pithæi sui, Varii, Hollerii, ac qvorundam amicorum consvetudine allectus & detentus, dum tempora desævirent. De qvo rerum statu & perturbatione, qvid vir ille patriæ amantissimus sentiret, liqvet ex ejus scriptis, ab eo olim, & nunc primum à nobis editis, ac iis versibus, qvos de decreto Senatus pro lege Salica tunc scripsit, cujus conficiendi boni illi viri auctores & impulsores viro amplissimo Joanni Magistro, qvi tunc præsidis loco Lutetiæ sedebat, fuerunt: Ut &, qva moderatione animi miseram illorum temporum conditionem sapiens & qvietus animus tulerit, ex ea, qvam ad me, vix dum adolescentem tunc temporis scripsit, epistola, qvam sic concludit. Sed hæc θεῶν ἐν γονύασι κεῖται. Nos interim θεοῖς ἕπεσθαι discamus, καὶ θέλειν τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς γίνεται. Et qvanqvam parum juvaret, ut eadem epistola fatetur, in tanta omnium rerum confusione ac publica calamitate, aliqvid animose in studiis adgredi, vir tamen bono publico natus, ne tum qvidem prodesse destitit, Musasqve ex Gallia profugas, apud exteras nationes, qva ope & industria potest, excitat: ac pro more eruditos, qvi librorum editiones parabant, non solum manuscriptis ultro, sed etiam observationibus transmissis, juvat: Baronium præsertim, qvi per id tempus Annales primum moliebatur; ad qvem, freqventes inter ad eum missas literas, elegans extat de myrrhata potione disputatio, cujus partem aliqvam secundæ Annalium editioni inseruit. Interim magni illi viri, ut per civilia dissidia

tempus fallerent,ne ingentibus ingeniis qvid deesset, operam dederuntMathematicis disciplinis. In qvibus excolendis eaFaber animi acie fuit,ut doctissimi Scaligeri ingeniosum de circuli dimensione conatum, (cum ejus demonstrationem coram Jac. Augusto Thuano, Guil. Vario, P. Pithæo, Ant. Oiselio in ipsis Thuani ædibus Monantholius faceret, & finem suum feliciter assecutum Scaligerum contenderet) errore non carere primus animadverterit; qvod & ingenue postea Scaliger ipse, qvo erat candore, agnovit. Detumescentibus paulatim odiis simul, ubi primum Henrici Magni virtute rerum meliorum spes cœpit affulgere, optimus ille communis patriæ parens & publicæ qvietis vindex, ne res, ut olim, in incerto vacillarent, de successore cogitat. Proximus tunc huic Henricus Borbonius Princeps Condæus, ad qvem, velut ad indulta post tot ac tantas clades solatia, ex ingenito Gallis erga stirpem regiam amore, omnes omnium oculi convertuntur. Illum ergo Rex sapientissimus, puerum juventutis principem ex Joannis Engeriaci fano, ubi educabatur,ad se in aulam advocat, &, ut erat sagaci juxta ac perspicaci ingenio, rectorem & formatorem adsciscit Joannem Vivonium Pisanium,fortissimum ac prudentissimum regiæ utriusqve militiæ eqvitem, prisca generis nobilitate, militari virtute, morum gravitate, totiusqve vitæ splendore conspicuum, & qvi variis gravissimisqve legationibus apud exteros principes summa cum laude & gloria perfunctus, magnum prudentiæ ac moderationis suæ experimentum fecerat.

rat: Pisanio tanti principis pueritiæ moderandæ cura commissa, ab eodem sapientissimo Rege delectus Faber, qvi teneram hanc ætatem religionis & doctrinæ præceptis informaret: verum aliis hucusqve moribus & studiis adsvetus, &, qvod caput est, omnis ambitionis expers, vix primo persvaderi potuit, ut munus illud susciperet. Datum negotium Achilli Harlæo, & Jac. Aug. Thuano, supremi Senatus præsidibus, qvibuscum summa illi intercedebat consvetudo, qvi, ut omnia in Henrico sine exemplo magna, ita hoc singulare Regis judicium & votum efferunt, temporis conditionem & regni statum videat, pro virili parte succurrat, monent, hortanturqve, se pro Rege, pro optimæ indolis principe, pro communi omnium salute devoveat, eiqve tandem, ut se his rationibus vinci pateretur, persvadent. Abs suis ergo libris, amicis, & vero Pithæo suo, qvi cum multos annos conjunctissime vixerat, divellitur anno CIƆ IƆ XCVI. & apud Sangermanam arcem, in qva tunc regii sangvinis primarius princeps educabatur, proficiscitur: benigne ab eo, ab illustrissima principis matre, à Pisanio ipso, & omnibus exceptus & habitus; qvi virum hunc pium, doctissimum, modestissimum, nil præter munus suum anxie anqvirentem, ac virtutibus omnibus cumulatissimum colunt, venerantur. Anno vertente Pithæus Augustobonam Tricassium, unde erat oriundus, ob sævientem Lutetiæ pestem, rebus prolatis, secesserat: &, ut nunqvam à publico & literario bono animum remittebat, editionem accurabat fragmentorum D. Hilarii,

Pictaviensis Episcopi, qvæ rerum in Concilio Ariminensi gestarum seriem novo, nec antea recte satis intellecto, ordine continerent. Sed magnus ille vir in medio hoc conatu acerba morte intercipitur; ex qva vix dici potest, qvantum mœroris Faber contraxerit, ut etiamnum apud me extet epistola, qva se mea & amicorum consolatione in gravi hoc casu egere fateatur. Vir porro ille optimus etiam in morte de literis sollicitus suo elogio inchoati operis absolutionem Fabri sui fidei commiserat, qvi, ut pii amici supremæ voluntati morem gereret, licet principis educationi & spartæ suæ adornandæ assidue incumberet, inceptam editionem ad exitum perduxit, & insuper doctam & elegantem præfationem, Jacobo Augusto Thuano, sicuti à Pithæo rogatus fuerat, inscriptam addidit, qvæ doctissimum Baronium in magnas ac perplexas difficultates postea induit, ut multa ex præcedentibus invertere, mutare, corrigere in seqventi Annalium editione, rei veritate, & blanda modestissimi amici admonitione urgente, sit coactus. In illa vero præfatione adsuenda cum dies Paschæ anni à Christo CCC LIX. diviqve Ambrosii Epistola ad Episcopos per Æmiliam eum remoraretur, ad me scripsit, ut calculum subducerem: qvod sedulo feci, & notas ad illam Epistolam addidi, cum præfatione simul editas. Qva interim diligentia, qvaqve industria & studio in curam sibi commissam incumberet, tute scis, Princeps Illustrissime, tuumqve est prædicare ut facis. Ego certe, qvi Fabro, tibi prælegenti, sæpius adstiti, &, cum

morbo

morbo præpeditus abesset, ejus vices, licet impar, aliqvoties supplevi, testari possum, qva alacritate ac felicitate ingenii in literas incumberes, qvanta dexteritate ac judicio ætati præverteres, qvam tenaci memoria, qvæ semel audiveras, retineres, & omnium gentium Historias per temporum seriem, autorum ac librorum argumenta, ac præcipuas sententias summa animi contentione recitares, ut, ne plus ille in docendo, qvam tu in discendo laudis & gloriæ reportaret, uterqve certasse videretur. Anno interim cIↄ Iↄc instituta Regis jussu apud Blaudi fontem celeberrima collatione, qva liber Philippi Mornæi eqvitis de institutione Eucharistiæ discuteretur, inter VI. Viros ad id delegatus est Faber, cui tamen disceptationi ad diem constitutum, ob valetudinem adversam, interesse non potuit. Condæo porro jam adulto & omni eruditione exculto, Faber aulicæ vitæ pertæsus, studiisqve ac vigiliis fractus senex receptui canere instituit; hoc unum habens in votis, ut animo soluto ac libero, inter blanda Musarum otia, pure pieqve Deum coleret, cœlestia meditaretur, ac, ut sæpe ipse usurpabat, futuræ vitæ viaticum qværeret. Vix à Rege, sed ægerrime à Principe, qvi eum sæpius domus suæ tutelarem genium indigitabat, missione impetrata, qvo se conferret, aliqvantulum dubius & anceps fuit, &, cum omnem rei familiaris curam, ut se indignam, à se abjicere firmum & ratum in animo haberet, benevolentiæ & humanitatis memor, qva à Pithæo suo, & tota ejus familia fuerat acceptus, se Catharinæ Paludellæ, honestissimæ Pithæi viduæ

curæ & hoſpitio commiſit, in cujus domo & familia humaniſſime exceptus ſanctiſſimam, & qvæ poſteris ſit exemplo, vitam per aliqvot annos exegit; qvam ubi ad maturam pervenerat ætatem, ſic ineunte tempore inſtituerat. Media & concubia nocte, accenſo cereo, per duas horas orationi & piæ lectioni vacabat, parato per hiemem cucullo canonicorum more, qvo, perinde ut illi, caput obvolvebat: tum levi repetito ſomno, ſurgebat, æſtate ad primam auroram, hieme ſub Gallicinium, circa qvintam & ſextam horam, Muſæum ingreſſus, genibus proſtratus orationes & preces ad horam fere protrahebat; tum ſtudiis & libris intentus, ubi primum in ſacra æde vicina celebrandum Miſſæ ſacrificium denunciabatur, eo ferebatur, cœlo qvantumvis infeſto & ſævo: hinc domum ſe referebat, ac ſolidum diem piis operibus, ſtudiis literarum, viſendis amicis, & privatis ac publicis, pro diverſa temporum ratione, officiis impendebat; pietati & ſanctimoniæ adeo addictus, ut nullum tempus recte collocari exiſtimaret, niſi qvod cultui divino impenderetur; nullam pecuniam recte expendi, niſi qvæ piis erogationibus abſumeretur. Jejunia ab Eccleſia indicta diligentiſſime ſervabat, ut erat cibi & potus parciſſimus. Singulis Dominicis, & aliis præcipuis feſtis diebus ſe ad ſacram menſam parabat, & licet in qvibusdam cœnobiis id aliqvando perageret, adeo tamen erat Eccleſiaſticæ diſciplinæ rigidus obſervator, ut iis diebus ſolemni parœciæ ſacrificio, ſi liceret, intereſſet, aut certe ſuum ad altare munus offerendum mitteret.
In

In templo orationi perpetuo intentus & genibus flexis. Si quem in religione errantem agnosceret, nil habebat antiquius, quam ut eum doceret, & erroris admoneret: id in ea esse optimum, quod antiquissimum, ratus, nec fas ulli de sua fide mentiri, nil in ea dissimulandum, nil ἀδιάφορον, sed vitandas inanes & curiosas quæstiunculas, & religionem moderata ratione suadendam potius, quam ferro & armis imperandam, aut denique quæsitis mendaciis adstruendam: ejus vero rectam instructionem non aliunde petendam esse, quam ex assidua sacrorum librorum lectione, & antiquis patribus, fidis & unicis eorum interpretibus, tanquam ex vivo & jugi fonte, quos, ut erat melioris antiquitatis diligens scrutator & adsertor, summopere venerabatur; maxime D. Augustinum, cujus lectioni assidue inhærebat, ut ex recentioribus D. Bernardum nostratem, quem ultimum Patrum nominabat: minime interim iis assensum præbens, qui, quovis prætextu, auctoritatem Ecclesiasticam & Regiam invadere aut convellere niterentur. Quæ omnia ex opusculis, quæ nunc emittimus, perspicua fient. Ea porro erat in egenos caritate, ut certam, eamque maximam stipendiorum, quæ ipsi quotannis ab Rege tribuebantur, imo & redituum annorum portionem duodecim piis hujusce urbis locis, aliisque privatim indigentibus, singulis mensibus distribueret, pauperibus quibuscunque obviis stipem erogaret, &, quod certe eximium est, morbo, aut aliqua sortis acerbitate oppressos undique conquireret, ut eos pia vereque Christiana

benignitate & caritate ſuſtentaret, adhibita cautione, ne à quo beneficium acciperent, perinde ac ſi furtum commiſiſſet, vulgaretur; idque tanta feſtinatione ac calore, ut nimis ſanctè pius quod ait ille, quo ſequentis trimeſtris ſtipendium & annonam expectaret, plerumque non haberet, niſi amici ſuccurrerent, & ab eis mutuum acciperet; quod tamen prima quaque occaſione diſſolvebat. Et quoniam perpetua ſua præda hæc erat, ac propria quaſi venatio, ut de egenis bene mereretur, non ſatis eſſe exiſtimabat, ea, quæ ad corporis valetudinem conferebant, curare, ni, quæ ad animæ ſalutem & cultum in Deum neceſſaria eſſent, adminiſtrarentur: cumque non nihil earum rerum deſiderari in magno & inſtructiſſimo alioqui hujus urbis Noſocomio cognoviſſet, anno cIↃ IↃc X. firma & ſolenni inter vivos donatione, quingentas ex annuis reditibus libras, delectis ſacerdotibus, ſingulis annis à ſacræ domus curatoribus diſtribuendas, reliquit, qui aſſidue ægrotis adſidentes ad Dei cultum, patientiam, veramque pietatem eos hortarentur, antequam cibum ſumerent, menſis benedicerent, agerentque cibo ſumto gratias, ſingulis Dominicis diebus concionarentur, & dum mortui nocte, ut moris eſt, efferrentur, ipſi funus ſequerentur, juſtaque facerent. Secundum religionem, morum in eo præcipua cura erat, quales vera & ſolida, cui toto vitæ curſu ſerio operam dederat, in nobis informat Philoſophia, cujus non auditor ſed factor, quamque factis quam verbis exercere mallet: ea demum conſtantia & pertinacia, ut animum

mum in potestate habens, sibi quam semel legem dixerat ubique servaret, non altitudine fortunæ & dignitatis elatus, non casu depressus, sed quasi cum virtute sponsione facta, noxa solutus, omni ex parte secum ipse consentiret, nec unquam à vera sinceraque ratione deflecteret. Prudens in eo simplicitas vera religio, consulta innocentia, innoxia libertas, summa castitas, incredibilis bonitas, & singularis in omni vitæ actione moderatio. Amicis gratus & beneficus, domi temperans & sobrius, ut, qui omnes voluptates fugeret, verus & apertus, ac nullius rei dissimulator, sed ea svavitate, candore & verecundia, ut, cum in unoquoque virtutum genere paucos pares habuerit, eum sola modestia super omnes extulerit. Servis, ut amicis, summa humanitate usus, amicis, ut dominis, à quibus si aliquando gravius acciperetur, benigne interpretando rem elevabat, & cum aliis semper parceret, sibi vix ignoscebat. Mitto quam excelso & erecto adversus divitias, & ab omni repulsa avaritiæque labe alieno animo, magnus ille Senecæ amator & scriptorum ejus admirator esset, qui tamen, si cum illo contendatur, multis partibus, eaque ipsa, qua minor erat, superior reperietur. Facile fuit Senecæ, dum ingentes divitiarum acervos & latos campos sub suo censu & ditione tenet, rerum & opum contemtum verbis præ se ferre. Hoc, mi Lucili, egregium, hoc securum & liberum, nihil petere, & tota fortunæ comitia transire. Cum noster Faber iisdem, quibus ille, sacris operatus, ex aula Regum & procerum, post multos

annos, ſolius virtutis, nedum gloriæ pretio contentus, diſceſſerit. His ergo virtutibus inſtructus, ad annum cIↄ Iↄc X. in Pithæana domo vitam hanc tranſegit innocentiſſimam, ac tranquillam ſane, ſi quietum philoſophiæque præceptis, ac longo uſu & experientia obfirmatum animum ſpectes; ſi funeſtos rerum, quæ poſtea inciderunt, eventus, ærumnarum non prorſus expertem: dum ſingulari in principem, quem educaverat, amore perſeverat, eoque nomine in ſuſpicionem ejus venit, quem fideli ſemper obſequio vir inconcuſſæ probitatis coluerat, eundemque cultum morigero hac in re alumno, à primulis annis inſinuaverat. Interea, heu ſeculi infamiam: Sol ille Galliarum, patriæ parens, Henricus Magnus, ſceleſta perditiſſimi & tartarei parricidæ manu, cadit. Poſt tantam conſternationem erectis paulum animis, ſingulari Patrum Conſc. & principum ac procerum Regni prudentia, concordibus ſuffragiis Auguſtæ matri Ludovici XIII. Regis impuberis tutela & Regni procuratio decernitur. Atque ita ſedatis quodammodo rebus, & alto quaſi hoc otio, ego, qui ex quotidiano congreſſu exquiſitam in Fabro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ notitiam toties mirabar, ne hæc interciderent, ſuaſeram, ut, quod in ea doctrinæ reconditioris obſervaſſet, ſcriptis mandaret, meam opellam, ſi qua juvare poſſem, pollicitus: & jam, me ad excipiendum parato, manum huic operi admovebat, cum ecce virtutis fama celebris, omnium votis diu expetitus, ſagaci Reginæ matris judicio eligitur, qui ſpei Regis admoveretur,

&

& erudiendæ ejus pueritiæ præesset. Laudant consilium Reginæ proceres, omnesque in eum convertunt oculos, amici monent, hortantur, urgent. Ille oblatum munus recusat, obsistit, reluctatur: exhaustos labores sibi jure promeruisse munerum vacationem: memoria, viribus, valetudine jam deficere fractum senem ac tremulum, nec desultoriæ huic aulicæ vitæ superesse posse contendit: quod superat ætatis Deo pietatis officiis, convasatis rebus, vitæ melioris parando viatico devovisse, &, quod innata sibi ac propria modestia, maxime urgebat, se doctrina, ingenio, viribus imparem huic muneri. Contra pollicetur Regina: se curaturam, ne quid incommodi patiatur, & ætati ejus debili succurratur, in ipso multa simul concurrere, quæ vix in aliis singula reperiantur. Instant insuper amici, magnates, quibus hæc demandata cura, priscæ & antiquæ virtutis meminerit, & se non sibi, sed Regi ac patriæ, quam hoc beneficio totam devinctam teneat, natum recordetur: ad summum, nil ei posse gloriosius contingere, quam si vel in ipso præclaro munere & conatu mortem oppetat. Forte tunc Princeps Condæus Burdigalam diverterat, ad lustrandam, cui præest, amplissimam regni provinciam, hunc literis Faber rei certiorem facit, atque obsecrat, ut se apud Reginam excuset: sed Regis & patriæ amantissimus Princeps, ultro Fabrum suum increpat & adhortatur, seque, si adfuisset, hoc in consilium tam laudabile consensurum fuisse ostendit. Victus his monitis & adhortationibus, posthabita va-

letudinis infirmæ cura, præclarum hoc munus adoritur, ac Regem Christianissimum per sexdecim menses Faber, qua pollet pietate, doctrina & bonis moribus informat, fidele obsequium, promtam voluntatem, assiduam operam præstat. Rex item illius veneratur consilia, vitam & mores miratur, suspicit & amplectitur doctrinam; hic ea comitate & svavitate, ille tanto animi obsequentissimi pudore ac reverentia, ut, sicut in aula passim jactabatur, utrumque dixisses invicem de humanitate & verecundia decertare. Sed, ô invisa semper Galliæ fata! dum in sanctiore secessu cum Rege lectioni vacat, in ipso opere tam præclaro & vitæ actione, præstantissima lethali febre corripitur, qua in dies ingravescente, pios ac religiosos viros accersiri jubet, inprimisque Joan. Gulonium, Foliacensis monasterii præpositum, qui ei assidue ad extremum vitæ spiritum interfuit: testamentum deinde summa mentis tranquillitate condit, quo, quædam de fide ac summa Dei misericordia pie & erudite præfatus, ut corpus in D. D. Innocentium cœmeterium ad maternæ gentis sepulcrum, nulla aut tenuissima pompa, efferatur, jubet; tum quibusdam rebus piis locis, amicis, ac domesticis legatis, Jac. Aug. Thuano amplissimo Senatus præsidi omnes manuscriptos codices, mihi vero paucis exceptis, cæteros biliothecæ libros suprema voluntate reliquit, municipali legi patrimonii, cæterorumque bonorum jus arbitriumque permittens; hoc insuper addito, ut titulus quem summæ humilitatis Christianæ testem sua manu scripserat, lapidi

mar-

marmoreo, absque alio ornamento, ſepulcro inſculperetur; ejusque rei curam Joanni Burlonio, quem dilectiſſimum cognatum ſupremæ ſuæ voluntatis curatorem inſtituerat, commiſit: amicos obteſtatus, ſi quid in eo vanum aut ambitioſius ſcriptum notaretur, tanta erat animi demiſſione ac modeſtia, id ut expungerent. His ita confectis, & fidei Notariorum concreditis, relicta omni ſeculi ac rerum mortalium cura, protinus ad mortem ſe accingit. Vir dudum morti adſvetus, ut, qui ſe multo ante comparaſſet, ac tota vita mori didicerat, mirum, qua facilitate animi & conſtantia dolores ferret, quo vultu unumquemque conſolaretur. Per ſeptendecim dies, quibus decubuit, aſſidue orationi vacat, à ſacris literis ſolatium petit, & ſententias, quas in hunc uſum ſibi ſelegerat, vel memoria recitat, vel aliis legentibus interpretatur & exponit, parato etiam ad eam rem ſibi uncialibus ac majuſculis literis ſcripto Pſalterio, itemque bibliorum codice Lugduni apud Gryphium edito. Quoties quid de debita in Deum veneratione, aut Dei in homines immenſis beneficiis profert, aut ei recitatur, ingemiſcit, pungitur, & ſubinde ſingultus emittit teſtes mentis, incluſam animo pœnitentiam ac dulcedinem continentis. Domeſtici humi proſtrati benedictionem ab eo, ut à domino petunt, quam, recepto more, illius benedictionem appellant, renuit & objurgat: Heu, amici, nulla apud me, nec mea eſt, ſed benedictionem ſuam vobis Deus impertiat, & vobiſcum perpetuo maneat. In extremis conſtitutus, cum jam in præ-

cor-

cordiis hærentem mortem ſentiret, ut ſacrum Domini corpus allatum vidit, moribundus membris aſſurrexit, vixque contineri potuit, quin è lecto deſcenderet: & ut ſcias virtuti etiam eſſe, ut ait ille, in lectulo ac pene moriendi momento locum, presbyterum ſacrum oleum miniſtrantem comiter increpat, &, ut paulo conſideratius & prolixius pronuntiaret, rogat; oculis fere perpetuo vel in cœlum, vel in Chriſti crucifixi adpoſitam juxta lectum imaginem converſis. Extremam hanc pugnam ſtrenue fortiſſimo hoc athletha decertante, adſtant, undique pii, amici, magnates Regis Reginæque juſſu miſſi. Adfuit ipſemet Princeps Condæus amantiſſimus alumnus, quem Faber ad pietatem in Deum, obſequium in Regem, patriæ amorem, publicæ rei curam, decus principali familia dignum, & virtutem, his pridem hortamentis adſuetum, qua poteſt voce monet, incendit, hortatur, ſeque & ſuos commendat. Princeps effuſis lacrymis, heu! inquit ſubita mors patruum cariſſimum nuper nobis præripuit, & ecce amantiſſimum præceptorem amittimus. Næ ille, poſſum hoc ego affirmare, fidelis ac perpetuus conſiliorum ejus & actionum teſtis, dignus eſt, qui in numerum Sanctorum referatur, proinde curandum, ut ejus corpus & oſſa aſſerventur. Tandem morbo recrudeſcente ac viribus paulatim deficientibus, ſed integro, ut ſæpe optaverat, animo, & adhuc ſecum cœleſtia ſpirante ac meditante, anno Chriſti CIↃ IↃC XII. ætatis LXIX. ſub horam decimam veſpertinam prid. Non. Novemb. majori Re-

gis, Galliæ, & literarum damno, qvam ſuo, cum veluti in blandiſſimum ſoporem incidiſſet, nobis adſtantibus, placidam & felicem animamDeo reddidit: ſtupendo prius & inſolito ex ſiniſtri oculi acie in adſtantes fulgore emiſſo, qvi nos omnes in admirationem rapuit. In qvibus poſtremis recenſendis aliqva, vel forte qvorundam judicio negligenda, omittere noluimus, ne & iis, qvi ante hæc, qvibus adfuimus, dixere fidem derogaremus, &, ut ſciant, piis & maximis viris ſuſpiciendos & inſvetos exitus plerumqve eſſe. Sic vixit, ſic devixit, ac ſic, ut teſtamento juſſerat, poſtero die effertur, honeſtiſſima magis amicorum & aulicorum concurſu, qvam ſuperba pompa, vir ille piorum doctiſſimus & doctorum piiſſimus, cujus æternam memoriam excipient omnes anni conſeqventes. Statura fuit mediocri, corpore vegeto robuſtoqve, ac laboris omnis, inediæ præſertim & frigoris patienti, ſed ex aſſiduis vigiliis & jejuniis gracili ac macilento, & ſub ingraveſcentem ætatem fracto debilitatoqve: venuſta & auguſta facie, nec oculi caſu indecora, ſpecie amabili & tranqvilla, qvam amicis efflagitantibus vix in tabella depingi ſit paſſus. Fortuna & ſorte uſus ſatis benigna & placida, magnis ingeniis ut plurimum iniqva & invidente: hanc nactus mediocrem à parentibus, liberaliter educatus à pueritia, ac per omnem ætatem bonis honeſte uſus, & meſſe tenus propria vivens, eam, qvantumvis illum publice invigilantem videas, nec ſibi, nec ſuis auxit. Ea porro fuit animi benignitate, & facilitate, ut, ſuo

contentus maximam Deo optimo diceret se inire gratiam, qvi ei non ad vitam necessaria modo, sed qvæ ad relaxationem animi honestasqve delitias conferrent, sic enim librorum copiam appellabat, non denegasset. Nulla alia re insuper ex iis, qvæ possidebat, adeo delectabatur, qvam villa, qvam in Lineriensi apud montem Letherici pago habebat, amœnissima: in qvam æstate pietatis & studiorum causa ut plurimum secedebat, & cui etiam, qva amplior fieret, accessionem ex agris proximis adjunxerat. Amicos habuit omnes pios & doctos, omnibus vicissim, & qvis eum non coleret? amicus & gratus. Nulli infensus, neminem lacessivit, a nemine scriptis lacessitus, summa ille semper usus moderatione, si qvando orta esset de religione aut doctrina contentio, qvo nomine à proceribus, aulicis, piis, doctis omnibus amatus & acceptissimus fuit. Inter amicos præcipue coluit Jac. Aug. Thuanum amplissimum præsidem; tum Guilielmum Varium Senatus Aqvensis principem, qvi illi de Gallica eloqventia disertissimum opus inscripsit: sed omnium familiarissimum & vitæ consortem ac contubernalem Petrum Pithæum, qvi illi dicavit libellum de Latinis interpretibus bibliorum, & Salvianum Massiliensem. Dies deficeret, si omnes recenserem; sed qvos literæ conciliarunt, hos habuit familiares & præcipuos: Baronium, Borromeum & Perronium, pios & doctissimos Cardinales. Ex viris clariss. Cl. Puteanum ejusqve filios, Paulum Petavium, Hollerium, Franciscum Pithæum, Petri fratrem, *Fronto*nem Ducæum, & Jac. Sirmundum, qvi illi

En-

ditam ac multiplicem auctoris doctrinam, & emunctæ naris judicium arguunt. Recens edimus disputationem, qvam mihi asservandam dederat, *Num gravioris mali vitandi causa levius committi possit;* cum, qvod elegantissime scripta & docte, ut cætera; tum, qvod veram sinceræ ejus mentis imaginem ad vivum resecat, ac puros integri & aperti illius animi adfectus, ut ex tabella oculis videndos subjiciat, ubi candor, ubi veritas, & non nisi nativus honesti color. Qvosdam item versus, epistolas, σχεδιάσματα, & alia etiam Gallico sermone composita, sparsa, & in pulverem situmqve abjecta undiqvaqve conqvisita collegimus, qvæ pietatis causa & omnibus opitulandi studio ab amicis rogatus scripserat, nullo plerumqve apud se servato exemplo, vel ita conturbato, nec dum consummato, ut, cum sensum vix elicere possem, multa rejicere sim coactus. Non hæc, fateor, ab eo scripta ea mente, ut lucem adspicerent; sed, o manes estote boni, si singula vestra verba, singula puto oracula, qvæ ab amicis amplissimis & eruditissimis viris non ita neglecta, aut parvi æstimata sunt, ut ea tradenda oblivioni viderentur, & qvæ de locupletissimis thesauris prodire nemo non fateatur. E qvibus prodiit & elegans, qvod sibi sua manu scripsit, sepulcro insculpendum elogium: qvod supremum pii & præclari ingenii monumentum hic subjici, non solum privatorum ad rarum humilitatis exemplum, sed etiam publicæ rei interesse, ac dignissimum, qvod vitæ integerrime actæ historiam claudat, existimavimus.

NICOLAUS FABER

PECCATOR NON UNUS EX MULTIS
HIC JACEO.

QVID DE ME DICI VERIUS
AUT A ME UTILIUS NON VIDEO.
AGNOSCO BONE JESV,
TU IGNOSCE.

AD HOC ENIM NATUS ES, AD HOC PASSUS,

AD HOC PRO NOBIS
TREMUISTI,
UT PER TE SECURI ES-
SEMUS.

VIXIT ANN. LXVIII. M. IV. D. I.
DEVIXIT PR. N. NOV. AN. cIↃ IↃc XII.

R. I. P.

CATA-

Catalogus operum Fabri.

DIsqvisitio, Num gravioris mali vitandi causa, levius committi possit.
Præfatio in D. Hilarii ex opere historico fragmenta.
Præfatio in libros L. Annæi Senecæ Philosophi.
Præfatio ad M. Annæi Rhetoris libros.
Disputatio de myrrhata potione.
Expositio verborum Matth. XVIII. cap. Si peccaverit in te frater tuus.
De beato Dionysio.
De Presbyterorum cœlibatu.
Poëmata.
Epistolæ.
F. Balbi epistola ad Nic. Fabrum, cum notis in epistolam D. Ambrosii ad Episcopos per Æmiliam.
Discours de la justice & misericorde de Dieu, sur l'Histoire de la mort d'Achan en Josué.
Des miracles en l'Eglise.
De l'invocation des saincts, & veneration de leurs reliqves & images.
Discours sur le jour de la Nativité de Jesus Christ.
Des marqves plus sensibles de la vraye Eglise.
S'il est licite aux personnes religieuses d'user de medicines, sur l'Epistre 321. de sainct. Bernard.
Lettre au R. P. Fronton du Duc.

ANDREÆ MAUROCENI
SENATORIS VENETI PRÆSTANTISSIMI
VITA.

Auctore
AMPLISSIMO VIRO
Aloysio Lollino Bellunensium Episcopo.

RAram omni ætate avem probum simul ac doctum hominem si qvando in lucem edit sæculi nostri victa situ, effœtaqve viribus senectus, haud sane minori gaudio perfundi omnes deberemus, qvam Ægyptii olim, religionibus maxime addicta natio, Api adinvento. Qvod enim Dei immortalis beneficium humano est cætui præsentius, ac conducibilius, qvam indigenæ virtutis exemplo vivo ac spiranti minime destitui? qvod moribus sibi exprimendum juventus statuat, cives æmulentur, admirentur exteri, perbeatamqve prædicent civitatem illam, cujus è gremio tantum lumen sub hanc seqvioris ævi vesperam emerserit, documento apud omnes maxime futurum, nec dum intercidisse disciplinam morum, seminave penitus exaruisse gignendis heroibus idonea. Nam cum ex toto humani generis asse vix sextulam decætias litera-

literatorum, ex hoc vero exiguo numero perrari ſint, qui morum probitatem literis adjunxerint, quale decus erit, quam præclarum, unum eſſe de tam paucis, de tam pene nullis? Quod ego ſane decus patriæ meæ gratularer Andreæ Mauroceni præſtantiſſimi civis cauſa promeritum, ſi apud ejusdem poſtrema merito deflentem gratulationi locus ullus foret. Sed mœrorem juſtum illum qvidem, & funeri tam Reipublicæ acerbo debitum tempus edax rerum animis abſterget: memoriæ tanti viri ne quid idem obſit, neu qua nomen ejus intercipiat oblivio enitendum eſt nobis ſumma ope, quibus in vita nihil fuit ejus amicitia jucundius. Atque utinam non impar foret operi ingenium, extaret per omne ævum adverſus vetuſtatis injurias hoc amoris, fideique meæ monumentum veritati non minus ſacrum, quam virtuti: cui fraudi eſſe non debet, quotiescunque in aliquo civium ultra legem communibus ingeniis præſcriptam eminet, ſi ejus præclara opera ſic ad hiſtoriæ fidem literis mandantur, ut nihil prorſum Momi detur auribus, quod magnopere audire cupiant. Nævos enim in præſtanti forma anxie ſcrutari, ubi nulli ſunt, vel aſpectum fallunt, non tam ego indicium eſſe libertatis, quam livoris puto. Mauroceno parentes fuere Jacobus Senator laticlavius, & Cæcilia Cornelia fœmina lectiſſima, Pauli Procuratoris Marciani filia, primariæ claritatis ambo apud ſuos, & vetuſtate imaginibusque majorum inclutæ, quos ſub nomine quemque ſuo dicere quid attinet nemini indictos? Dies ejus natalis incidit in

Idus Februarias anni poſt Chriſtum natum M.D. LVII. qui fuit urbis auguſto augurio conditæ MCXLII. Fratres geminos habuit Nicolaum, & Paulum, quorum hic ei ſuperſtes adhuc vivit; ille fratris fata antevertit natu licet minor. In puero ab usque teneris ungviculis indoles emicuit ſumma, quæ diſciplina domeſtica paulatim exculta ad virtutem atque pietatem ſic increvit, ut ſpecimen futuri profectus daret minime vulgaris. Grammaticis eſt uſus adoleſcens Baldo Antonio Penna latine, & Bernardino Parthenio græce, apprime eruditis, ſub quo linguarum elegantia, atque ubertate principum rudimenta hauſit, jam tum animo proſpiciens, iter ſibi earum ope pronius futurum ad ſcientiarum metam curſu pertingendam. Neque enim juvenis laudis feſtinus, ac doctrinæ ſincerioris avidus ſe unquam ab epidemico noſtrorum hominum errore abripi eſt, paſſus, falſo opinantium, Philologiæ ac Philoſophiæ finales lapides inter ſe diremptos multo magis eſſe, quam Phrygum Myſorumque res olim fuerint: nihil illis fœderis, commercii nihil invicem intercedere; hoſtilia ac impacata omnia æternis diſſidiis ſejungi. Sed doctiſſimorum virorum, qui in Muſarum Sophiæque caſtris agmen ducunt, exempla relegens, ſtudiorum malo genitos illos reputabat, qui res à proprietatibus verborum, quibus copulantur, tanquam vi illata divellentes, vel infantem ſapientiam per vaſta barbariæ ſpacia ſectantur, vel inani loquendi profluentiæ, linguæque volubilitati conſveſcant, forenſium inſtar for-
mu-

mulariorum, quibus verbigerari invicem non modo munus, ſed & cenſus eſt. Et profecto ſi anormis quædam Philoſophia, & nulli ſectæ addicta peteretur, æquius ferremus; nunc vero orbe Peripateticorum legibus parente, quis non iſtis liberiori ſtomacho ſuccenſeat, qui Ariſtotelem florentis facundiæ virum, cujus in verba per quam religioſe jurant, laboris vel odio, vel tædio non niſi ſemilatine, vel mixobarbare potius obloquentem audiunt ipſi plane Opici, omniſque eruditionis penitus expertes? Non neminem ſane appellare poſſem, ſupercilio Lycæum fulcientem, cui nulla alia verſio adhuc innotuit Ariſtotelicarum ſcriptionum, præter eam, qua Averoës uſus eſt Arabs, nativam gentis barbariem præ ſe ferentem; unde ad nos venit latinis prius auribus ignota. Fas mihi ſic comperta proloqui, ac teſtata omnibus, qui politioribus ſtudiis ducuntur: nihil eſt profecto aureis veterum Philoſophorum eloquentiæ fluminibus, quam iſtorum cænoſi lacus diſſimilius. Unde ne ſibi eſſet hauriendum, operam dabat Maurocenus ſedulam, ut in Grammaticorum, Rhetorumque ſcholis non paulo accuratius erudiretur, quam mos hodie obtinet multorum non alibi magis, quam in id genus ſtudiis ludi à pueris operam exiſtimantium; ideoque inſulſorum quorundam autorum diſpendioſa compendia ſectantium. Nec conatus ſucceſſu caruit, lobore pertinaci, cui nihil non proclive, comitatus. Vixdum ephœbos ingreſſus talis erat, quales provectioris ætatis condiſcipuli per quam ſane pau-
ci:

ci: posse Græcis latina jungere, orationemque tam uberi vena profluentem ad Ciceronis exemplum meditari, quam vincire numeris, Musisque felici rudimento innotescere. Exinde Philologiæ spacia emensum Dialectica excepit, ut eum, quo cursum ingenii maxime direxerat, ad limen porro sisteret Lycæi. Doctor erat Aloysius Pisaurus, Philosophiæ Peripateticæ professor, qui cathedræ ex Senatus consulto præsidebat per id tempus. Vir familiæ amplissimæ splendore, egregiaque propriæ virtutis laude, non minus, quam tirocinio Mauroceni celebris. Neque enim quemvis de trivio poscebat perspecta jam ingenii juvenis subtilitas, & quæ de præceptoris judicio judicare non inepte posset. Exprimi non potest, quam ille sitim avide expleverit in illimibus rivis doctrinarum, qui cum ab uno omnes dimanent fonte, male sane faciunt, qui tanquam imperiti aquileges alter ab altero ne excipiatur, excitato quasi transversim aggere impediunt. Non arctiori virtutes fibula inter se nectuntur, aut venæ per corpus invicem commeant sequacius. Nec Plato, etsi nonnullis aliter videtur, ab hac sententia diversus abiit, cum in Republica à se primum instituta lege lata cavit, ne quis plures unus artes scilicet exerceat; aliorsum enim cautio illa respicit, neque septa sellulariarum artium egreditur, alioquin legifer ipse reus agi posset violatæ à se scitæ legis, qui nullam liberalem artem non perfecte calluit, idem Poëta summus, conditorque dialogorum disertissimus, quos petitis ex omni scientiarum genere flori-

ri-

ribus refersit. Verum ubi quod satis esset operæ Maurocenus in patria studiis impendit, Athenas Euganeas se contulit, ratus inde profectui suo incrementi non parum accessurum, ob urbis, & doctorum autoritatem. Florebat illa tempestate Franciscus Piccolhomineus, & Jacobus Zabarella, nobile par Philosophorum, quorum ille Averroidarum princeps, hic Alexandriæ sectæ propugnator acer habebatur. Unde inter eos studio partium incensos crudum in dies odium, asperrimaque æmulatio gliscebat, dum alter copias parat adversus alterum ea contentione animorum, ut non in circo olim Veneta factio Prasinæ adversata fuerit implacabilius: Maurocenus Piccolhominei in disputando ubertate, acumine Zabarellæ captus ambos, qua erat morum lenitate, summe coluit; ambobus eo inprimis carus, quod ab obtrectatione juxta, & favore partium intactus hominum diversas quidem, sed præclaras dotes pari pietate observaret. Idem Pomponio Attico ætas sua præstantissimorum, si ulla unquam alia, virorum ferax summæ laudi vertit, quod fide salva, officioque amicitiæ debito incolumi; Q. Hortensium & M. Ciceronem adversis inter sese in foro studiis certantes, pulcherrimique laboris æmulos pariter dilexerit, ab utrisque æque cultus, dilectusque. Patavii perquam diu fuit Maurocenus genio suo obsecutus, qui non alia voluptate ducebatur, quam quæ à literis orta in literis ipsis quasi eodem orbe repetito acquiescit. Quid enim quæso aliud ageret potissimum juvenis fru-

gi

gi, constantiæque inexuperabilis adversus exitiales pestes seculi luxum, aleam, libidinem? Virginis eum senectæ fuisse, quasi alterum Originem Adamantium, alibi ex familiarum relatu diximus. Unus nempe discendi amor gloriæ flagrantem animum incessens, degeneres inde caducarum rerum reliquarum omnium cupidines, veluti clavus clavo truditur, dispulerat. Quod de Hippolyto quoque Thesei filio mortalium castissimo fabulæ testantur, qui non tam venatus, ut ajunt, quam sapientiæ studio (erat enim is Orphicæ Philosophiæ summe deditus) ab omni cogitatione Venerea abstinuit cæcus ad formosas. Observatur animo haud illepidi facti recordatio, quæ ad fidem dictis adstruendam mire facit. Commigrarat Patavium è fornice Veneto hilaribus Thais una omnium sacerruma, ut juventutem ad pudorem natam à Minervæ sacris ad Veneris volutabrum, & Bacchi orgia traduceret. Hujus ille cum fores præteriret, uno atque altero sodali comitatus, quibus mulieris fraus non ignota erat forte accidit, ut illex in vestibulo ædium sederet aucupio intenta: quæ ut juvenes accedentes vidit, obviam ultro prodiens, iis verbis, eo gestu manuum, eo nutu, vultuque illos prosecuta est, nunquam sibi ne de facie quidem ante cognitos, ut nihil potuerit fieri amantius. Quæ non omnino gratuitæ benevolentiæ imitamenta Maurocenus, ut erat ingenuo, experteque nequitiarum animo, non aliorsum est interpretatus, quam si officii ergo dicerentur. Ubi nunc luxuria rerum potiente in nec dum in-

ingresso ephœbos puero tantum invenias doli incapacitatis, qvantum in illo fuit sub ipso ætatis vere, firma valetudine, corporis habitu de calore plurimum trahente, tam vero vegeto ingenio, ut subtilissimarum rerum disquisitionibus par esset? ita profecto fit, de fixa omnibus horis virtuti, veritatique vestigandæ cogitatio indocilitatem hanc parit animorum ad ea, quorum ignoratio nobis expediret magis. Jam omnes Philosophiæ partes haud perfunctorie perceperat, Geometrici quoque pulveris, observationumque astronomicarum non omnino expers: primores Jurisconsultorum audierat: specimen dederat in Musicis peritus diagrammatum harmonicorum, nec indoctus canere ad fides, quas Socratem ferunt Conone magistro admodum senem attigisse, cum mentem subiit mirari, quanto olei operæque impendio nihil plane scire disceremus. Admirationem augebant Sexti Empirici Pyrhonicæ adversus disciplinas dissertationes, quem ille sane librum matutinis horis, ut erat indefessi studii, versabat, antequam ad professores Peripati accederet, ut haberet, quem cum eis conferret, præferretque, quod ii sententiis semel sibi sociatis nunquam, ne veritatis quidem vi compulsi, nuncium remittunt, ille ingenue fatetur sibi ignota esse, quæ non liquent: dissentiendique, ac exercendi ingenii libertate utitur, si quis alius veterum Academicorum, qvos non indisertos fuisse tradit Cicero, plena gravitatis, ac subtilitatis. Aderam tum forte, ut sæpe alias, cum verba sibi data à Philosophia quere-

retur anxius, ecquod nam porro ad fontem iter se-ctaretur; unde cupidinem sciendi humanis sensibus à natura insitam explere posset. Hærere se, non, ut olim Hercules Prodicius in bivio, sed in curriculo plane ipso studiorum, tot in diverticula, tot in vias secto: nec satis itineri tot salebris impedito glomere fili destitutum fidere; philosophiam quidem hujusmodi splendidis promissis animum allicere.

Jam tibi de summa cœli ratione, Deumque
Differere incipiam, & rerum primordia pandam.

'Audin' quam magnifice? causas rerum, ad quas etiamnum caligat humanum genus, & quicquid ubique, & quicquid nusquam est, in medium proponit vestigandum; terras, tractus maris, circumfusum aërem, Lunæ æthera finitimum; cœli templa stellimicantia, & quæcunque iis dirimuntur, seu Epicuri intermundia illa sint, sive atomi, seu immensa spatia inanitatis. Hæc quidni Sophiæ candidato salivam moveant, dum secum reputat sibi mortalium uni naturæ dimoto velo sinus pandi, æternitatis adyta patere, obvia astra fieri terras incolenti? tali plane mercede vel Cratetis pera maxime placeret, nisi spem, atque adeo adsurgentem cæptis animi ardorem timor frigefaceret, ne tam præclara pollitica auræ differant. Qui sane timor ut non de nihilo natus videatur, facit discors philosophorum de rebus etiam minimis dissensio. Ajunt, negant, ambigunt, de lana caprina sæpenumero, aut de fumi umbra studio rixandi inflammati, veritatis plus nimis securi. Hinc æstum fluitantis ani-

mi

mi in adverſum littus Juriſconſultorum qvosdam rapuiſſe, ſed nullum operæ ob pretium. Nam qvi domi elegantiores literas guſtaſſent, eas periculum eſſe ne plane dediſcant, ſi iſtorum elingves gloſſas audire pergant, qvi gemmea veterum Jurisprudentum dicta candore Romani eloqvii nitentia ſuis interpretationibus infuſcant. Nam amœniora illa artium organicarum non tanti eſſe, ut in iis immorari qvisqvam multum debeat, aliorum gratia inventa, & pueris potius qvaſi melimela relinqvenda, ante pedem qvam ulterius promoveant in Muſarum graviorum penetralia. Se qvidem, dicebat, poſtqvam nec Philoſophia promiſſa expedit, nec leges ſatis legitime traduntur, & diſciplinæ Mathematicæ, qvas ſuperficiarias Seneca appellat, metam illam neqveunt contingere, qvæ effuſo humanarum cogitationum curſui proponitur in hoc vitæ circo, qvæſitæ rei ſi non ipſum cubile, at ſaltem veſtigium aliqvod comperiſſe haud ita pridem, dum forte die feriato ſcholas eo fine introiſſet, ut exiret in forum profecturus. Ibi enim Dominicani ſodalitii doctorem audiſſe primum ſacrorum bibliorum, qvi Geneſis inſcribitur, interpretantem mirifica rerum ſubtiliſſimarum ubertate. Ab eo ſe ita captum, ut non ſine numine Divum eo ſe pedes duxiſſe crederet. Fixum itaqve eſſe, immotumque, ſibi aliis curis procul ablegatis non alibi jacere cogitationum ſuarum anchoram, qvam in illa ſtatione omnium tutiſſima. Qvod & porro haud cunctanter præſtitit, ſe totum Theologorum, præſertim anti-

qvorum, lectioni applicans unde se una opera haurire pietatem, literas, eloqventiam dicebat. Patavio digressus Maurocenus non cruda adhuc, ut pleriqve omnes, studia, sed ingens secum nomen, summamqve eximiæ doctrinæ laudem ad suos retulit, in congressibus absqve assentatione blandus; in disputando, ubi pleriqve contentiosis pertinaciis rixas & clamores qværunt, placidissimus; erga omnes exprompti officii, ac facilitatis. Nihil enim vir ad lenitatem natus magis oderat, qvam refractaria ac retrorsa ingenia qvorundam, qvi tanta asperitate morum inhorrescunt, ut ea in familiari colloqvio omnino negligant, qvæ & sibi honesta, & aliis grata esse possint, offensæ, ac gratiæ pariter securi; qvos etiam humani generis Paliuros apto satis nomine vocabat: sicuti qvos in Principum aulis ambitio torqvet mala, aut spes cœnatia Ixionios amicos appellare erat solitus, ad parasitos Heliogabali alludens, qvos labes illa augustæ dignitatis, Cæsarum carcinoma, aqvariæ rotæ alligatos sitularum ritu sic circumraptabat, ut modo caput in altum tollerent, modo mergerentur per vertiginem. Hujusmodi hominis sales transmarino lepore, thymoqve plane attico respersi ab amicis qvamplurimi narrantur. Nos nonnullos in gratiam lectorum memorabimus. Amico utebatur fluxæ, & letheæ propemodum memoriæ qvem cum audisset morbo difficili implicitum in eo esse, ut ad plures iret, ad circumstantes conversus, qvam vereor, inqvit, ne familiaris noster bonæ vir memoriæ, & qvidem Mnemosyne inconsulta brevi fiat. Sic enim

nim de mortuis loqvi mos obtinuit, valetqve id dicti apud nos tantundem, qvantum ὁ μακαρίτης apud Græcos olim, vel apud Latinos veteres, ſi Perſio Satyrarum ſcriptori credimus, beatulus. In eodem genere ponendum eſt, qvod literaria nucleo caſſa putamina vocabat rerum inanes, ſed tantum ore obſtreperos diſputatores. Eximine ſcitum item illud ejus dictum de viro barbatenus ſapiente, qvi tonſorum tabernas cane pejus & angve devitabat, haud inconſulto eum ſane facere, qvi ſibi ne pilum qvidem de ſua ſapientia demi pateretur. Idem civium qvendam nactus ingenii minime expromti, ſed rerum ſemel apprehenſarum retinentis, cum id illi plus nimio doleret, nec naturam tanqvam novercam incuſandi finem faceret, qvin tu potius, inqvit, tibi gratularis, qvi ingenium habeas non aureum, qvod Socrates à Diis ſibi dari votis poſtulabat, ſed gemmeum plane, & cui cognationis cum adamante multum intercedat: vitium hoc ſcilicet qvantivis pretii ſemper fuit habitum ægre ſe inſculpi ſinere doctrinarum notis, ſeu qvia diſcere ipſum pati qvoddam eſt erectæ indoli, & ad actionem natæ parum congruens; ſive qvod raptim hauſta repente effluunt: idem, Plutarcho teſte, Catoni Uticenſi accidiſſe, qvo nihil habet Romana gravitas memorabilius, qvod Græciæ in ſuorum laudes diſertæ regerat: idem Cleanthi Stoicæ porticus columini, cujus ingenium præceptor Zeno (ſi fas ita loqvi) duricerio pugillari comparabat. Eqvidem perdociles iſtos, ajebat, nihil moror, qvi qvodlibet diſcunt, dediſcunt è veſtigio, oblivioſos,

hodie rudiarios, cras rudes, & gypſatæ recens tabulæ perſimiles, qvos erudire brevis perinde labor, ac vanus fuerit. Plura in hanc ſententiam addebat, qvæ ſingillatim recenſere ad ulteriora feſtinanti nihil eſt neceſſe. Hæc ſane ratio, & tanqvam vitæ curſus Mauroceno fuit publicis curis nondum occupato: hæc provincia tam ampla ditione circumſcripta, qvam Philologiæ, artiumqve liberalium fines late patent; in qvarum ille ſpaciis aſſidue ingenii vires exercebat negotioſo otio indulgens, & nunc ſtylum lectione alens, nunc commentationibus variis exercens, modo controverſias declamitans, modo diſputans de natura cum amicis, qvorum ita copia florebat, ut ad ejus ædes tanqvam ad Athenæum qvoddam concurſus fieret ſtudioſorum, qvibus populoſa civitas, & commerciis exterorum celebris maxime abundat. Ad Rempublicam acceſſit jam famæ inauguratus, cum primum ei licuit per annalem legem, vigeſimum qvintum ferme natus annum, itinere ad honores prono, nempe qvod ejus majores illuſtribus preſſerant veſtigiis, pater etiam tum tereret Senator priſcæ innocentiæ, & qvi exemplo, dictisqve filium admonere poſſet muneris ſuſcepti, unius omnium, qvæ juventuti patritiæ contingunt, laborioſiſſimi ſimul, ſimul honeſtiſſimi. Nam ejus qvi compotes evadunt, vocanturqve vulgo Sapientes ordinum, ſanctioris Collegii pars fiunt, qvotidie in commune conſulunt, indictis diebus in Senatum veniunt, ſententiam rogantur, qvamvis jus ferendi ſuffragii non habeant. Eo ille in munere ita ſe ampliſ-

ſime

no ordini probavit, *ut in* ejus ſententiam Senatus
nſulta non raro fierent. Erat enim hominis ora-
ad perſvadendum maxime appoſita, rerum, ver-
rumqve juxta dives, neqve parum vehemens.
ccedebat actio, qvæ in artibus Rhetorum eſt inſtar
nnium, non illa elumbis, langvidave, ſed qvæ fir-
itate laterum, & vocis geſtusqve moderatione au-
ores, cum in Senatu neceſſitas cenſendi incidiſſet,
oblectaret inprimis, & moveret plurimum. U-
m in eo ſtaturæ legitima menſura brevioris digni-
em ne admodum deſideraremus, vir alioqvin an-
cultus corporis indiligens altiori ſubere malleis
ppacto ſedulo adnitebatur, haud ita tamen, ut non
dem jocis dicacium appeteretur, qvibus ſua ætas
cinium Calvum Oratorem diſertiſſimum per ur-
nam laſciviam fuit proſecuta. Qvos ipſe liberæ
itatis, & in dicteriæ profuſæ jocos non aliter, qvam
mines belli ſoleant, ferebat juvenis adhuc, & per
mitatem affectatam hodie plerisqve, ſibi plane in-
nitam æqvalium cœtibus ſe inſerens; præſertim
m non ſui juris fuiſſe diceret ea proceritate naſci,
caput ad fornicem Fabii demitteret. Tydeo mo-
ſimilis evaderet, non ſe multum Polyphemis in-
iurum. Varie opinionibus veterum certatum fu-
liceret nec ne rem capeſcere publicam viro Sapi-
ti: plerisqve qvidem moleſtiſſimi hujus muneris
cationem ei in omne tempus tribuentibus, veritis,
do, ne ſublimibus curis aſſvetus, à qvibus non-
lli ne avocarentur, opes, urbesqve ipſas doctrinæ
diis poſthabuere, humilia iſta, tanqvam ſe indigna

aut fastidiret, aut plane negligeret: aliis vero non ante in communium rerum procurationem sapientem ire permittentibus, qvam tempora tulissent, nodusqve tali vindice dignus incidisset aliqvis; tum demum illum qvasi scenicum ex machina Deum accessurum, laturumqve auxilium; ficulneum medius fidius, atqve perridiculum futurum, nisi prius partem Reipublicæ aliqvam serio attigerit, in eaqve se exercuerit regendo per vices, parendoqve, qvæ eximia est, & laudibus nunqvam pro dignitate adæqvanda Rerumpublicarum temperatio; præsertim ubi ornamenta Senatus, & beneficia comitiorum non minore virtute retinentur, qvam primo comparata fuerant. Currum ut non temere auriga regat, tempore illi opus est, vigiliqve opera; nec gubernatori sedere ad clavum lex nautica permittit, nisi prius proreta fuerit, & tu artem difficillimam omnium, qvas usus reperit, aut genuit industria, populos regendi qvatriduo edisci posse arbitraris? Hæc cum dici credique soleant stultissime, Maurocenus qvidem, etiamsi aliæ rationes deforent, exemplo suo litem hanc diremit adversus eos, qvi sapientem tanqvam negotiis imparem, atqve subineptum à vestibulo curiæ longe arcent, idem studiis bonus, rebusqve agendis habilis, veluti Asteropæus alter; utramqve Spartam, qvam Dei beneficio, virtuteqve sua nactus fuerat, pariter exornans totidem ferme annos, qvot ab ipsis civilis ejus vitæ initiis ad ultimum usqve ætatis tempus interjectos vixit. Qvas enim ille ferias subsecivas à labore habuit, cui nullus fere dies sine linea

est

onditus, nulla nox effluxit cogitatione publici
i haud interſecta? Per omnes honorum urbano-
gradus, qvibus ſumma in patria auctoritas ac-
itur, ivit inoffenſo pede ambitionis juxta, ac re-
æ expers, qvamvis in ea tempora incidiſſet, cum
es ad honorum appetitionem nimiam incubue-
. Mature accuſator reorum publicus creatus
qvod munus Juſtitiæ Venetæ pro telo eſt ad gra-
rimina pœnis coërcenda. Mature in Senatori-
rdinem allectus, &, ſi qvid ad rem facit, adhuc
s; cui ille nomini cum longam ætatem pro pie-
ſua precaretur, haud fruſtra fuit, patre indeflexis
s viribus vigente, florenteqve, non tam propriæ,
n nati laudis præconio. Exinde ad clavum
ublicæ diutius perſedit præconſultor major, qvi
giſtratus in primis & putatur, & eſt re vera longe
imus, poſtqvam res continentis, qvæ Venetæ
ni accenſetur, cum Nicolao fratre virorum (u-
n non olim) optimo, publicoqve ob ſummam
itionem Bibliothecario, ita procuraſſet vicibus
nis, ut raro admodum exemplo alter alteri, ve-
Pollux Caſtori ſuccederet, donec in terris eſſe
olao licuit; qvod haud diuturnum fuit, Deo i-
n qvadragenario paulo majorem eo evocante,
ſe hinc, ſtatione peracta, ingentes animi ſingu-
ve virtute præditi recipiunt, Procurationem
cianam, qvam & meritum viri, ipſo licet recu-
, flagitabat, & ſuffragatorum ei conſenſio pri-
deſtinaverat, mors nec dum ſatis matura, ſi æ-
n cogitas, eripuit, indignantibus bonis, fata ob-

ſtitiſſe, qvo minus ſingulari ejus virtuti magnus in patria honos, & ſupremo propinqvus haberetur. Etſi erant, qvi præfecturam ſacrorum illi præoptarent, memoria meritorum, & in futurum ſpe, rati nihil ipſo aris præſidente, qvod in rem Venetam foret, numen negaturum. Nulli certe civium ſua ætate publica pietas cum maxima decora honorum contuliſſet, majora ſe ei debere, ita eſt conqveſta, ut ingrata pene ſibi videretur: illum qvoqve, imo illum maxime inter eos numerans, qvibuscum paria facere pro bene factis nemo, licet officioſus, ſane poſſit. Profecto cum eorum fere omnium, qvi Reipublicæ operam impendunt, vita veluti mimus qvidam ſit ex multis permixtus actibus ſtatariis non minus, qvam motoriis, dum vel provincias ex magiſtratibus urbanis ſortiuntur, paludamentisve prætextas mutant, vel ad Reges magnis de rebus legati adeunt: ejusmodi vero munera eximiam dignitatem habeant voluptate etiam cum aliqva conjunctam, qvæ partim ex remiſſione animorum oritur, non eisdem ſemper cogitationibus vacantium; partim ex perluſtratione variarum regionum, morum externorum obſervantia, officii ampliſſimi ſplendore: Mauroceno eo major debetur laus, non ſane qvod occaſionibus peregrinationum ſæpius omiſſis, certe non captatis, qvibus Ulyſſeæ prudentiæ commeatus qværitur, domi veluti alter Vatias Servilius tanqvam in conditivo ſitus nunqvam ſe in lucem, diemqve proferens ſenuerit; ſed qvia ei in ipſa urbe provincia contigit laborioſior, & qvæ univerſam ferme Rem-

publi.

publicam complectebatur fide, ac ſedulitate. Nam aſſidue in ſtativis qvaſi radicibus defixum permanere, nec unqvam, ne transverſum qvidem ungvem, à procuratione publica diſcedere, haud ego qvidem humanarum virium, qvæ continuatione non minus, qvam uniformitate operis laſſantur, ſed divinarum mentium proprium putaverim, qvibus contagio corporis non adimit, ne cœlo tantum vacent, unoqve, ac perenni obtutu omni alia ſolutæ cura idem ſpeculentur, Deo, qvamvis immenſo intervallo, proximæ. Hæc mea mens eventu citius firmata, qvam putaram, qvamqve Reipublicæ intererat, qvæ Mauroceni operam tam diuturnam voluiſſet, qvam aſſidua fuit. Sed qvis ſe tot laboribus parem eſſe poſtulet, qvi nec Talus ſit, qvem totum ex ære conflatum perhibent, nec Didymus ille vetus Criticus, cui indefatigabile ſtudium in literis Chalcenteri cognomentum fecit? In dies ſenili ſpecie magis apparere, licet intra ſenem; caput feſtinata canitie albeſcere; oculorum hebetari acies; vultus rugis exarari; vigor ille corporis, in qvem tanta moles curarum incubuerat, paulatim carpi, & ab animo tanqvam commeatum cauſariæ miſſionis petere, ſed fruſtra: fixum ſcilicet ei animo hærebat Senatoris eſſe vitam in ipſo munere relinqvere non minus, qvam Imperatoris populi Romani ſtantem morte præveniri, qvod Veſpaſianus dixiſſe traditur, dum in eo eſſet, ut Divus fieret. Et profecto nusqvam vir patriæ bono natus mori, qvam in patria debuit convenientius, ut ubi tot animi ejus præclara monumenta retinentur,

ibi & corporis tumulum posteri suspicerent, argumentum lacrymarum, indicem virtutis. Ægre ab ipso demum fuit impetratum, ut saltem feriis vindemialibus, cum Senatus infreqvens habetur, Patavium secederet in ædes Superantianas, qvas sui in hanc rem præcipue conduxerant, peramœna ad Medoaci ripam urbis regione, ne deesset locus, ubi animi vires recolligeret, si adhibuisset, publicis curis fatigatus, qvibus præfectura, tutelaqve legum auctarii loco accedebat Atheniensium. Nomophylaciæ nomine non magis, qvam munere ipso comparanda. Eo se ille, cum rusticatione minus caperetur, curiæ, hoc est, curis assvetus nonnunqvam transferebat brevi, pervioqve itinere otiandi animo; qvem tamen novæ subinde occupationes ita distrahebant, ut mutasse curas, non abjecisse videretur. Admittendi erant domi professores, consilia eum eis crebro ineunda ex suscepto munere literarii triumviri. Qvod sane ille munus distractissimo tantis negotiorum curis, ut commendationis, & materiæ doctos officiis demerendi afferebat plurimum, ita & molestiæ non parum, dum Academiæ Italicarum celeberrimæ, qvam sibi exornandam sumserat, rationibus opportune cupiens consultum, eo undiqve propositis honorariis ingenia præclara, & in nomen liberalium artium studiis itura vocat, providetqve sedulo, ne vel juventutis libera nimis, ut fit, lascivia morum disciplina exolesceret, vel doctorum indiligentia. Qvæ, ex qvo ambitio animos incessit, scholas agminibus juniorum stipatos ingredi, adeo in immensum crevit,

vit, ut jam ſerie inverſa præceptores diſcipuli vectigales habeant; leges eis feriandi, non modo præſcribant pro arbitrio, verum etiam ne ultra laconicam clepſydram prælegant, fruſtra adverſum perditum hunc morem obnitentibus Triumviris. Atqve utinam ne tanta licentia literis aliqvando afferat juſtitium, nedum ferias ſcholis longiores. Nam qvem fervor ille ætatis timeat in abrupta præceps, poſtqvam timeri à magiſtris cœpit? Qvos, niſi dicto paruerint, paſtoritia fiſtula excipiunt, aut ita ſolos in ſcholis ſubito deſtituunt, ut ſurdis auditoribus pluteis utantur. Aſſervantur apud nos in ſcriniis Muſarum ejus literæ Patavio ad me transmiſſæ, in qvibus ſeriæ jocis qvaſi inſititiis; ut ſæpe temperans ita argutatur; mutationem verborum refectionis ſibi eſſe loco; curas, veluti convivales olim umbras ſummates viros ad cœnas, ſe, qvocunqve pedem extulit, injuſſas proſeqvi; Achatem ſuum illas eſſe, ſi vera de ejus nominis etymo à Virgilianis interpretibus narrantur, de voce Græca id deflecti, qvæ in latinum verſa ſollicitudinem ſignificat, eſtqve Rempublicam adminiſtrantibus comes omnium horarum. Tempus erit (ut ingentium virorum veſtigia cupide noſcuntur, monſtranturqve) qvo poſteri geſtient inviſere penates, qvos tantus implevit hoſpes; qvæ ſpacia ejus inambulationes; qvi remiſſiones horti excepere; nec minori celebritate memorabitur angulus ille felix amœnorum mœnium Medoaci fluctibus amcinctus, qvam olim Lucrini littus P. Scipionis ſeceſſu nobile; niſi ingrati eſſe voluerimus erga viri meritum, qvi non, ut Hermes vialis intento digito, ſed officio, ſermone, &

qvod

qvod ſermone ipſo multo eſt præſtantius, exemplo iter ſuis civibus monſtrabat ad virtutem. Locus me admonet, ut aliqvid dicam de ſelectarum Epiſtolarum voluminibus, qvas ille ad diverſos dedit perqvam plurimas philologas, hiſtoricas, familiares, ſcribendi genere facili, & illaborato (comendæ enim orationi gravior jam annis non immorabatur) ſed perſpicuo, ſententiisqve crebris, qvaſi gemmarum coloribus, diſtincto. Inter eas longitudine, & elegantia pariter excellit (nam longiſſima earum qvæqve, qvod de Archilochi Jambis Critici dicebant, ferme eſt pulcerrina) qva villam Hieronymi Fabritii Pendentiaqvenſis Medici deſcribit, vel depingit verius adeo iconice, ut inſanas hominis ſubſtructiones, hortos penſiles, collesqve felicium arborum conſitos nemoribus, qvos ille Xerxes è chirurgo factus è manubiis ægrorum in planicie ſuburbana excitarat, lectori ab oculos ponat intuendos. Sed qvid ego peplum æſtimare pergo de lacinia? Ingentis opus argumenti, ſtudiiqve condidit, unde viri ingenium penitus cognoſcitur, hiſtoriam rerum Venetarum, ex decreto Decemvirum, Paulo Parutæ, qvi prius in eodem ſcriptionis genere ſtylum ſummacum laude exercuerat, ſuffectus. Hoc opus, cui tot annorum ſubſeciva tempora dicaverat, magna ex parte affectum, & ſi mors, tanqvam violentus tribunus, interceſſiſſet, ne perficeretur, cura tamen Pauli Senatoris optimi, & Jacobi filii juvenis lectiſſimi (qvæ eſt eorum in fratrem, patruumqve pietas) minime committet, ut cum blattis diutius luctetur; votis

tis certe ſtudioſorum minus expetitum, ut in lucem prodeat, ejus qvantumvis properata facere non poterit editio. In eo (vide mores ab inani jactantia immenſis ſane ſpaciis diremptos) cum res ipſo jam publicis conſiliis admoto ſummopereqve adnitente decretas in Senatu memoraret, nunqvam induci potuit, ut de ſe, præclarisqve ſuis inter diverſa ſentientes diſſertationibus verbum ullum faceret, magna hiſtoricorum omnis ævi exempla ſecuturus, ſi feciſſet. Ejusdem qvoqve varia opuſcula, elogiaqve qvamplurima leguntur, qvibus ille ad hiſtoriam veluti præludens amicorum ſupremis parentavit: qvorum, dum viverent, familiam ducebant Chriſtophorus Valerius, & Joannes Franciſcus Muſatus, alter florentis facundiæ ſenator, alter literariæ dignitatis columen apud Patavinos. Poſtremo cum æger curis in Senatum præſes publici conſilii veniſſet, ibiqve ſuborta, ut fit, in Curia acriori altercatione ſemel, atqve iterum ſolito vehementius dixiſſet è ſuggeſto, excandefacto per vocis laterumqve contentionem corpore, in icterum primum incidit morbum, candori pectoris ejus parum conſentaneum: deinde intra paucos dies ſuccedente virium defectu ſancte, & qva cum pietate in Deum decuit, vitæ diem extremum clauſit XIII. Calen. Julii, anno cIɔ Iɔc XVIII. devexa ſane ætate, non negamus, neqve ideo tamen tam præcipiti, ut in extrema, qvod ajunt, tegula illi ſtandum foret: vixdum enim annum LX. expleverat immortali ſenio, vel juventute potius digniſſimus. Corpore craſſo magis, qvam procero fuit, cervice

leviter

leviter erecta, facie bene lata, dignitatis plena, oculis micantibus, lætisqve, & qvi animi mores præ se ferrent; barba, ac capillo, dum eis per canitiem, sui coloris esse licuit, subrufo; voce, qvalem futuro Oratori Rhetores præscribunt, clara, concioni pergrata, & phonasci opera minus indigente; aspectu deniqve ita liberali, ut in eo morum probitatem facile agnosceres, ingenii vim non invitus crederes. Somnus ei fuit brevis, & vigiliis sæpe intercisus: cibus paratu concoctuqve facilis, potus in dies multo intra heminam. Cultus, supellectilis, pecuniæ contemptor extitit mirus; &, si Bibliothecæ instruendæ studium excipitur, nullius earum ferme rerum appetens, qvibus mortalium mentes ad insaniam usqve capiuntur. Inambulationibus, qvoties à sedentario opere (sic munus Senatorium vocabat) otium dabatur, ita oblectare animum solebat, ut Peripateticum germanum facile agnosceres. Harum socios habebat amicorum obvios Vir apprime comis, & cujus familiares virtutes, atqve penetrales forensibus, ac Senatoriis non impares humanitas infucata ita condiebat, ut philtri esset loco ad omnium sibi studia concilianda. Sermones erant tempestivi ex eorum genere, qvi vel rimosis auribus tuto committuntur: nam arcana rerum, qvibus stat publica securitas, non ille sane aliter tegebat, qvam olim sacra opertanea solebant, qvi Eleusiniis mysteriis initiabantur. Theatralibus ludis, omniqve spectaculorum genere, etiam cum per ætatem licebat, obfirmato animo abstinuit non minus, qvam Herculano sacrificio mulieres, il-

lud

ſubinde repetens, ſibi minime verendum eſſe,ne
eſtamentum otio ſuo deforet, donec typogra-
rum operæ præla contorqverent; aut amanuen-
calamo, anagnoſtes lingva uti poſſet: ii enim, ſi
s feriatus inciderat dies, aut ab interventoribus o-
ino vacuus, illi Scenici, ii Circenſes erant nihil
nus timenti, qvam ſe ſibi remotis arbitris relinqvi.
tus fuit funere privato, luctu publico; virginali
o caput redimitus, qvod ex relatu Sacerdotis, qvo
ad ſacras confeſſiones uti erat ſolitus, vitæ ejus
te, puriterqve actæ debebatur. Tumulum cer-
m elogiographi monumentales celebrarunt: ego
clam Muſas meus eſſet dolor, exceſſum amico-
n optimi, qvem in cœlo, ut opinio eſt, merita lo-
unt, non uno genere carminum deflevi; qvæ, in-
ta licet, qvia affectum animi in lacrymas effuſum
rimunt, nec timor eſt, ne judicio favor virtuti de-
is officiat, haud ægre ſum paſſus exorari ab ami-
uti ederentur. Simul ut poſteris (ſi qvid tamen
i ad poſteros perveniet) conteſtatum monumen-
aliqvo relinqverem, mihi Maurocenum etiam
t fata vivere; victurumqve ab oblivione intactum,
a notum qva virtus, qva literæ noſcuntur.

VI.

VITÆ JACOBI, JOANNIS, ANDREÆ, & HUGONIS

FRATRUM GUIJONIORUM,

auctore

Philiberto de la Mare.

GUijoniorum gentem etsi promptum mihi esset à tribus, & qvod excurrit, seculis perpetua nobilitatis laude florentem demonstrare, tum publicis documentis, cum domesticis tabulis, qvæ mihi vidisse contigit, & contestata virorum omni exceptione majorum fide; qvia tamen de iis dicturus sum, qvi solam recte factorum conscientiam ambientes, ista qvasi à se aliena semper putarunt, ideo ad Joannem, illorum parentem, missa longæ propaginis historia, mihi properare visum est. Is cum in agro Solilocensi, qvi Æduorum est, illiqve natalis fuit, iis artibus fuisset excultus, qvæ juvenem, seu ad studia literarum obeunda, seu amplectenda militaris scientiæ munia natum decent, cum se alterutri addicere dubitaret, (nondum enim honor erat bonis artibus, qvi postmodum Francisco I. Rege fuit) in extremas Orientis partes, adscito sibi peregrinationis comite Philippo fratre, profectus est, ubi non tam urbes, & alia veteris ævi monumenta lustraret, qvibus peregrinantium

tium animi plerumqve solent inescari; qvam mores hominum propius observaret, & cognosceret, qvorum usu & consortio melior fieret, ac prudentior. Incidit autem in ea tempora, qvibus Turcarum Imperator Solimanus, parata classe omnium retro numerosissima, Rhodum Christianis eripere meditabatur, qvod, ut præsensit Guijonius, qva erat animi sagacitate, & industria, cum fratre protinus Rhodum delatus Philippo Villerio ab Adami insula summo tunc D. Joannis militiæ præfecto cum certis argumentis demonstrasset, non alio destinari Turcicam classem, qvam in Rhodios, tum se, suamqve, ac fratris operam illi lubens addixit. Philippus qvidem frater in Eqvitum ordinem allectus est, Joannes vero toto obsidionis tempore militavit absqve stipendio, & illius extat etiamnunc apud hæredes belli hujus historiæ breviarium, qvod fere sibi exitiale expertus est, sinistro crure sclopeti glande per utramqve partem trajecto; qvo etsi convaluerit, reliqvo tamen vitæ tempore navatæ fortiter adversus Christiani nominis hostes operæ illustre specimen tulit, altero, qvoad vixit, pede claudicans. Rhodo tandem capta, cum errantes toto mari Rhodios, tristemqve & dejectam illorum fortunam diu secutus, à Pontifice Maximo Viterbii receptos audivisset, donec de commoda statione, & opportuna fuisset illis provisum, in Galliam reversus est, hoc uno dives spolio, novi nempe fœderis codice, ante DC. plus minusve annos Græce MS, qvem à Villerio sibi donatum maximo semper in pretio habuit, veluti justum (ut ajebat) rerum à se



n animi plerumqve solent ... ar ...
ninum propius observaret, & ...
n usu & consortio melior fieri ...
idit autem in ea tempora, q...
ator Solimanus, parata classe om...
rosissima, Rhodum Christianis e...
ur, qvod, ut præsensit Guijonius, ...
acitate, & industria, cum fratre pro...
itus Philippo Villerio ab Adama...
c D. Joannis militiæ præfecto cum ...
ntis demonstrasset, non alio destinari ...
Sem, qvam in Rhodios, tum se, suamqve, a...
s operam illi lubens addixit. Philippus qvidem
ter in Eqvitum ordinem allectus est, Joannes vero
o obsidionis tempore militavit absqve stipendio.
llius extat etiamnunc apud hæredes belli hujus
riæ breviarium, qvod fere sibi exitiale expertus
stro crure sclopeti glande per utramqve ...
ecto; qvo etsi convaluerit, reliqvo tam...
pore navatæ fortiter adversus Christia...
tes operæ illustre specimen tulit, alter
pede claudicans. Rhodo tandem
antes toto mari Rhodios, tristem ...
rum fortunam diu secutus, a Pr...
erbii recentes audivisset, donec ...

bello Rhodio fortiter gestarum præmium ac mercedem. Is autem est, qvi à Jacobo F. ad Nicolaum Cheuaneum Jurisconsultum Divionensem translatus, ab eo postmodum Joannis Boherii Senatoris Divionensis Bibliothecæ consecratus est. Joannes porro Guijonius cum ad suos reversus rem familiarem, qva diuturnæ peregrinationis, & durissimi, qvem apud barbaros inter peregrinandum passus fuerat, carceris sumptibus, qva ære alieno non attritam modo, sed fere exhaustam nactus esset, tum illam, qvo posset, honestiori modo resarcire statuit; ac primo Augustoduni, qvæ princeps est Æduorum civitas, & Bibracte C. Julii Cæsaris temporibus nominata (qvod ubere commentario contra nonnullorum sententiam aliqvando demonstrabimus) postea de successoris sui Augusti nomine ita dicta, fortunarum suarum domicilium posuit; ubi post indefessi studii triennium in rei medicæ notitiam undecumqve perfectam feliciter consumptum (nam juvenis illius principia ludens tantum degustaverat) cœpit illam apertius profiteri magna cum nominis fama & celebritate, qvæ longe lateqve pervagata, etsi illum à conjuge locupletiorem dotem sperare jussisset, maluit tamen suos inter populares uxorem sibi deligere, probam, & antiqvi plane moris fœminam, Cæciliam Rolletam; ex qva præter fœminas, mares qvatuor tulit, jam mihi sigillatim dicendos, JACOBUM, JOANNEM, ANDREAM, & HUGONEM. In qvibus singulis (qvod mirere) certatim enituerunt pietas, doctrina, gravitas morum, humanitas, facundia,

, integritas, judicium, rerum uſus, animi conſtan-
,ardentiſſimum Reip. ſtudium, & qvod Philoſo-
icæ vitæ caput eſt ac ſumma, mirus, nec hujus ſe-
li, divitiarum contemptus.

Horum qvi major natu fuit, JACOBUS GUIJO-
IUS anno M.D. XLII. qvo Carolum V. Cæſa-
em inter, & Franciſcum I. Regem bellum recrudu-
, Auguſtoduni natus eſt. Hic ſollicita parentis
ura omnes Græcæ, Latinæqvæ lingvæ diſciplinas a-
eptus, primum induſtriæ ſuæ ſpecimen edidit ætatis
nno XIII. Latina oratione pridie Paraſceves in æde
. Lazari qvotannis haberi ſolita, qvam non minori
udientium voluptate qvam admiratione pronunci-
vit. Tum Joanne patre præeunte à Philoſophicis
d Mathematicas ſcientias converſus eſt; qvibus fe-
iciter perceptis Lutetiam celeberrimum literarum
mporium miſſus, in Regios Profeſſores incidit Jo-
nnem Auratum, qvi Græca, & Hadrianum Turne-
bum, qvi Philoſophica doceret. Habebat tum for-
te Turnebus in manibus Phyſicam Acroaſin, à qva
exorſus ad Meteorologicos usqve libros, & miſcella-
nea Phyſica, qvæ parva naturalia vulgus nominat,
ſuos auditores perduxerat, cum abiit ad plures. Qva-
re cum Guijonii ſitim in Philoſophicis potius accen-
diſſet, qva nitore dictionis, qva doctrinæ varietate,
atqve ſoliditate, qvam reſtinxiſſet, ſtatuit, patris ad-
monitu præſertim, & literis impulſus, totum de in-
tegro ſe in ſtadium Philoſophicum atqve curriculum
dare, qvod à carceribus ita ad metam usqve emenſus
eſt, ut ad ipſum Ariſtotelem Græcos etiam illius in-

terpretes Alexandrum Aphrodiſeum Simplicium, Philoponum, Themiſtium, nec non Averroëm, qvamvis horrido barbaroqve cultu ornatum, ut & Thomam, & Scotum adjungeret: qvi labor illi ferme triennio conſtitit; qvo exacto primum ſui periculum facere inſtituit, & amicorum precibus victus in Regio Navarræ Gymnaſio Oratoriam publice docuit annos tantum natus XX. ſed ea doctrinæ & elegantiæ fama, ut jam tunc ab omnibus crederetur eos longe poſt ſe relicturus, qvi eandem palæſtram decurrerent; verum cum ad liberalium diſciplinarum, & eloqventiæ ſcientiam minus à parente deſtinaretur, qvam ad Juris Civilis ſtudium, tum vero illius mandato Gadurcum profectus eſt, & inde Toloſam circa annum M.D. LXVII. Unde poſt biennium, cum incredibili peregrinandi amore, qvem à parente veluti jure hæreditario habebat, teneretur, Italiam petiit; in hanc porro Guijonii profectionem Italicam luſit eleganti carmine Martialis Monerius Lemovix, Delphinum vidiſſe per ſomnum, fingens, qvi relicto Garumna in Adriaticum mare trajiceret. Peragratis demum ſingulis Italiæ provinciis per Noricas Alpes in Germaniam venit, ibiqve cuidam è Germaniæ Principibus operam ſuam addixit, cujus adoleſcentiam literarum præceptis informaret. Qvo tempore tanta felicitate ſe Germanicæ lingvæ ſtudio dedit, ut illam absqve duce, & brevi tempore didicerit, & perite pronuntiaverit. Inde redux in Gallias Dionyſio Lambino recens demortuo ſuffectus eſt, & à Carolo IX. Regius Græcarum literarum Profeſſor ſo-

la

ate commendante renunciatus. Quo in mune-
bilem doctrinæ suæ famam non in Gallia mo-
d per universam fere Europam longe lateque
igavit. Verum cum summo erga patriam amo-
matris jam ad senium ruentis visendæ studio
etur, quam singulari pietate semper coluerat,
um ultro sibi Montis Cinesii apud Æduos præ-
am amplexus est M D. LXXIV. ad quam, cum
teretur, tantum illius virtuti Curia detulit, ut
iciariis sportulis abstinuerit; hanc vero post-
ı maxima æquitatis & innocentiæ laude per
s XII. sustinuisset, rerum tandem capitalium
ustoduni Quæsitor à Rege fuit institutus M. D.
XVI. cum ea dignitas antehac ab Æduensi
ectura non fuisset discreta. Tunc vero de
e ducenda cœpit cogitare, non tam sponte sua,
ı ut propinquis, hoc enixe ab illo postulanti-
morem gereret. Ea autem fuit Anna Salmà-
oannis Ganaii Regii in eadem præfectura Co-
ris vidua, Francisci Rationum Regiarum Ma-
, & Stephanisæ Jacqueronæ filia: ex qua puel-
a unicam suscepit; cujus natalis momento
us sedulo incumbens (fata enim Astronomiæ
ficio prævisa, si non everti, saltem anteverti
: afferebat) indicavit fore olim nobile scortum.

adumbrata proſtitutione, & commentitio ſuſpendio eluderet fata, vel impleret. Sed Matheſeos judicium fefellit eventus, præmoriente puella depube, niſi adimpletam fuiſſe his artibus fati legem dicatur. Atque hujus quidem rei auctor mihi eſt, & idoneus ſponſor Petrus Salmaſius Chaſantius, Senator Divionenſis, Hieronymi Senatoris, Annæ fratris filius: qui rem, uti à me ſcripta eſt, ſuis in Alcabitium de inimicitiis Planetarum notis inſeruit. Vigebant tunc in Gallia Fœderatorum non tam odia in novatorum ſectam, à qua nondum receſſerat Henricus IV. quam addictiſſima erga Hiſpanos avitæ religionis tuendæ prætextu ſtudia, neque tantum Lutetiam, Regni caput, corruperat pernicioſiſſimus ille morbus, ſed & omnes fere Burgundiæ urbes, utpote Meduani imperio ſubjectas, duabus, aut tribus ad ſummum demptis, pervaſerat, & labe ſua vitioque infecerat: inter eas vero, quæ Fœderatorum cauſæ magis favebant, eminere videbatur Auguſtodunum: de cujus obſidione cum diu cogitaſſet Joannes Aumontius Equitum Tribunus, qui in Boiis vicina Æduorum regione bellum Regis nomine ſtrenue magis, quam feliciter adverſus Carolum Sabaudum Nemoroſium gerebat, exercitum tandem urbi admovit M. D. XCI. cujus obſidionem, ſuperveniente in Fœderatorum auxilium Nemoroſio cum recentibus copiis, Lotharingis ſummiſſis, ſolvere coactus fuit. Nemoroſius autem vix urbem ingreſſus, ut illam in ſua fide certius contineret, quotquot erant in ea Regiis partibus addicti,

dicti, confestim jussit excedere, & inter eos Jacobum & Joannem Guijonios, illum rerum capitalium quæsitorem, hunc vero Cognitorem Regium: qui Lucenaium, quondam Lucinæ fanum, quo postmodum regio diplomate præfectura Æduensis translata est, demum Engelberti Molinum secedere coacti sunt, ædibus utriusque Nemorosii militi prius in prædam datis, & inprimis Jacobi Bibliotheca, non tam librorum numero & cultu, quam exquisitissimo delectu locuplete (quod unice doluit) fœde & impie direpta. Donec pactis Regem inter, & Meduanum induciis, Jacobus procurandæ rei familiaris gratia Augustodunum reversus, Magistratibus, ne patriam suam difficillimis temporibus deserere vellet, rogantibus, & magnificis elogiis, Fœderatorum causam attollentibus, nihil aliud præter tertium Iliadis Homericæ versum respondit; quasi tacite fœdus illud impium execratus, quo florentissimum orbis Christiani Regnum pene corruit; statimque Engilberti Molinum rebus procuratis se retulit, unde post transactos in otio literarum annos IV. & suis, & patriæ redditus est, postquam Caroli Gontaldi Bironii destinati à Rege Burgundiæ Præfecti virtute civitas recepta legitimum Principem agnovit; quod Idibus Majis anni M.D.XCV. contigit. Sed me locus admonet, ne rem inauditam hactenus, & ideo Seculorum omnium dignissimam prætercam; quam, etsi haud pertinere videatur ad Guijonios, non abs re tamen hoc loco referre mihi visum est, seu quia conscius

illius fuit, ac interpres Jacobus Guijonius,seu quod vix apud posteros fidem inveniret, nisi testium omni exceptione majorum, & illius inter alios, cui illa contigit, testimoniis & subscriptionibus probata fuisset; ea tamen fuit: Fœderatorum factione plus justo in Burgundia valente, Regiarum partium Præsides, ac Senatores Semurium, primarium Mandubiorum oppidum, Regis nomine jus dicturi secesserant, cum Divione non liceret, ac inter eos Joannes Quarræus, qui feliciter miscuerat ornamenta togæ artibus belli: is XIV. Calendas Augusti M. D. XCIV. circa secundam diei horam matutinam sibi visus est motu subito expergesieri, & verba quædam ignota pronuntiare, cum famulo propius decumbenti surgere,& lampadem accendere jusso præcepit, ut eademmet verba, quæ ne sibi elaberentur,dentibus quasi retinere videbatur, scripto consignaret in hunc modum:

Ouq aposondes ton endon distiquion.

Quod famulus confestim executus est, neutro eorum Græcane illa essent, an Arabica,aut alia sciente. Quarræus quidem,quamvis aliunde iis artibus excultus, quæ viro Senatorio conveniunt, in suis professionum tabulis, ex quibus hæc historia à me excerpta est, scribit ingenue se Græci sermonis plane fuisse inscium: summo demum mane pergens in Senatum Quarræus Jacobo Guijonio, quo cum illi consuetudo intercedebat,obvius fit, & vix salutatum rogat,ut illa verba, quæ ex sola eorum asperitate Græca esse conjectabat,interpretari vellet,quæ
à

à Guijonio lecta, Græca statim esse deprehendit, sed minime ex Homero excerpta, quod putavit novus quidam Philosophus, hac autem ratione describenda:

Οὐκ ἀπώσεντες τῶν ἔνδον δυστυχίων.

Quibus & interpretationem addidit verbis totidem:

Non repulsuri quod intus infortuniorum.

Horum vero cum diu sensum simul perpendissent, & si quid tristius in iis lateret, deprehendere conati fuissent, auctor fuit Quarræo Guijonius, ut, quia jam ex illa domo, quam Semurii incolebat, migrare constituerat, quod illius fœtori recurrentem iterum & ter cœliacum dolorem, quem passus fuerat, tribueret, non longiorem in ea moram traheret. Sed longe gravius exitium Græca illa verba prætendebant, siquidem post dies octo, cum Quarræus rei publicæ causa Flaviniacum, Regiarum partium oppidum perrexisset, domus illa a fundamentis convulsa de nocte repente concidit, fataliquе, nec penitus imprævisa Guijonio ruina suos incolas oppressit. Cujus rei historiam eleganti carmine, (ut audio) Guijonius postea cecinit, quo tam carum Regi & rei publicæ caput jure merito è tanta clade ereptum fuisse sibi, & bonis omnibus gratulabatur; minime omissa, ut decuit, Socratis & Bruti Geniorum mentione. Rebus tandem in Gallia compositis patriæ suæ redditus est Guijonius; nec multo post omnium ordinum consensu Vergobretus renunciatus. Hoc municipali magistratui nomen; cujus antiquitatem

referunt ſupra Julii Cæſaris ævum, qui libro I. de bello Gallico ſcribit, tunc illo defunctos fuiſſe Divitiacum & Liſcum, viros in Æduorum Rep. Principes; cujus ratione, vitæ necisque in ſuos poteſtatem habebant: quam ideo ultra annum prorogare civitatis moribus & inſtitutis non licebat. In obeundo porro hoc magiſtratu tanta ſe cum prudentiæ laude geſſit, ut conciliatis non levi negotio discordibus antea civium animis, ſignificaverit, non vane à ſe inſcriptum fuiſſe laureo ingenti ramo, qui magiſtratus illius Symbolum eſt, ac teſſera, carmen hoc:

Olim fronde levis, nunc curis fertilis arbos.

Hoc defunctus munere ad reſarciendas attritæ bellorum injuria rei familiaris ruinas cœpit animum convertere; ac primum ſimul cum Joanne fratre diploma à Rege impetravit, quo cautum erat, ne Guijonii deinceps, veluti plebeji homines, vectigalibus ſubjicerentur, ſed, quia conſtabat, illos nobili genere ortos, nobilium ideo juribus gauderent, etſi quid ab iis contra natalium ſuorum dignitatem, temporum iniquitate, fuiſſet admiſſum. Quod in Acta Curiæ relatum eſt Petro Grangiano Senatore, qui locupletiorem, quam privati hominis cenſus ferre poterat, Bibliothecam inſtruxerat, enarrante, univerſoque Senatu, cui nota erant, ſeu in rem publicam, ſeu literariam Guijoniorum merita, acclamante, eos, etſi genere nobiles non eſſent, tot virtutibus eſſe ornatos, ut in nobilium ordinem adſcribi dubio procul omni mererentur. Anno vertente

te acerrimus ingeniorum æſtimator Henricus IV. Petri Jeannini Præſidis Divionenſis interventu Guijonium inter Conſiſtorianos Comites adſciſcere tentavit, cum numero nondum viluiſſet illa dignitas; ſed ea fuit viri modeſtia, ut illam ultro oblatam reſpuerit, quam tanto ambitu expetitam, & abſque delectu immerentibus hodie, paſſim conceſſam cernimus, magno cum Regii nominis dedecore. Oriebatur per ea tempora novum ſidus, & omnigenæ doctrinæ ſplendore rem literariam illuſtrabat Claudius Salmaſius, tunc à Benigno parente, infra mihi dicendo, cui domeſtica cura ſufficere non videbatur ad Jacobum Guijonium amandatus, à quo ſeu civilis ſapientiæ, ſeu reconditioris ſcientiæ præceptis informatus, ad ſupremam literarum Dictaturam quaſi manu ductus eſt: unde poſt ſeſquiannum reverſus, mox in Germaniam à parente miſſus eſt, ut in Palatinæ Bibliothecæ pluteis, adeoque Curatoris illius Jani Gruteri ſinu, & familiaritate, quæ illi per ætatem deerant, adipiſceretur. Nec immemor fuit Salmaſius operæ olim à Guijonio ſibi præſtitæ: nam cum Heidelbergenſis Bibliothecæ forulos excutere cœpiſſet, forte fortuna in Græcorum Epigrammatum Codicem MS. viſum hactenus à multis, ſed intentatum, incidit. Ex quo ſelecta XXV. tranſmiſit ad Guijonium, ut illorum ænigmatibus conjecturas illius exerceret. Quod tamen variis præpeditus negotiis non præſtitit, Joanne Lacurna Arnetenſi, rerum capitalium Proprætore, hoc in ſe, quidquid erat crucis, & eqvulei, recipiente, &

ſuas,

XI.

Ε'ι πυρὸς αἰθομένυ μέσσην ἑκατοντάδα θείης
Παρθένυ ἑυρήσεις ὑιέα καὶ φονέα.

XII.

Μὴ λέγε, δεῖ λέξεις ἐμὸν ὄνομα, δεῖ δέ σε λέξαι
Ο'υδὲ πάλιν, μέγα θαῦμα, λέγων ἐμὸν ὄνομα λέξεις.

XIII.

Νίρεος ὄντα με παῖδα φέρει γαιήϊος ὕιος
Τὸν Στυγὸς ἱμερτοῖς νάμασι δυόμενον.

XIV.

Ξανθὴ μέν τις ἐγὼν ἤμην πάρος, ἀλλὰ κοπεῖσα
Γίνομαι ἀργεννῆς λευκοτέρη χίονος.
Χαίρω δὲ γλυκερῷ τε καὶ ἰχθυόεντι λοετρῷ
Πρώτη δαιτυμόνων ἐις χόρον ἐρχομένη.

XV.

Παρθένον ἐν πελάγει ζητῶν τὴν πρόσθε λέοντα
Τηθὴν ἑυρήσεις παιδοφόνυ ἑκάβης.

XVI.

Κελὸν ἔχω γενετῆρα, τέκεν δέ με τῷδε χελώνη
Τικτομένη δ' ἄμφω πέφνον ἐμὺς γονέας.

XVII.

Ε'ξ ἁλὸς ἰχθυόεν γένος ἔλλαχον, ἐις δέ μ' ἀέθλος
Ε'ις Διονυσιακὺς οἶδεν ἀγῶνας ἄγειν.
Καὶ δέμας ἐν σταδίοισιν ἀλειψάμενος λίπ' ἐλαίῳ
Υ'ιέα μὲν Δηῦς ὤλεσα χερσὶν ἐμαῖς.

Δέυ-

Δεύτερον αὖτε γίγαντας ἀολλέας ἄλλοθεν ἄλλος
Ἐκπέμπω πολλαῖς χείρεσιν ἑλκομένους.

XVIII.

Οὔνου τὴν ἑτέρην γράφε μητέρα καὶ θὲς ἐπ' ἄρ-
θρῳ
Ἄρθρον καὶ πάτρην πατρὸς ἄκοιτιν ὁρᾷς.

XIX.

Κτανθεὶς τὸν κτείναντα κατέκτανον, ἀλλ' ὁ μὲν
οὐδ' ὥς
Ἤλυθεν εἰς ἀΐδην, αὐτὰρ ἐγώγ' ἔθανον.

XX.

Πικρή μοι ζωὴ, θάνατος γλυκὺς, ὕδατα δ' ἀμφὶ*
Θνήσκω ἀναιμάκτοις, ἔγχεσι νυσσόμενος.
Ἢν δέ τις ἐν ζώοντι νέκυν τύμβῳ με καλύψῃ
Αἵματι συγγενέων πρῶτον ἀποβρέχομαι.

XXI.

Νῆσόν τις καλέων μ' οὐ ψεύσεται, ὡς ἐτεὸν γὰρ
Πολλοὺς ἐς κελάδους οὔνομ' ἔθηκεν ἐμόν.

XXII.

Παλλάδος εἰμὶ φίλη, τίκτω δ' ἀπερείσια τέκνα,
Ἃ κατὰ πετράων ἄνδρες βάλον, ὀλλυμένων δὲ
Πηλείδης φάος ἔσχε, βροτῶν ἄκος, ἕρκος ἀγώνων.

XXIII.

Παρθένος εἰμὶ γυνὴ, καὶ παρθένου εἰμὶ γυναῖκος,
Καὶ κατ' ἔτος τίκτω παρθένον** οὖσα γυνή.

* Al. ἀμφω. ** Al. παρθένῳ.

XXIV.

Εἰμὶ μέλας, λευκὸς ξανθὸς, ξηρός τε καὶ ὑγρὸς
Εὖτέ τε δουρατέων πεδίων ὕπερ ἐντανύσῃς με
Ἄρει καὶ παλάμῃ φθέγγομαι οὐ λαλέων.

XXV.

Ἕρπουσα πετωμένα βεβῶσα κούρα
Νέθον ἴχνος ἀμμένα δρομαία λεαίνα
Πτερόεσσα μὲν ἦν τὰ πρόσω γυνά.
Τὰ δὲ μέσα βρέμουσα, λεαίνα θήρ
Τὸ δ᾽ ὄπισθεν ἑλισσόμενος δράκων
Οὔθ᾽ ὅλκὸς ἀπέτρεχεν, οὐ γυνά
Οὔτ᾽ ὄρνις ὅλον δέμας οὔτε θήρ
Κόρη γὰρ ἐφαίνετ᾽ ἄνευ ποδῶν,
Κεφαλὰν δ᾽ οὐκ ἔσχε* βρέμουσα θήρ
Φύσιν ἔχει ἄτακτα κεκραμένα
Ἀτέλεστα τὰ τέλεια μεμιγμένα.

* Al. ἔχειν.

Receptui per ea tempora canere instituerat Jacobus, jam sexagenario major, tot illustrium virorum doctus exemplis, qui inter vitæ negotia & mortis diem oportere spatium intercedere semper arbitrati sunt; & jam rerum capitalium Quæsitoris munere cesserat, cum repente Joannes frater, Cognitor Regius, vitam cum morte commutavit. Sensit illico vir sagax & prudens, denuo se committendum esse negotiorum fluctibus, frater quippe filium impuberem moriens reliquerat Jacobo cognominem, à quo ex sacro fonte fuerat susceptus: hic non patruum

mo-

ɔ Jacobum, ſed plane parentem omnibus pieta-
ficiis expertus eſt. Unum duntaxat inſtar o-
ım memoraſſe ſat erit, Jacobum qvippe, qvi jam
ıgiſtratu abdicaverat, Regii Cognitoris munus,
inæ dignitati tanto inferius, qvanto à decernen-
ıctoritate diſtat poſtulantis interventio, ſubiiſ-
: illud Jacobo Joannis fratris filio transmitteret:
ɔoſt annos XIII. peracto, non tam rerum pertæ-
qvam ingenti ſpiritu ad otium illud literarium
lans, qvod tantopere expetierat, iterum ſe nego-
ıbduxit; hoc unum ſcilicet in votis habens, ut
ıo libero, ac omni perturbatione ſoluto, in blan-
Muſarum ſinu conqvieſceret. Ac primo qvidem
ıia, qvæ poſſidebat, prædia Andream inter, &
onem fratres, ac Jacobum Joannis F. viritim,
æqvo partitus eſt; ut vacuus his curis animus
ıvilliorem ſtudiis operam daret: & qvoniam
e ſibi perire tempus compererat in obeundis
ium, aut amicorum officioſis ſalutationibus,
vo ab iis vitæ tempore abſtinuit, veluti perpetuis
orum impedimentis. Habuit autem deinceps
ore poſitum, ut, cum ſibi ſeu ſortis, ſeu uſura-
nomine percunia numeraretur, illam ſtatim in-
m conjiceret, unde, prout caſus ferebat, depro-
atur; ſat ſibi proviſum eſſe ratus, ſi moriens non
ɔeret, cum ſubinde diceret, humanis ſollicitudi-
s & curis indignas eſſe opes, ac divitias, niſi, in
tum ad ſtudia literarum beatius excolenda con-
rent. His imbutus Philoſophicæ vitæ præce-
terum ſe Ariſtotelis operum, Græcorumqve il-

lius interpretum lectioni solido sexennio totum permisit, donec resolutis ex nimia animi contentione viribus fato functus est M DC XXV. ineunte Octobri, annos natus LXXXIII. & ipso obitus die absqve pompa, ut caverat, elatus, ac in S. Pancratii conditus, incredibili non civium modo, sed eorum etiam, qvi paulo familiarius illo usi fuerant, mœrore. Amicos habuit Macutum Pomponium, & Jacobum ex Vintimilliæ Comitibus, cujus opera brevi edentur à nobis, Senatores Divionenses; hunc qvidem, qvi natalium splendori addiderat scientiarum omnium notitiam undeqvaqve perfectam; illum vero, qvi generis sui obscuritatem literarum dignitate, ac morum innocentia illustraverat; Benignum etiam Salmasium Senatorem, Annæ conjugis cognatum, qvi Romani juris austeritatem humaniorum disciplinarum elegantia tam juste temperaverat, ut dubium reliqverit, qvo in genere prævaluerit. Hoc enim ab iis, qvi tanto viro jus dicenti assederunt, accepi, neminem fuisse, qvi tanto nativi sermonis candore, tanta sententiarum ex intimis iurisprudentiæ, cæterarumqve omnium, qvotqvot sunt, disciplinarum fontibus erutarum ubertate, tot deniqve rationum, & argumentorum pondere Patrum animos, in qvam vellet partem flecteret, ac impelleret, felix, qvi præter tot egregias animi dotes Claudium F. reliqverit, eruditorum per Europam omnium facile principem. Neqve vero à me recensendus est in ima cera Benignus Milletotius, Senator etiam Divionensis, qvem non solum singulari amicitia prosecutus est

Gui-

Guijonius, ſed & à maledici calumniis hominem Gallicanæ Eccleſiæ libertatis ſtudioſiſſimum (qvod illius ſcripta teſtantur) eleganti carmine vindicavit. Hic accedebat Joannes Lacurna, rerum capitalium Proprætor Arnetenſis, in qvo certatim elucebat omnium pene Chriſtiani orbis idiomatum, totiusqve antiqvitatis, Gallicæ præſertim, ſcientia, & cui propterea auctor fuit Guijonius, ut Gallicorum, Italicorum, & Hiſpanicorum adagiorum, qvam cœperat, collationem inſtituere pergeret, notisqve ex Græcæ, Latinæqve lingvæ ſcriptoribus petitis illuſtraret, qvod ſane magna cum nominis ſui fama perfecit, ut ex avtographo conſtat, qvod apud me inter cimelia aſſervatur. Ad exteros venio, qvorum amicitia & conſortio uſus eſt Guijonius, ac inter eos Joſephum Scaligerum literarum magis, qvam Veronæ Principem; tum Jacobum Cujacium, qvi, ut veterum Jurisconſultorum nulli ceſſerat, ita neminem habuit in reliqvis diſciplinis ſuperiorem, qviqve ſubinde Guijonio dicere ſolebat, bene cum Jurisprudentia actum eſſe, qvod illi ſe non addixiſſet Scaliger, alias enim fore, ut immiſſa in illam Critice, ſus deqve omnem Juris Civilis œconomiam evertiſſet. Ultimus mihi commemorandus venit Iſaacius Caſaubonus, Claudii Salmaſii interventu Guijonio conciliatus anno M DC VI. loci Ariſtotelici occaſione, qvem à Guijonio illuſtratum ſuis in Athenæum commentariis inſeruit, ne nominato qvidem, à qvo illum habebat, Guijonio: qvod tamen ab eo nunqvam ægre latum eſt, cum ſua parum intereſſe diceret, ſi obſcuriſſimi

loci interpres non fuisset laudatus, modo illa qvali cunqve opera res literaria frueretur; qvanti porro illum fecerit Casaubonus, hinc liqvet, qvod uterqve sibi certatim, & velut ex condicto Arabicam Grammaticam struxerat, cum nondum vulgaris esset linguæ illius scientia, qvæ jam variis Batavorum in Orientem peregrinationibus passim à doctis usu habetur, & Guijonianæ qvidem extant etiam apud me fragmenta; sed & causam meam prodidisse viderer, si Casauboni ad Guijonium epistolam præteritam vellem, tum qvia hactenus fuit inedita, tum qvod abunde testatur, qvo in pretio fuerit apud Casaubonum Guijonius, sic autem se habet:

ISAACIUS CASAUBONUS
JACOBO GUIJONIO,
Viro præstantissimo,
S.

SAlve à me, Vir doctissime, & si meam non aspernaris amicitiam, accipe me in eorum numerum, qvos tibi singularis tua eruditio conciliavit; hanc primum ex sermonibus juvenis supra annos docti Salmasii τοῦ τὰ πάντα ἀρίστου cognovi. Postea accesserunt alia, non σημεῖα, sed luculentissima argumenta tuæ in literis Græcis & Latinis præstantiæ. Audio etiam in Hebraicis, Syriacis, Arabicis, Æthiopicis magna felicitate versatum: qvæ qvum intelligerem,

rem, gaudium ſimul, & dolor animum occuparunt; illud, qvia literas amo, & omnes, qvi earum notitia excellunt; hic, qvia ægre mihi eſt, qvod hactenus nullam tui notitiam habuerim. Non enim caruiſſem fructu amicitiæ tuæ, qvam mihi non merita mea ſpondent, qvæ nulla ſunt, ſed tua eximia virtus, qvæ τὸν ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς σε φιλοῦντα non poteſt non ἀντιφιλεῖν. Qvod ſi in eundem affectum te conſpirare mecum intellexero, non verebor poſthac de ſtudiis tecum agere. Cupio enim ſcire, qvæ præſidia habueris ad literas Arabicas intelligendas. Nos enim aliqvid in eo genere conati ſummam rei difficultatem ſumus experti, ac qvum otio deficeremur, proficere adhuc potuimus non multum. Confecimus tamen nobis Lexicum, & non pauca lectitamus, & hoc ſaltem ſumus aſſecuti, ut amore illius lingvæ accenderemur, ſed nos ἄλλα ἐξ ἄλλων ſemper remorantur, καὶ τὸ τοῦ ποιητοῦ, ἐπιδεύεσι κελεύθου. Urgent enim, qvi multum ad ſcribendum compellant, qvi tacere mallem, & τὴν ἄγνοιαν θεραπεύειν; ſed mihi jam non licet eſſe tam beato. Mæcenatem enim habeo, cui reddenda otii mei ratio. Itaqve Polybium nunc habeo in manibus, qvem divinum ſcriptorem, paucis adhuc notum, verſum à me Latine, ſi qvid Latine ſcio, & operoſis vigiliis illuſtratum brevi σὺν τῷ ὑπεραῤῥήτῳ θεῷ ſum editurus, & Regi oblaturus, ut beneficiorum, qvæ ab eo accipio, ratio illi conſtet. Sed non morabor te pluribus, tantum petam abs te, ut mutuum in amore facere mecum velis. Vale. Lutetiæ Pariſiorum VIII.

Cal. Sext. anno ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ λόγου M DC VI.

Huic Casauboni epistolæ luculentum aliud illius de Jacobo Guijonio testimonium liceat subnectere, qvod epistola ad Claudium Salmasium Nonis Februar. anno M DC VII. scripta habetur his verbis. Accepi & à Dom. Guijonio literas omni lepore, & svavitate conditas; ô factum male, qvod tantum ingenium ita in tenebris delitescit. Sed de eo plura alias.

Scripsit Guijonius qvam plurima, qvæ non tam hæredum incuria, & injuria temporum, qvam malo rei literariæ fato perierunt pleraqve, Jacobo qvippe ex Joanne fratre fil. peste extincto, omnis patrui chartacea supellex, qvam veluti rem (ut erat) maximi pretii asservabat, seu ambusta, seu misere disjecta est; pauculis exceptis, qvæ tum Claudii Salmasii beneficio ad me transmissa, tum Joannis Baptistæ Lantini, Senatoris Divionensis, τοῦ μακαρίτου, cujus potissimum hortatu hanc editionem adornavimus, publici nunc juris fiunt. Sed inter alia, qvæ rei literariæ erepta sunt Guijonii opera, non possum, qvin ægerrime feram commentationis illius de S. Scripturæ auctoritate jacturam, eo vita functo, Andreæ fratris jussu flammis (qva ratione incertum) traditæ; cujus qvidem tantam fuisse elegantiam à viris fide dignis & idoneis harum rerum æstimatoribus, ad qvos pervenerat, accepi, ut nihil hoc in genere scribi possit nec comptius, nec eruditius. Commentario præterea illustraverat Græcam illam Chyndonactis

donactis tumuli inſcriptionem primo Divione lapide M D IIC. erutam, qvam omnium, qvæ in Europa extant, auſim dicere vetuſtiſſimam, eumqve ad Petrum Grangianum, Senatorem Divionenſem, transmiſerat; cujus Bibliotheca in varias partes diſcerpta, periit ſimul cum illa Guijonii Commentarius, qvo non ſolum tumulare Epigramma interpretabatur, ſed etiam ex eo non mediocrem reconditæ Æduorum & Seqvanorum hiſtoriæ lucem afferre conatus fuerat.

JACOBO ætatis ordine proximus ſuccedit JOANNES GUIJONIUS, Auguſtoduni natus M D XLIV. qvi poſito apud ſuos literarum tyrocinio in Academiam Pariſienſem evocatus eſt; ubi, cum biennium humaniores diſciplinas in ſecundo apud Regiam Navarram ordine docuiſſet, & biennium alterum primi ordinis ductor pene conſumpſiſſet, factus eſt Procurator M D LXX. qvo defunctus munere Burdegalam profectus eſt, & adnitente Michaële Montano in Collegium Aqvitaniæ adſcitus, ubi Rhetoricam docuit annis M D LXXV. & M D LXXVI. Qvo tempore florebant in Aqvitania, præter Franciſcum Foxium Candallam Adurenſem Epiſcopum, qvi cæteros non minus omnigena, præſertim vero Mathematicarum artium, & reconditæ Philoſophiæ doctrina, qvam generis antiqvitate, ac ſplendore anteibat, Georgius Buchananus, Nicolaus Gruchius, Elias Vinetus, & Antonius Goveanus, omnes literarum gloria illuſtres, qvibus non infimum Aqvitanici Collegii decus acceſſit Guijonius. No-

bilia regionum illarum ingenia annos ante aliqvot exercuerat celebratum à pluribus Græcum Lucillæ Burdegalenſis Matronæ epitaphium, ex eo loco, ubi ſepulta fuerat, in inferiorem D. Andreæ Apoſtoli ædem translatum, & ab iis, qvi parum ſciebant, qvid cultus & reverentiæ debeatur antiqvitati, illic ſubſtratum, ubi ſexcentis qvotidie pedibus, qvorum magna pars etiam ferrata ſit, conculcatur, adeo, ut vix jam literarum apices poſſint deprehendi. Illud autem certatim interpretari tentaverant dictus à me ſupra Elias Vinetus, à qvo primum vulgatum eſt, tum Petrus Amicus, ad qvem extant Guilielmi Büdæi epiſtolæ, Joannes Riverius Senator Burdegalenſis, & alii qvamplures; omnium vero optime, & qvidem ſervata, qvantum fieri potuit, metri lege, Joannes Guijonius, qvi literulæ unius immutatione ſic à ſe reſtitutum ex Græco Latine interpretabatur:

ΛΕΙΨΑΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΗϹ ΔΙΔΥΜΑΤΟΚΟΥ
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ,
ΗϹ ΜΕΜΕΡΙϹΤΟ ΒΡΕΦΗ, ΖΩΟΝ ΠΑΤΡΙ,
ΘΑΤΕΡΟΝ ΑΥΤΗ.

Hic Lucilla jacet diviſis foeta gemellis,
Alter enim vivens patris fuit, illius alter.

Burdegala demum Lutetiam reverſus eſt Guijonius, peragratis prius ſumma diligentia Vaſconiæ utriusqve tum Ibericæ, cum Aqvitanicæ provinciis; in qvibus obeundis nihil eorum, qvæ ad antiqvitatis notitiam

tiam pertinent, obſervandum reliqvit, ut ex illius adverſariis, qvæ mihi vidiſſe contigit, magna fide ac ſinceritate confectis, accepi. Occurrit vero tunc Jacocobo Auguſto Thuano, ex Narbonenſi Gallia, ipſaqve adeo Aqvitania, rei publicæ cauſa redeunti, qvo tempore non ita pridem elatus fuerat Chriſtophorus Thuanus, Pariſienſis Senatus Princeps; renovata tunc Guijonium inter & Thuanum amicitia (ut ipſe Thuanus ſcribit Lib. II. de vita ſua) qvam neqve locorum intercapedines, neqve triennalis abſentia corruperant; ſed ut neqve amico, parentis optimi, & de utroqve bene meriti mortem, ut par erat, ægerrime ferenti, Guijonius defuit, ita & mortuum eleganti carmine laudavit. Videbatur per ea tempora Guijonius fortunarum ſuarum ſedem, & domicilium Lutetiæ poſuiſſe, qvod homini literato nullibi ſvavius eſt, ac tranqvillius, cum Henrici III. gratia repente ad ſuos revocatus eſt M D LXXXIII. Vacua tunc erat Antonii Ganaii obitu fiſci apud Auguſtodunenſes procuratio; qvam etſi ambirent plures, Rex tamen hærebat dubius, cui difficillimis temporibus illam committeret; erat autem illi in more poſitum, & utinam nunc eſſet, indiculum penes ſe habere, in qvo inſignes ſeu toga, ſeu ſago viri, qvotqvot erant intra ditionum ſuarum fines, recenſebantur, adſcripto unicuiqve proprio, ac peculiari charactere. Sic Principi meliori fortuna digniſſimo innotuerat Guijonius; qvi ab illo Regii apud ſuos Cognitoris munere donatus eſt, multum indignantibus iis, qvi majori tunc apud nos auctoritate valebant, qvam in re-

gno bene constituto liceret. Obiit dysenteria Joannes Guijonius IV. Cal. Decembris MDC V. annos natus LXI. relicto ex Anna Deuoyota, Ludovici Advocationis Augustodunensis facile principis, & Annæ Dumaiæ, cum qva concorditer, & sine ulla animi læsura vixerat, filia, Jacobo filio, infra mihi dicendo. Cæterum hic annus plurimum rei literariæ infestus fuit, tum ipsa Joannis Guijonii morte, cum Ponti Thyardæi, Cabilonensis qvondam Episcopi, Theodori Bezæ, Roberti Constantini, & Simonis Marioni: qvas præcesserat solare illud deliqvium, qvod IV. Idus Octobris contigit, cujus thema & prognosticon Joannes duxerat, impendentis sibi fati non ignarus. Eodem obitus die omnium fere civium humeris elatus est, & ad S. Pancratii tumulatus, mœrentibus passim cunctis, ob singularem illius in Deum, patriam, & pauperes, qvam ubiqve semper testatam fecerat, pietatem, adeo, ut defuncto Clerus gratis parentaverit, raro hujus ordinis exemplo. Erat in homine juris utriusqve Romani Galliciqve scientia undeqvaqve perfecta: qvod plane evincit erudita illa de Magistratibus Augustodunensis fori, & regundis inter eos finibus dissertatio, qva tam eleganter, & docte Gallicos cum Romanis componit, & utrorumqve originem detegit, ut nemo ante illum melius. Mathematicas disciplinas, & Astronomiam nemo magis in numerato habuit: ajunt siqvidem non solum diem sibi extremum prævidisse, sed etiam qvo qvisqve fratrum suorum ordine fuisset obiturus: qvod qvidem non frustra fuit. Neqve

missam

missam fecerat rei herbariæ scientiam, cui etsi ludens tantum se applicuisset, ad ungvem tamen illam tenuit. Extat etiamnum illius apud me plenus in eam Commentarius, adjectis stirpium omnium synonimis, & utriusqve idiomatis nominibus: qvem seorsim vulgandum seposuimus, ne in immensam molem liber hic excresceret. Sed his omnibus qvasi superjecta erat tanta animi moderatio, ac prudentia, ut, cum de homine deligendo deliberaretur, qvi Ludovico XIII. admotus, pueritiam illius & literis, & virtute in spem regni institueret, non dubitaverit Petrus Jeanninus, vir omnium seculorum in exemplum positus, de illo ad Regem referre, qvasi tantæ provinciæ pari: qvod tamen à Condæo elusum est, pertinaciter obnitente, ut Nicolaus Faber, qvo fuerat usus præceptore, tam arduo muneri præficeretur. Unum addam, qvod, etsi levidense, gratiam tamen apud posteros inveniet; tam scite nimirum, tam industrie & eleganter Mathematica qvævis, & Astronomica instrumenta, veluti Astrolabia, Sphæras, Geographicas, Hydrographicasqve tabulas, pixides nauticas, & alia id generis Guijonium manu propria confecisse, ut nihil fieri possit convenientius. Nam præter accuratam illorum delineationem, & ad amussim plane factam, adeo scienter, & apte elementa etiam minutiora exarabat, ut ad Chalcographicum, aut Typographicum opus qvam proxime accederent. Illorum autem pleraqve Divione servantur in Bibliothecis Joannis Boherii Senatoris, & Jacobi Augusti Chevanei Jurisconsulti. Sed qvia non-

nonnulla de Jacobo Joannis Guijonii filio ſum præfatus, facturum me operæ pretium putavi, ſi paucula de illo parentis vitæ ſubtexerem. Hic à patre impubes relictus, & Jacobi patrui, à qvo ex ſacro fonte ſuſceptus fuerat, pia cura informatus, per omnia ſe patri, patruisqve ſimillimum ſeu morum integritate ſeu doctrinæ gloria præſtitit; majus haud dubie evaſurus rei literariæ ornamentum, niſi tantum oſtenſus terris. Cum vero legitimum ætatis annum adeptus, cedente patruo, ut ſuperius dictum eſt, ad Regii in Æduenſi præfectura Cognitoris munus admitteretur, qvod XVI. Cal. Februarii M DC XIX. contigit, & ſe periculo examinis pro more ſubjiciendum Curiæ exhiberet, ea fuit apud Patres Guijoniani nominis commendatio, ut nullo examine prævio, ſed ſolo tantum jure jurando ad munus, qvod ambiebat, admiſſus fuerit: qvod nemini unqvam, præter illum, contigit.

Natus eſt Auguſtoduni Andreas Guijonius ipſis Calendis Novembris M D XLVIII. vir, in qvo certatim pietas, & doctrina emicuerunt. Cæciliæ Rolletæ illius matri uterum ferenti viſum eſt, columbam parturiiſſe, qvæ ex illius ſinu longiſſime evolarat: non obſcuro præſagio, ſimplices candidosqve fore Andreæ mores, qvi ſvaviſſimum ſui odorem qvaqvaverſum effunderent. Humanioribus diſciplinis ſatis apud ſuos inſtructus Lutetiam à Jacobo & Joanne fratribus, qvi tunc ibi doctrina florebant, evocatus eſt, ubi emenſo iterum Philoſophiæ ſtadio, cum in primis apud Regiam Navarram ordinibus juventu-

tem

tem docuisset anno M D LXXVI. Procurator factus est. Postmodum ad humaniores literas, & docendam cum primis Oratoriam conversus, cœpit illam tanta nominis commendatione profiteri, ut nusqvam major fuerit antehac audientium corona, adeo facunde, & eleganter reconditæ antiqvitatis thesauros depromebat. Inter illos vero, qvi docentem audiverunt, principem facile locum tenuit Carolus, Cardinalis Vindocinensis, qvi Guijonium postea tum pietatis, cum doctrinæ ratione magno semper in pretio habuit. Consumpto in hac palæstra circiter triennio, Francisci & Henrici Joüsarum, qvorum prior mox Narbonensis Archi-Episcopus factus est, alter vero postea Franciscanum induit, studiis & moribus præfectus est: qvo tempore sacris se ordinibus devovit, cum ad pietatem & ad amplectenda Christianæ vitæ munia fuisset adductus exemplo potissimum Isabellæ Sabaudæ, maternæ Joüsarum aviæ, omnibus virtutum insignibus ornatæ, dum Montaurei, qvæ illorum arx est in argo Turonensi, versaretur. Cum vero Narbonensis in Cardinalium Collegium, pro ea, qva Annas frater apud Henricum III. gratia florebat, à Gregorio XIII. cooptatus fuisset, tum seqvente anno statuit Romam proficisci, ab eo Pontifice novæ dignitatis insignia sumpturus; sed turbatis rebus Gallicis dilata profectio, adeo, ut jam ad plures abiisset Pontifex, & Sixtus V. in illius locum suffectus, qvi Andream ad pedum oscula admissum perbenigne excepit, & de rebus Gallicis nonnihil percontatus, qvæ ad religionem pertinebant, de illo ad Joü-

sam,

ſam, in cujus comitatu venerat, magna cum virtutis illius exiſtimatione retulit. Reverſus in Galliam Guijonius Pariſienſis Theologus renuntiatur ad annum M D LXXXVI. qvo tempore S. Salvatoris Prioratum, qvi eſt in Armorica, Joüſa commendante, adeptus eſt: cujus reditum ita diviſit, ut tertiam illius partem pauperibus largiretur, alteram ſibi ſervaret, ultimam vero reſarciendis Sacerdotii bellorum injuria fere dejecti ruinis, ex Canonum præſcripto, aſſignaret. Sunt, qvi velint Joüſam à Narbonenſi ſede ad Rothomagenſem ab Henrico IV. translatum, poteſtate ad id ſibi ab optimo Principe facta, qvas deſerebat Narbonenſes infulas, obtuliſſe Guijonio, ſed renuiſſe virum, ab omni faſtu, & inani gloria ſumme alienum; qvod, ut neqve aſſeruero, ita nec negavero. Certe ſi pingvia ſacerdotia repudiavit Guijonius, non ea detrectavit, in qvibus plus ſibi operæ, & laboris eſſe prævidebat: tunc enim à Joüſa Cardinale Rothomagenſi Eccleſiæ vicaria poteſtate præfectus eſt, qvo tempore fertur illius nomine libellum edidiſſe, qvo Diœceſis illius Parochos & Sacerdotes ad pietatem, & obeunda ſedulo, ſerioqve, qvibus vacabant, munia, informabat. Hoc vero in munere adeo integre, caſteqve verſatus eſt, ut qva concionibus, qva inſtitutis, qva exemplo Clerum in meliorem ordinem reduxerit. Tum Joüſa defuncto ad ſuos reverſus M DC XV. ibi Eccleſiaſtæ, nec non Vicarii Generalis partes ſumma cum auſteritate, & morum innocentia obivit; qvare factum eſt, ut, cum migravit, in magna ſanctitatis opinione mi-

gra-

graverit: eam etenim in se semper expresserat vivendi rationem, qvam austerissimi qviqve ascetæ vix tulissent. Cætera, qvæ vir sanctus tegere, & celare homines potuit, texit & celavit, sola contentus recte factorum conscientia. Obiit IV. Idus Septembris M DC XXXI. vigiliis & jejuniis exhaustus, annos natus LXXXIII. menses X. & dies totidem. Plura mihi de illo dicenda forent, qvæ tum ad illius vitæ sanctitatem pertinerent, cum doctrinam, & edita (ut perhibent) ab eo miracula, nisi Jacobum Vignerium Societatis Jesu Theologum prævertere viderer, qvi scribendæ Guijonii vitæ post Antonium Ganajum illius successorem incumbit. Sepultus est in choro Cathedralis S. Lazari Ecclesiæ, ad Hugonis de Arciaco Æduensis Episcopi tumulum, qvi magna sanctitatis laude floruit. Scripsit Guijonius, præter edita, orationem, qva virum nunqvam laudandum satis, Petrum Jeanninum, Regii Ærarii Præfectum, in funere laudavit; sed qvæ, ut alia qvam multa, ad me non pervenit.

Guijoniorum fratrum ultimus mihi commemorandus venit HUGO, natus Augustoduni M D LII. qvi vix adolescentiam egressus cœpit in foro Parisiensi, nobilium ingeniorum semper feraci, magna cum nominis laude, & gloria versari; qvo in munere tantam sui apud omnes excitavit famam, ut, cum in arenam adversus Petrum Victorem Palmam Cajetanum, virum multiscium, pro Canonicæ facultatis Cathedra pugnaturus descenderet, post varias recitationes, ac solemnes disputationes, omnium, qvot-

qvot

qvot erant, judicum suffragia promeritus sit. Qvare Antecessor renuntiatus, solemni ritu à Claudio Minoe Divionensi, tunc facultatis illius Decano, M D XCVII. fuit inauguratus: qva functus est, donec procurante Petro Jeannino Regii Ærarii Præfecto, nova Juris Canonici professione instituta, cui tributa fuerat Georgii Crittonii, Regii Græcarum literarum interpretis, stipendiorum pars altera, ei demandata est provincia; cujus ratione in Regis verba juravit, rogante Jacobo Cardinale Perronio, magno FranciæEleemosynario, NonisMaji M DC XII. cum jam à biennio hujus facultatis Decanus fuisset electus, vix dici potest, qvantam hoc tempore sibi Academiæ Parisiensis gratiam conciliavit, cum nonnullorum ex illa fraudes detexit, qvi nummis corrupti Clericorum pratum (qvod est peculiaris Academiæ fundus) Margaretæ Valesiæ, Regum sorori vilissimo pretio vendere destinaverant, nisi fortiter obstitisset Guijonius. Qvo nomine magnam apud Academicos existimationem consecutus est. Oravit in Senatu freqventius, sed nusqvam elegantius, qvam cum pro superioribus Academiæ facultatibus adversus sermocinalium artium Magistros dixit, qvi soli Actuarium, & Coactorem Academiæ instituendi, spretis reliqvis facultatibus, jus sibi arrogare tentaverant. Obiit Lutetiæ M DC XXII. annos natus LXX. & in æde D. Stephani, qvæ à monte nomen habet, tumulatus, eodem Jeannino funeris impensas procurante, ut illum dicas ære publico (qvod uni olim Valerio Publicolæ contigit) fuisse sepultum.

tum. Vacuam porro ejus obitu Regiam Canonum professionem adeptus est Joannes Dartis; qvi non putavit illam posse auspicacius suscipere, qvam publica decessoris sui Hugonis Guijonii laudatione, in Regio Gymnasio habita coram amplissima procerum, & literatorum corona, & Jeannini inprimis, qvi paucis tantum diebus Guijonio superstes non tam vivere desiit, qvam de re publica bene mereri. Nam neqve insanas palatiorum substructiones, neqve protensa in modum provinciarum vivaria molitus, sed gaza Regia caste, & innocenter usus, procurata non regno tantum, verum etiam exteris gentibus pace, æternum se in animis hominum reliqvit. Et hæc de Guijoniis.

VITA JOANNIS RUTGERSII ab ipso conscripta.

PAter Joanni Rutgersio fuit Vinandus Rutgersius; mater Cornelia Musia ab Holy, familia & vetere & nobili, qvæqve complures & illustres Reipublicæ Batavorum Viros dedit. Inter qvos avi materni, Jacobi Musii ab Holy, recens memoria est; qvi plurimis ac amplissimis honoribus perfunctus, postremum ex summo Hollandiæ Qvæstore Prætor Dordrechtanus, simulqve Balivus Zuythollandiæ, qvæ dignitas & summa est, & inprimis nobilis, creatus, ei muneri magna cum justitiæ ac integritatis fama præfuit. Hujus filius Arnoldus Musius ab Holy in Zuythollandica præfectura patris successor, nuper, ingenti omnium bonorum luctu, ac relicto singulari sui desiderio, è vivis excessit. Vir, qvo docente etiam ipsa Virtus virtutum discere poterat. Superest nunc ejus frater Hugo Musius ab Holy, Eqves, Ketelæ ac Spallantæ Dominus, gestis militiæ rebus, domi honoribus, clarissimus. Paterna familia honesta & clara apud suos, sed cujus decus pater Vinandus Rutgersius animi magnitudine plus qvam privata non parum auxit, educatis in literarum studiis perqvam liberaliter qvinqve filiis, ac splendidissime suppeditatis in varias peregrinationes sumptibus. Qvorum tres tamen literarum pertæsi animum alio conver-

verterunt; perſtitere duo, Vinandus è priore conjugio (è duabus enim uxoribus pater liberos tulit; poſtremum matrimonium, qvod prope ſeptuagenarius iniit, ſterile fuit) genitus; ac ille, de qvo nunc ſermo eſt, Joannes Rutgerſius. Is anno 1589. 28. Auguſti, Dordrechti, qvæ metropolis eſt Hollandiæ, natus, ubi primum per ætatem licuit, literarum rudimentis imbutus eſt. Confirmatior paulo Gerardo Joanni Voſſio in diſciplinam traditur. Cujus temporis, non ſine gratiſſima tanti præceptoris memoria, ſæpe ac libenter recordari ſolet: illius etiam inſtitutioni acceptos referens, qvoscunqve poſtea ei aula honores dedit. Anno 1605. Lugdunum Batavorum in Academiam miſſus, non minori felicitate, & hoſpitem, & doctorem nactus eſt Dominicum Baudium, cujus memoriam etiamnum perſanctè colit. Hic ſexennium pene vixit, carus & acceptus clariſſimis ejus Academiæ viris, inprimis autem divino Heroi Joſepho Scaligero, qvi & moriens ſupremis judiciis eum legati honore proſecutus eſt; Danieli Heinſio, Eqviti, cui unicam poſtea ſororem Ermingardim Rutgerſiam, in conſtantiſſimi amoris pignus, elocari curavit; ac ei, qvem diximus, Dominico Baudio. Inde in Galliam anno 1611. abiit; ac biennium, partim Lutetiæ in optimi, & clariſſimi Viri Frederici Morelli domo, partim Aureliis; ubi & Licentiæ, ut vocant, in Jure, parentum magis obſecutus voluntati, qvam ſuæ, titulum aſſumpſit; Blœſis qvoqve, ac alibi hæſit. Ubicunqve vixit, præſtantibus ibi viris gratus. Ac dum Lutetiæ agit, Notulas aliqvot in

Horatium edidit, illectus pulcritudine potius editionis, qvam tum parabat Robertus Stephanus, qvam qvod se, & adolescentem, & libris destitutum, in auctorem nobilissimum qvicqvam præstare posse consideret. Libellum tamen publico favore, præter spem, exceptum augere, auctumqve denuo edere statuit. In patriam reversus, optimam matrem, pridie, qvam ipse rediisset, mortuam offendit. Cujus excessum, qvi an. 1613. 13. Septembris contigit, insolabiliter luxit. Cumqve se Hagam contulisset, ac patronorum forensium numero adscriptus ab occupationibus curiæ fomenta doloris speraret, contra accidit, ut ingenio, à studiis hisce supra qvam dici potest alieno, mœrori etiam accedente tædio, luctus duplicaretur. Hæc adhuc erant, cum inopinatus plane casus intervenit. Fungebatur eo tempore, potentissimi Svecorum Regis Gustavi Adolphi nomine, Legati ad fœderatos Belgii ordines munere, vir & honoribus, & virtute summus, Jacobius Dykius, Eqves, Salneccæ atqve Soutevenæ dominus. Is, cum à Rege mandatum haberet, ut ex his provinciis aliqvem sibi adduceret, qvi in aula Consiliarii muneri par esset, Rutgersium, ut iter secum capesseret, vehementer hortari cœpit. Hic aliqvamdiu dubius hæsit. Terrebat prima tantum adolescentia, tanto oneri ferendo impar; annum qvippe vicesimum modo tertium ingressus erat. Contra ægritudinem animi è materna morte conceptam hac peregrinatione levatum iri sperabat. Qvod si consecutus esset, satis amplum itineris, longi alioqvin, ac difficilis,

lis, fructum ſeſe percepturum judicabat. Igitur ire ſtatuit. Cumqve ineunte Majo Legatum comitatus ex Hollandia ſolviſſet, Stokholmiam proximo menſe pervenit. Aberat eo tempore Rex in Livonia, belli cum Moſco cauſa. Qvo cum Legatus ſe recipere ſtatuiſſet, opportune accidit, ut eodem tempore vir & illuſtriſſimæ gentis vetuſtate, & omni virtutum genere incomparabilis, Axelius Oxenſtierna. Regni Cancellarius, iſtuc tenderet. Qva occaſione magno illi heroi ita ſe inſinuavit, ut ab eo conſtantiſſime poſtea amatus ſit, & ipſe viciſſim ſumma eum pietate coluerit. Ut Nervam venit, Rex, commendantibus Cancellario ac Legato, Conſiliarii ei honorem detulit. Ac licet, cum è patria diſcederet, nihil certi ſtatuiſſet, ita tamen divinis illius invictiſſimi Regis virtutibus captus eſt, ut unum illum toto vitæ ſuæ tempore diem ſibi honorificum illuxiſſe cenſeret, qvo tanti Principis judicium meruiſſet. Oblatum igitur honorem accepit anno 1614. ipſis Kal. Auguſti, cum nondum viceſimum tertium ætatis annum expleviſſet. Sed qvod incompoſitas domi, ut qvi incertus animi diſceſſerat, res ſuas reliqviſſet, iis componendis commeatu impetrato in patriam cum Legato rediit. Unde proximo anno translatis ſarcinis totum ſe in Sveciam recepit: proſeqventibus eum propemptici honore amicorum plurimis. Qvorum, ut ingenii ac doctrinæ principes, Daniel Heinſius, & Hugo Grotius, divinis illud verſibus præſtiterunt: qvi in vulgus editi paſſim nunc leguntur. Ubi Stokholmiam appulit, iterum Regem ab-

beeſſe cognovit. Is tum Pleſcoviam obſidebat. Secundum igitur in Livoniam navigare coactus, ſingulari rurſus felicitate, Cancellarium itineris ducem habuit. Nervæ, Regem præſtolatus, aliqvantum ſubſtitit; qvem & ab obſidione redeuntem, per Ruthenos ac Carelios, acerbiſſima hieme, Abogiam usqve, Finnoniæ metropolim, ſecutus eſt. Unde ineunte Majo, anno 1616. ob graviſſima negotia ad illuſtriſſimos fœderati Belgii ordines ablegatus, anni ſeqventis initio demum rediit. Aç, Auguſto menſe, eodem redire juſſus, cum Kal. Februariis ſeqventis anni reverſus eſſet, qvarto poſt die remittitur. Qva legatione mandata etiam ad illuſtriſſimum Orientalis Friſiæ Principem, Regis patruelem, & Senatum Lubecenſem habuit; annoqve 1619. ineunte rediit. Ita intra triennium tribus in patriam legationibus, ſemper re feliciter, ac pro Regis exſpectatione confecta, defunctus eſt. Neqve defuit generoſo Principi in officiis agnoſcendis liberalitas cooptato eo ſolenniter, maximaqve Regni procerum freqventia, in nobilitatis Svecicæ ordinem; adjecto etiam aureo non exigui ponderis torqve. Id 21. Decembris anno 1619. accidit. Turbatæ erant eo tempore graviſſimo motu Bohemorum res; qvi, Ferdinando Cæſare abdicato, Fredericum Regem ſubſtituerant. Eo Rex cum Rutgerſium deſtinaſſet, pridie Non. Januarias 1620. Stokholmia diſcedit. Ac, peractis in itinere, qvæ ad Senatum Lubecenſem ac Hamburgenſem, Principes, Bremenſem Archiepiſcopum Regis avunculum, fratres Megapo-

gapo-

litanos, præcipue vero Electorem Saxoniæ, ha-
t, mandatis, ineunte Aprili, Pragam venit. In
urbe fatalis, qvæ 6. Idus Novembris secuta est,
s ac calamitatis particeps fuit, amissis, præter alia
nulla, chartis ac libellis. Reliqva ministrorum
, qvorum aliqvot in urbe manserant, conserva-
Vix redierat, cum ad Daniæ Regem, Archie-
pum Bremensem, Megapolitanos ac Holsatiæ
ipes, aliosqve mittitur, qvos Rex Daniæ Sege-
: de re communi deliberaturos, invitato illuc
legatum etiam Rege, convocarat. Id evenit
è Februario anni 1621. Sed conventu, an-
m eo pervenisset, jam soluto, mandatis tamen
Regem Principesqve expeditis, mense Majo
sus est. Ejusdem anni Septembri mense qvar-
d Ordines missus in seqventem Julium Hagæ
tit. Qvo tempore, cum eodem anno con-
s delegatorum Sveciæ ac Poloniæ, qvi de
vel induciis, inter utrumqve Regem ac Re-
agerent, indictus esset, Rex, ut ei conventui
ac præsentia sua adesset, voluit; eoqve nomi-
gam Lettorum evocatus est. Peracto con-
, una cum illustrissimo Cancellario, media hi-
itinere per Lettos, Livones, Esthiones, Carelios,
nos, aliasqve Septentrionis gentes, facto, inte-
Martio anni 1623. in Sveciam, non sine sum-
scrimine, pervenit. In Alandico enim sinu,
sam noctem, cymba, qva vehebatur, glacie im-
qvæ vento acta ad littus se collegerat, retrorsum

in mare ad tertium milliare rejecta est. Sed glacies, qvæ ventorum vi conserta ac densata consederat, patens æqvor nacta, circa auroram se diffudit, ac periclitanti pervium iter præbuit. Ita salvus ad Regem venit. A qvo, eodem anno qvintum in Hollandiam missus, expeditis in itinere ad Hanseaticas aliqvot civitates mandatis, ejus nomine apud Ordines hærere jussus est. Nunc in eo munere Hagæ vivit. Atqve hic Joannis Rutgersii in hunc usqve diem vitæ cursus fuit. In qva nihil æqve deplorare solet, qvam qvod perpetuis itineribus occupatus, nulla qviete concessa, literis, qvibus tantopere capiebatur olim, nunc nihil, præter amorem, præstare possit. Qvo vel solo tamen doctissimorum hominum studia ac favorem meruit, certe consecutus est. Testantur illud, præter alia, tot præclara præstantium virorum monumenta; qvæ sub auspicio nominis ejus edita passim extant: Dominici Baudii, qvi ei dissertationem super induciis Belgicis, sub Latini Pacati nomine, editam inscripserat; qvæ epistola, ab ipso Rutgersio, qvod variis, ut fit, studiis ea dissertatio exciperetur, tum suppressa, nunc in secunda Epistolarum Baudii centuria legitur; Joannis Meursii, Gasparis Barthii, Othonis Heurnii, Joannis Kirchmanni, Jani Gebhardi, Geverarti Elmenhorstii, Jacobi Zevecotii, Joannis Loccenii, aliorumqve. Inter qvos eum immortale Danielis Heinsii ingenium, post Parœmias Apostolii, aliaqve qvædam dedicata, divino de Contemtu Mortis opere

re ad illum ſcripto, æternitati conſecravit. Scripſit ipſe Variarum Lectionum Libros VI. in qvibus ſcriptores aliqvot veteres primus publicavit; paratqve, ſi hoc otium paulo diuturnius ei contingit, Venuſinarum Lectionum ad Horatium libros IV.

Obiit Hagæ Comitum, in Hollandia,

Anno CIƆ IƆC XXV. XXVI. Octobr.

VITA
PETRI CASANOVÆ,
NICOLAO HEINSIO,
A
D. BERNARDO MEDONIO
INSCRIPTA.

PEtrum Casanovam sisto Tibi, Vir amplissime, defunctum, quidem proh dolor! verum adhuc spirantem meliori sui parte, Virtutibus nunquam interituris. In illis ego enarrandis, dolorem meum orbitatemque conor solari, in inscribendo meis tuo Nomine monumentis, meum erga te studium atque observantiam significare enitor. Egregia tanti viri facinora, etsi lugentis amici squallore horrida, vel inter maxima, gravissimaque Reipublicæ negotia, quibus summa cura invigilas, lecturum te, non sine quadam voluptate, confido: quando ejus nomen amas & tu, inque splendida magnarum animarum immortalitate, certissimum habes tuæ præjudicium. Expectato cultui obfuit calamitas temporum, quibus scripta hæc sunt; dum urbem nostram depopulabatur pestilentia:

Ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει λοιμὸς ἔχθιστος πόλιν,
ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα μέλας
δ' ᾅδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.

Et

:Hercle, opus ſuis haud potuit ornamentis infi-
:iiri,quod æger animus moliebatur,& lacrymæ de-
ırmabant. Hæc ſilente me non Te fugient, am-
liſſime Heinſi, quem nullus, aut orationis, aut ani-
ıi character fugit: probe enim noſti, εἰκόνας εἶναι
ῶν ἠθῶν τοὺς λόγους. Reliquum eſt, ut intelligas,
ı uno Te ſitas eſſe vitæ meæ omnes jocunditates &
ılatia, Teque continuam, quam poſſum enixe,
nicitiam rogem. Vale meum Decus. . Toloſæ
ın. M.DC LVI.

* * *

Exemplar virtutum omnium propono PE-
'RUM CASANOVAM, cujus vita nullis
oloribus indiget,quia propriis bonis fulget. To-
ɔſæ Tectoſagum anno M. D. XCI. pridie Kal.
Jov. ab honeſtis Majoribus ortus eſt, in quibus re-
enſendis nolo meam operam collocare, ne, quæ
ıa virtus fuit,ab aliena videatur eſſe derivata. Ma-
:r ejus prægnans ſæpe ſomniavit, videre vetulam
ıonentem ſe, ventri ut caveret, parituram formo-
ſſimum puerum,qui maximi foret nominis, & fa-
næ. Accidit uti ſomniarat. Nam cum aliquan-
lo Matrona Anna, inſignis vatis Noſtradami filia,
ıaternæque artis non ignara, videret illam choreas
gentem, cave,inquit, ne Mari,quem editura es, ni-
ıia agitatio obficiat, cui læta omnia proſperaque
ıta portendunt. Nec fefellit divinatio. Quod
utem erga venuſtiſſimum puerum majori parens
mpoſterum amore accenderetur, promiſſaque bo-
ıa, integra ac præſenti voluptate exciperet,nimis id-
circ-

circo credula haberi tunc quidem poterat, verum eventus egregie ejus quondam favit credulitati. E ſinu Matris, in ſinum Muſarum evolavit, cum vix octavum annum attigiſſet. Literas, latinas primum, deinde græcas imbibit: non tamen diu tritæ illi methodo, quæ florentem juventam horridis præceptionibus ſolet corrumpere, inhæſit; ſed confeſtim in Oratorum, Poëtarumque conſuetudinem, quæ mira jucunditate animos recreat, ſeſe immerſit. Poëtarum inprimis venuſtatibus captus, Poëſin continuo adamavit; ad quam ita natus erat, ut elegantiſſima carmina facilius funderet, quam ſcriberet.

Philoſophiæ ſacra adyta absque duce auſus eſt penetrare; perque tot ambages, fere inſuperabiles, ſua ipſe ſibi ingenii perſpicuitate affulſit. Hinc ad Theologiam, inde ad Jurisprudentiam ſe convertit; ſtadiisque hujus ſcientiæ confectis, ſub præſtantiſſimo Guilielmo Marano Anteceſſore meruit; quem adeo in admirationem ſui traxerat, ut ab illo legum fodina ſæpe ſæpius fuerit appellatus. Non tamen Jurisconſultorum tam memoria, quam judicio valuit. Linguarum ſtudium poſt hæc non neglexit, verum præter elegantias Romanæ, ac Græcæ, quibus à teneris unguiculis fuerat innutritus, vulgarium quoque Germanicæ, Anglicæ, Hiſpanicæ, Etruſcæ, & veteris Provincialis, ſumma diligentia, aſſiduoque labore, in virum peritiſſimum evaſit. Tantas animi dotes in uno venerabantur omnes, proponebaturque in exemplum magnæ virtutis. Circumſcribi ejus fama nimium anguſtis urbis limiti-

ti-

ıus diu non potuit; alio deferri æquum erat, quæ
be universo solum poterat retineri, futura tandem
si par æternitati. Nihilominus latebat ille, ut ita
cam, apud se, statueratque una cum libris, medio-
i fortuna contentus, quanquam nihil deerat, ad
ene beateque vivendum, vitæ explere cursum, cum
Marchione Fimarconio, qui tum maxima apud
egem gratia pollebat, in liberorum suorum cu-
n, diu rogatus, victus tandem, Lutetiam deduci-
r. Parum temporis in illa urbe commoratum
; quia in Occitaniam revertente Henr. Momoran-
), Comite Fimarconio, cum ejus liberis Casanova
ımum repetit. Erant tunc Fimarconianæ ædes,
ıemadmodum olim Urbinianæ, honestis omnibus
m animi, tum corporis exercitiis dicatæ, nemoque
at nota aliqua virtutis insignitus, cui non, ut
im illæ, paterent. Hic ipsam humanitatem sedem
am collocasse, dixisses; adeo humaniter omnia
ominus instituebat. Non deerant liberalium ar-
ım exquisitissimi Magistri, Pictores, Musici, Citha-
di, Venatores, Equisones, Saltatores, in quibus
ımparandis nulli sumptui parcebat, argumenta
tidem regiæ magnificentiæ! Has artes, quibus
ıotidie Fimarconiani juvenes exercebantur, Casa-
ova quoque commodum didicit: nec enim mi-
ıs habile corpus habuit ad hæc, quam animum, ad
nem literariam eruditionem. Agebat equos,
n sine peculiari quadam & innata sibi industria;
xtere quoque tractabat arma; atque adeo valuit
tu & robore corporis, ut pyrrhicham saltaret, &
tho-

deinde potuit, impie jugulavit. Amœnitates certe ſtudiorum ſemper ſectabatur: ſale vero & facetiis, ſine tamen acerbitate, vincebat omnes. Quod cum multis argumentis comprobare poſſem, uno contentus ero.

Toloſæ tunc commorabatur Adr. Montlucius Carmanni Comes, Tectoſagumque deliciæ, apud quem literati omnes undique confluebant; inter quos, cum aliquando de Phædri ac Æſopi Apologis incidiſſet ſermo, iſtasque nugas eruditas quidem nemo non laudaviſſet; ſubito una omnibus mens, quid cujusque in ea re valeret induſtria, periculum facere. Caſanova, qui tum forte aderat, accepit conditionem, &, ut erat candidus & liberalis, ut nihil ſupra, in Hypocritas ſuam dicacitatem, ac fabulæ quaſi aculeos convertit. Verum ipſammet rem cognoſcite.

Mures olim duo Mas & Fœmina, in penario locuplete admodum ſedem antiquam & lautam habebant. Vivebant læti, &, ut ipſis videbatur, cunctorum vitæ diſcriminum ſecuri. Felicitatem tamen iſtam cito maligna ſors abſtulit: nam cum Mas, audax fiducia loci hinc inde ab arce longius ſpatiaretur, ab fele improbo, qui furtim ſeſe intro inſinuarat, dilaniatur. Ut Conjugi factum innotuit, fletur, opplentur rimæ ejulatibus & lamentis. Feles interim laudare fortunas ſuas. Interea Fœmina, è defuncto gravida, fœtus edidit, quibus orbitatem ſolari poterat, niſi novi mali metus ingruiſſet. Nàmque animalcula illa, cum aliquanto etiam poſt

per

per penarium cursitarent, ac penum amplam, tanquam hæreditatem sibi à patre relictam, adirent, ad adspectum Galli gallinacei, qui Feli comes accesserat, crista, voce, & plumis mille distinctis coloribus superbientis, exterrita, ad matrem sese confestim recipiunt. Trepidantibus mater supervenit; quæ causa terroris tanti rogitat. Occurrit, inquiunt, miles incessu & habitu adeo horrendus, adeo formidabilis, ut nihil supra: ut vidit, mortem minitatus est. Tunc mater: numquis hic præterea? nemo admodum: aderat certe quidem ad angulum, bonus Heremita, cineracea veste; oculis in terram defixis; vultu modesto; junctis manibus vota nuncupans; nobis interdum quoque arridens & blandiens. At illa; ô imbecillos & imprudentes! quam misere Heremitæ istius pietatem proh dolor! in patre vestro sum experta! quare audite me quæso, & accipite, quæ incolumitati omnino vestræ conducant: quibus nisi obtemperaveritis, actum est de salute. Thraso ille cristatus, tam magnifice incedens, quem videtis, à cujus voce exterriti, Gallus gallinaceus est, cui non mala mens, aut malus animus; ab illo certe periculi nihil unquam imminebit; tanto quippe humanior est, quantò jactantior, ac magis superbus. Verum hic Heremita, usque adeo misericors & moderatus, trux Felis est, totus ad fraudem compositus, cujus quæsita mentitaque modestia dolos simulat; pietas malitiam; habitus fallaciam; quibus noctuque diuque amentibus & male cautis nefarie insidietur. Hic inquam Here-

mita tam pius, tam humilis, iisdem hisce artibus patrem olim vestrum injusta nece laceravit. Qvapropter alumni mei, non ab hoc, sed ab isto sedulo imposterum cavete. Egregium sane Casanovani ingenii præjudicium! præclare enim monet hæc Fabula, mali hominis blanditias insidias esse. Mortuo Fimarconio, cum non amplius ejus opera egerent Fimarconiani juvenes, militiæ qvippe nomen dederant, domum, paternosqve Lares repetit. Rediisse Matris in sinum, qvam unice diligebat, qvippe pater vita jamdiu functus erat, qvarumcunqve fortunarum instar semper duxit. Decrevit igitur vitæ aulicæ privatam anteponere, qvæ tanto beatior, qvanto minus fortunæ fluctibus exposita est: à qvibus ut penitus se eximeret, beatioremqvè vitam duceret, totum se Deo mancipavit, ac demum Sacerdotii legibus adstrinxit. Literariæ ac disertæ solitudini suæ dum sic indulget, ecce Vir summi nominis, etiam apud exteros, & literarum literatorumqve amantissimus CAROLUS MONTCHALLUS sede Tolosana potitur. Is cum nihil haberet antiqvius, qvam egregios viros sibi officiis beneficiisqve devincire, CASANOVAM inprimis impense coluit: & vivunt, qvi ex ipso tanti Præsulis ore, paulo anteqvam mortem obiret, accepere; se neminem, tum ob morum candorem, cum propter eruditionem singularem, tam efflictim amasse, qvam CASANOVAM. Augebatur interea mutuis studiis utriusqve fama: nihil enim posteritati mandabat Casanova, cui magni Montchalli laudes non insereret: Montchallo vicissim nulla sese dabat occasio

gra-

ificandi amico, qvam non avido animo amplectur. Testantur Occitana Comitia; qvibus a aliqvando præesset, qvi aberat nunqvam ad tua jura populi, essetqve agitatum diu, mox decre-a, viro alicui perito mandandam esse curam, scri-idi de Jure Allodii, nec in qvem sese inclinarent ent, anxia, dignitate & magnitudine operis; ne-iem, inqvit ille, reperire est in universa Gallia, qvi epto Casanova, tanti oneris impar non sit. I-r autore Montchallo, qvi animorum spectator imus habebatur, auditoqve Casanovæ nomine isqve notissimo, consensere una omnes, rogant-Montchallum, ut rem promoveret, hortaretur anovam, provinciam hanc in se reciperet, obliga-ıve ei suam fidem, debita præmia non esse defu-s. Præterea humanissimas in eam sententiam ras, ad illum jubent deferri: Qvibus respondit; ierari se tot illustrium virorum nobilissimum coe-a, seqve Herculeo labori imparem; onus tamen ræstantissimo Montchallo suscipiendum sibi vi-etur, non detrectaturum. Atqvi nihil æqve ille iebat, qvam ut suus Casanova hanc, de provincia ie merendi materiam caperet. Ejus demum au-io, ad munus sane difficillimum, & cuilibet alii actabile, curas omnes, cogitationesqve conver-

Fidem Numinum! qva velocitate? intra an-n coeptum peractumqve opus, à Montchallo, ad mitia, anno proximo delatum, summa omnium niratione exceptum est: tum, qvod exqvisitissi-m præ se ferret eruditionem, cum qvod, inchoa-

tam qvod vix [illegible]. perfectissimum legi-
rem. Caeterum plenis Comitiis, laudibus decora-
tus est Casanova, qui privatas respuebat. Munei-
bus deinde auctus est, oblataqve annua pensio hac
qvidem, si Provinciae Historiam vellet condere. Ex
Comitiorum verba ipsa lubet exscribere, qvae in Ac-
relata fuere 7. Kal. Mart. 1648. Car. Montchal-
Praeside, cui de pensione statuenda, verbo potes-
data.

Opus de Franco Allodio, à D. Casanova editum, qvod totius Regni Virorum Illustrium admirationem in se convertit, tantae esse eruditionis, ac ponderis, Comitiorum Legati agnovimus; ut addito super hac re Lamaimie generali Syndico, Reverendiss. Car. Montchallum Sedis Tolosanae Principem, hujusce Thesauri indicem rogaverimus, tantum virum Comitiorum nomine hortaretur, ut Occitanorum Praefectorum, Tolosanorumqve Comitum Historias, qvas jam affectas haberet, ad optatum finem perduceret, ne Provincia tam utili, tamqve necessario opere fraudetur. Qvibus ille & Montchallo; nolle se alio obligari nomine, qvam sola accepti beneficii recordatione: non minus esse intolerabile, aureis, qvam ferreis catenis vinciri, solebat dicere: qvare liberaliter, & sine ullis conditionibus, Comitiorum desideriis statuit inservire, ajebatqve; deberi suam omnem industriam, curas, & labores huic Provinciae, in qva ortus, non vero pensionibus, qvibus non capiebatur. Revera fuit bonorum fortunae nonnunqvam contemptor eximius. Historiam Comitum

tum dum urget, Catalaunia se ipsam invictissimo Ludovico XIII. dedidit. Hinc plures de jure Regni in illam insurgunt qvæstiones: cumqve diu tam à nobis, qvam ab Hispanis acerrime esset disputatum, suam qvoqve Casanova symbolam attulit; & ita rem omnem accurate enucleavit, ut qvi librum spectent, sine partium studio, nihil habeant, de qvo amplius rixentur. At tantæ lites armis solum, non scriptis dirimuntur! nec rationes ad partes vocantur, sed ferrum & vires. Placuit mirandum in modum omnibus lucubratio isthæc; illis egregie, qvi tum Reip. curam gerebant: inter qvos unum, instar omnium, libet tantum appellare, talium rerum peritissimum virum, & de Regno plurimis apud Germaniæ Principes Legationibus optime meritum, Claudium Memmium Comitem Davaux, literarum & literatorum, dum vixit, decus summum & Mæcenatem: qvi in magna virorum illustrium corona, cum de Rerum Catalaunicarum Scriptoribus, qvisqve suum in medium proferret judicium, & alius alium pro captu laudaret: Delirant, inqvit, qvicunqve Casanovæ scriptum, medius fidius, numeris omnibus absolutum, cæteris non anteponunt. Eidem etiam sententiæ exterorum unus inter plures Victorius Sirius, universalis Historiæ luculentissimus Scriptor, mirum qvantum suffragatur; dum autorum omnium, præter Casanovæ, fidem penitus respuit. Tantorum virorum testimonia, qvibus nemo non tumuisset, accepit ille omnino moderate; qvippe ea erat modestia, qvæ claram & stabilem solet comparare

autoritatem. Summa & admiranda semper fuit ejus erga D. O. M. Religio; summa erga res sacras reverentia. Precibus iis, qvæ qvotidie pro more in Ecclesia solent recitari, necessaria qvamvis ingruerent negotia, nunqvam non adfuit, dictitans; non minus ad eruditionem, qvam ad sempiternam felicitatem, compendium esse pietatem. Ad qvam amplificandam, Vitam divi Eadmondi Angliæ Regis, qvem peculiari voto colunt Tectosages, & cujus sacra tunc temporis instaurabant ossa, nitidissimo stylo, qvo facilius animos flecteret, concinnavit. Plura circa res sacras contulerat, qvæ si in ordinem redegisset, multum utilitatis Ecclesiæ allatura erant: sed nimia diffidentia præpeditus, optimis lucubrationibus invidit lucem. Lingvæ Gallicæ origines, opus sane acerrimo ingenio, & multorum annorum meditationibus elimatum ad finem usqve perduxerat; qvo, sine dubio, explevisset omnium expectationem, si ullis amicorum aut rationibus, aut precibus adduci potuisset, ut mature typis mandaretur. Atqvi solitus erat hos ingenii sui fructus ultra maturitatem fovere. Durum esset, & intolerabile, tanto orbari thesauro; (*) nisi virtutis, & literarum gloria præstantissimus Ægidius Menagius ingens damnum, haud absimili opere, resarsisset. Qvanti vero illum fecerit Menagius ipse, ex his, qvæ in præfatione ejus Originum leguntur, facile est statuere. Sunt au-

(*) prodiit postea luculentum istud Originum Gallicorum opus una cum Menagii Originibus secundum Anno 1694 Parisiis forma majore editis.

:em hæc: Cæterum ex qvo Collectionem istam ty-
mandavi, accepi, D. Casanovam spatio multo-
n annorum hujusmodi spartam ornavisse, jamqve
us sub prælo esse. Cæterarum lucubrationum
judicium, & fama illius singularis, non enim mi-
aliunde notus, faciunt, ut, qvin opus omnibus nu-
ris absolutissimum sit, minime dubitem. Eqvi-
n suppressissem meum subito, qvum de hoc cer-
; factus essem, si res meæ in integro fuissent,
od hic à me testatum velim, in monimentum
æ erga tantum virum existimationis. Qvotidi-
à convitio efflagitanti Medonio, qvem ille in ocu-
ferebat, ut librum emitteret, cui satis superqve o-
lederat, Horatianis semper verbis respondit: no-
m premi debere in annum. Nimia isthac cun-
tione culpari unice poterat, cujus vita culpa care-
. Nam integritate morum & candore, omni-
animos in sui amorem alliciebat; eximia virtute
spicuus, alios ad ejus studium continuo hortaba-
: qvare hæc Ciceronis freqventissime inculcabat:
ulcis est gloria, conseqvere virtutem: noli abji-
e labores, petere honorem. Cum ab omnibus
ervaretur, nunqvam sibi nimium indulsit: inju-
lacessitus, honeste & sine odio tuebatur se: ægre
ci officiis patiebatur; casu namqve, aut fortuna,
certe animo gratificandi vincebatur. Amicitiam
tissime coluit, qva cum plerisqve hujus ævi Vi-
Illustribus conjunctissimus vixit. Præterire stu-
dæ modestiæ argumentum non decet. Expe-
ant omnes ejus oris effigiem habere vivis colori-

bus expressam, Medonius inprimis, cujus studiis mirum in modum favebat ille; nullus tamen id gratiæ potuit conseqvi. At in scriptis æternum ejus spirabit imago. Fuit excelsa statura, colore candido, membris succi plenis, severa fronte, hirsuto supercilio, valetudine prospera; nisi qvod tempore extremo gravedine laborabat. Circa corporis curam paulo negligentior, circa vero ingenii cultum diligentissimus. Pestifera febri correptus, & jam excessui proximus, rogatus, cuinam Beneficium, ut vulgo appellant, qvo præditus erat, vellet tradere, respondit: nolle sponsorem se Deo dare pro alio, qvando propria culpa, & nulla re ad id cogente, immane qvantum æris divini contraxerat. His dictis mors continuo ipsum occupat: verum in ipsa morte virtus spirat. Abiit pridie Kal. Nov. 1652. jacetqve in templo Divi Stephani Tolosæ Tectosagum.

Ejus cineres ab amplissimis Occitaniæ Ordinibus insignes fore qvodam monimento, literati omnes in dies sperant; nunc qvidem confidentius, Comitiorum præside præstantissimo Viro D. Petro Marca, Sedis Tolosanæ Pontifice: cujus tanta humanitas est, cum admirabili, ac pene incredibili eruditione conjuncta, ut, qvin id solatii eximiis Casanovæ manibus procuraturus sit, merito nemo non expectet. Ejus enim egregie est muneris, dum populorum saluti summo studio ac integritate consulit, Defunctorum qvoqve gloriæ patrocinari.

Hæc

Hæc autem edidit.

LA Caritée, ou Cypriene amoureuſe, in 8. à Toulouſe, ches Pierre Boſc.

De l'inſtitution de la Nobleſſe. in 12. ches P. Boſc.

Le Petit Jeſus in 24. ches P. Boſc.

La Vie de S. Edmond Roy d'Eſtangle. in 8. ches P. Boſc.

Le Franc-Alleu de la Province de Langvedoc, in fol. à Toulouſe ches Jean Boude.

La Catalogne Françoiſe. in 4. ches P. Boſc.

Lettre à Meſſieurs des Eſtats, en date du 28. May 1649. in 4. ches Jean Boude.

L'Origine des Jeux-Fleureaux. in 4. ches Raymond Boſc.

Superſunt edenda.

TRaité des Juſtices de France.

De l'Hiſtoire des Comtes de Toulouſe, par Gouvernements livre 1.

Traité des Armoiries.

Satyra, qvam paulo anteqvam diem ultimum clauderet, in calamitates ſui temporis ſcripſerat, cui nomen ΜΙΣΟΛΑΟΣ. (*b*)

De l'Origine des François.

Hiſtoire des Favoris de France.

Les Origines de la Langve Françoiſe.

(*b*) Ita emendo pro Μισόλαος, qvod in editione Toloſana legebatur, & nihili eſt.

JACOBI PALMERII
Grentemesnillæi
VITA
scripta à
STEPHANO MORINO.

QVandoqvidem virtus, & præclara, qvæ edunt homines, facinora, iis dumtaxat non prosint, sed alios etiam, qvibus innotescunt, juvant, & ad vitam optime instituendam ducunt; operæ pretium est eniti, ne simul cum auctoribus moriantur, sed ad ultimam posteritatem cum laude perveniant, ut cuncti perennis famæ illecebris allecti, viam per laudabilia facta sibi ad immortalitatem sternere, ignaviamqve & spurca libidinum examina debellare expeditius valeant. Sane præstantissimus disciplinæ morum Præceptor * Plutarchus testatur, qvod in historiis illustrium virorum, qvas describebat, suum qvasi in speculo officium agnoscebat, iisdemqve ad illud svaviter deducebatur.

Nemo itaqve miretur, qvod Palmerii Grentemesnillæi vitam honeste & cum decore peractam optemus æternitati consecrare. Licet enim privatus vixerit, nec insignia munera ambiverit, qvæ suo splendore solent animi dotes reddere illustriores, sat splen-

* in Paul. Æmil.

ſplendidi ipſi fuerunt mores, ut multis præluceant, eosqve efficacibus exemplis ad omnia generoſorum civium munia cohortentur.

Cum proprium ipſi ſufficiat decus, longe petitis ornamentis illum non onerabo: ſed piaculum foret ſilentio premere tres illas palmas nobiles nomini affines, qvas in ſcuto gerebat, ut totidem fortitudinis à majoribus contra Muhamedanos in Hieroſolymitanis bellis qvondam exhibitæ monumenta, eo illuſtriora, qvod inde primam ſtemmatum originem peti debere teſtetur Fauchetus de orig. eqvit. l. 1. c. 2.

Illius etiam intereſt, ut de parentum virtutibus aliqvantulum delibemus, qvia

* *Fortes creantur fortibus & bonis.*

Primam autem hanc à Deo obtinuit felicitatem, ut eos habuerit parentes, qvorum hæreditas non ſolo conſtabat patrimonio, ſed laudem integritatis, pietatis, eruditionis & fortitudinis, omni patrimonio præſtantiorem, complectebatur. Pater ipſi fuit Julianus Palmerius in agro Conſtantienſi ex antiqva proſapia natus, ut teſtantur Eccleſiæ Conſtantienſis archiva, & capitula abbatiæ B. Mariæ de montis Burgo, jam ab anno 1251. in illis enim legitur: Joannes Palmerius tenet unum feodum apud Bardrevillam, unde debet exercitum, de eqvitatu. & in his vero: 6. Idus Novembris Andres le Paulmier miles, & ejus uxor centum octo buſellos frumenti dedit in pitanciis. Barbaries antiqvitatem redolet, & anniverſarium centum octo modiorum tritici ad monachorum

* Horat. carm. lib. 4. Od. 4.

rum cibum liberalitatem eorum arguit. Plura & ampliora antiqvæ Palmeriorum nobilitatis argumenta ſuperaddere non ſinit rara Juliani noſtri generoſitas, ſciens enim, qvod ἡ δ᾽ εὐγένεια, ἐντιμότης προγόνων ἐστι, *nobilitas nativa eſt majorum dignitas & decus*, partam propria virtute ei longe præferendam cenſuit: qvare pro more Gallorum nobilium, qvi variis diſcriminibus ad gloriam nituntur, relicta à teneris annis domo paterna plurimas percurrit regiones, & ſtudio, doctorum hominum commercio, experientiisqve incredibilem diverſarum ſcientiarum acqviſivit cognitionem, naturæ inprimis arcana rimatus eſt, * & in medicina, regina illa artium, qvam celebriores philoſophi, tot principes & imperatores excoluerunt, qvamqve ipſemet Achilles armorum ſcientiæ & cæteris ſuis virtutibus voluit ſuperaddere, ingentes fecit progreſſus; qvorum libri editi fidem faciunt: qvin ipſis Regibus profuit rara ejus eruditio; nam Carolo IX. immodicis vigiliis ad extremum periculum redacto, ſalutarem tulit opem, qvam fruſtra à ſuis medicis diu expectaverat: fratri vero Andium Duci in expeditione Belgica generoſam præſtitit operam, & illuſtriſſimum Matignonium Franciæ Mareſcallum Laudi fanum Donfronumqve obſidentem etiam ſeqvutus eſt, & ubiqve adeo fortiter ſe geſſit, ut ejus induſtria, prudentia, & magnanimitas coram Henrico III. Rege celebrari meruerint. Qvapropter in album regiæ domus cum

* Ælian. var. Hiſt. Lib. 9. c. 22. Plutarch. in Alex. Cæl. Rhodigin. Lib. 28. c. 2. Papin. Stat. in fin. Achill.

eum dignitate adſcriptus eſt, variis etiam muneribus donatus, & avthentico diplomate declaratus nobilitate digniſſimus: ſic mutuatum à majoribus ſplendorem parto propria virtute decore renovavit atqve illuſtravit: licet Guillielmus Palmerius à conſiliis & ſecretis cameræ Henrici III. & Nicolaus Palmerius Vevillæ dominus conſiliarius etiam, & eleemoſynarius ejusdem Regis, timentes, ne recens hic ſplendor veteri eorum familiæ officeret, aliqvantiſper reclamarint; ſed cedendum fuit pertinaci conſangvinei propoſito, omnia ſua ornamenta ſibi ſoli debere optantis, affectantisqve hoc, qvod * Catoni in ejus laudes excurrens Livius tribuit elogium; *fortunam ſibi ipſi fecit.*

Virtus, & individua illius comes fama ipſi conciliarunt nuptias nobiliſſimæ virginis Margaritæ Calvimontiæ; qvæ publico contractu ſunt conſtitutæ 6. Julii ann. 1574. Illuſtriſſima eſt Calvimontiorum proſapia; habent enim inter majores ſuos Hugonem Calvimontium, magnum ſtabuli comitem, & Emericum Calvimontii & Vulxini Comitem, Hugonis Franciæ Comitis Veromandorum Comitis filium, (**) Henrici primi vero Gallorum Regis nepotem, qvi arma nomenqve Calvimontiorum ab uxore hærede ſumpſit, pro more tunc uſitato, ut docet Tilletus in familiis Veromanduanorum, Courteniacorum & Claromontanorum. Attamen hanc Calvimontiorum nobilitatem, qvantumvis clariſſimam, ſupergreſſa

* Lib. 39. (**) Videtur hic mendum aliqvod latere, qvod non extrico.

greſſa eſt Margarita Calvimontia Juliani Palmerii u-xor magnitudine animi, ſvavitate morum, prudentia, pietate, & rerum omnium, qvæ ad vitæ ſanctimoniam inſtruunt, mentemqve exornant, cognitione, cujus certiſſimum argumentum proferre poſſim eximium ſcilicet opus ab ipſa elaboratum, ejusqve manu eleganter exaratum, qvod ad ultimum finem, & perfectam beatitudinem pandit iter ſecuriſſimum, vitiorum præcipitia, ut vitentur, detegendo, voluptatem illecebras deſcribendo, ne ſeducant, & virtutum candorem, mirabiles amores excitantem, examinando; deniqve in toto illo opere præſidentem, ut in tribunali, vim rationis lector animadvertit, ubiqve gratiſſimam exemplorum copiam ex antiqvis & recentioribus ſcriptoribus ſelectam ſuſpicit. Qvamobrem dolendum eſt, hoc theſauro non fuiſſe potitum præcedens ſeculum, noſtrumve delicatius eſſe, qvam ut gratam habeat eloqvutionem, qvæ centum dumtaxat annis abhinc in aula obtinebat; multa enim emolumenta ex eo prodirent, & ſapientiſſima matrona eadem auctoritate etiam nunc polleret, qvam, dum vixit, habuiſſe teſtatur Michaël Montanus, qvi rigidus licet, & alieni ſuffragii contemtor, ejus tamen judicio ſuos conatus, vel tentamenta ſubjecit, commendatqve literis ſua manu ſcriptis in exemplaris, qvo ipſam donavit, fronte, & qvo nunc frui gaudeo. Par illud egregium, vir conjuge ſua dignos, ut ipſa marito, poſt transactam vitæ majorem partem Pariſiis, poſt varia damna magnosqve labores, ob religionem, qvam profitebantur, exant-

latos,

atos, versus patriam remeare, & Vandoperano agro suo amœnissimo frui constituerunt: idciro Cadomum petierunt, urbem pacificam, & ab omni tumultu factionum, qvæ ceteras fere omnes transversas agebant, prorsus liberam; qvod præfectus urbis Regi fidus esset, & præcipuæ oppidanorum familiæ protestantium doctrinæ olim addictæ essent, * inqvit Thuanus. Hoc in secessu tranqville degentes, Grentemesnillæum nostrum suscipiunt. Cadomo tamen, multis doctorum virorum natalibus superbæ, felix ille partus ereptus fuit; proximum enim mater præsagiens, patris villam, decem milliaribus Cadomo distantem, petiit, ut, qvas ibi ante triginta tres circiter annos primo hauserat auras, munere tanto remuneraretur. His itaqve natalibus hanc villam, unaqve nonas Decembres anni 1587. insignivit.

Hoc gaudebat pignore mater ignara futuri, postremum enim fuit maritalis amoris; & eodem in exitum vergente anno ad meliorem vitam evectus pater eam reliqvit viduam, totiusqve orbæ familiæ cura oneravit: qvatuor ipsi erant liberi, duo mares, & totidem fœminæ, qvorum institutioni, simul atqve per legitimum luctum licuit, tota incubuit:

non sic philomela penates
Circuit amplectans, animamqve in pignora
transfert. **

sed inprimis in fovendo & excolendo recenti partu suum exercuit studium, & sicut altera Volumnia suum

* Hist. Lib. 91. ** Papin. Stat. Sylv. III. 5.

um Martium, & Cornelia suos Gracchos, qvo ad virtutem formaret, ante oculos semper habuit: cæteræ mulieres telis pensis, & peristromatibus deditæ ea secum deferunt, & confabulando in amicarum cœtu satagunt promovere; at hæc filio exornando unice intenta, qvoqvo properaret, secum eum deducebat, ut in tenera indole ingenuos mores, & rerum honestarum studium paulatim effingeret. Idcirco, ut olim Aristippus † μητροδίδακτος à matre eruditus dici meruit: qvod plurium præstantissimorum virorum fatum videtur, Deo, qvi * *pupillorum pater & viduarum protector* amat dici, pios earum conatus secundante, & larga benedictionum copia orbitatis miserias compensante.

Hac ratione prævertit ætatem puer, & à tenerrimis annis studiorum capax visus, literis operam dare cœpit. Vix dici potest, qvanta celeritate disciplinarum percurrerit limina; sed sufficiet observasse, adhuc impuberi peregre eundum fuisse, ad idoneos præceptores disqvirendos, qvamvis in Academia celeberrima degeret. Non debet in dubium revocari, qvin maternus amor, & timida consvetisqve tenaciter adhærens puerilis ætas huic discessui diu obstiterint: verum omnia vicit ingens discendi cupiditas, & vix duodecimum compleverat annum, cum per Rothomagum iter direxit, ut materteram, domini Altæ Sylvæ uxorem, salutaret. Hæc vix affectu cedens matri currentem detinuit, pro remora utens doctissimo qvodam præceptore, qvi Græcæ facundiæ blan-

† Clemens Alexandr. Strom. 4. * Ps. 68. 6.

blanditiis eum sibi svaviter annexuit. Sed, dum gratos ex hoc fonte haurit latices, invida mors præceptorem absorpsit, amarissimisqve discipulum perfudit lacrymis. Sed eheu luctus ille lene dumtaxat fuit rudimentum acerbioris proxime imminentis: mala scilicet malis succedunt, & qvasi catenata solent ingruere. Lacrymantem enim luctuosissimus oppressit nuncius de morte carissimæ matris, matris, inqvam illius, qvæ patris vices suppleverat, cujusqve propensissimo studio deberi omnia sua ornamenta sæpius fatentem audivi. Merito itaqve lugubri illo perculsus nuncio obstupuit, diriguit, & qvasi ejus anima maternæ fuisset alligata, visus est expirasse, donec angor, qverelæ, planctusqve, & similes acutissimorum dolorum motus pungendo & agitando eum excitarent: ah! qvoties erumpere in has qverelas auditus est:

Eheu Thessalici conjux pensare mariti
Funus, & immitem potuit Styga vincere supplex
Thracius! ah qvanto melius pro matre liceret! *

Sed cum nulli sint colores, qvibus tristissimus ejus status possit depingi, ei velum necessario obducendum est, & simul agnoscendum, qvod nisi generosa indoles, teneroqve animus maturior ævo ipsi fuissent, tantas calamitates eluctari non valuisset.

Qvam primum sensit pietatis auxilio luctum subigi, ut Musarum commercio sensim recreretur, Parisios se contulit, tuncqve præclaro exemplo Deum ejus curam gerere patuit; ut enim disciplinis libere

N vaca-

* Stat. Sylv. III. 3.

vacaret, matrem, qvæ res ejus curaret, conſervavit ad annum vigeſimum ſextum fratris natu majoris Vandoperæ domini, qvi defunctæ matri in hac cura ſucceſſit, fratriqve, de ſuis ſtudiis dumtaxat ſollicito, proſpiciens, à celeberrimo Petro Molinæo impetravit, ut illum exciperet domo ſua, qvæ laudabilium morum & omnigenæ doctrinæ ſchola erat illuſtriſſima: omnia enim in Molinæo docebant, ejus humanitas ſingularis, ſvavis facundia, jucunda urbanitas, variaqve & excellens eruditio, qvæ omnes ſuperant laudes. Huic ſummo viro totum ſe dedit adoleſcens, & velut βιβλιοθήκην ἔμψυχον, & περιπατοῦν μουσεῖον colens, ex ejus conſvetudine ſtuduit proficere. Pluribus tamen præceptoribus interea utebatur, qvos in omnibus diſciplinis urbs illa celeberrima ſuppeditare ſolet, nullumqve, apum inſtar, qvæ ex innumeris vernantis prati floribus mella ſua colligunt, negligebat, à qvo ſperare poſſet qvoddam emolumentum; ſed inprimis magnum Caſaubonum, Herodoti illuſtrationi vacantem, audire ſatagebat, ut in ſuo critico epicheremate ipſe teſtatur.

Sic ſecundis elatus ſucceſſibus præcedens tranſegit ſeculum, & ſexto decimo ætatis ſuæ anno demum adventante Sedanum profectus eſt, ut diverſos magiſtros freqventaret, & ex diverſis eorum methodis ſententiiſqve omnigenam eruditionem adipiſceretur. Recens, qvod ex clariſſimi hoſpitis conſvetudine perceperat, commodum admonuit, de altero hoſpite iterum eligendo, ex cujus ſocietate novos faceret profectus. Qvare Bercheti Græca eruditione con-

conſpicui hoſpitium cæteris aliis prætulit, ob amœnitatum Græcarum amorem. Aſſiduam inſuper Philoſophiæ dedit operam, & ſive domi, ſive foris, omnibus vacavit ſtudiis, qvibus eruditior & melior redderetur.

Hactenus felicem & optatum ſtudia ejus curſum tenuerant; verum, ne,qvæ de Syrenibus referuntur, meram duceret fabulam, inſidioſas medio in itinere offendit blanditias, qvavis Sirene pernicioſiores,qvibus allectus non exiguam temporis jacturam fecit. Romantios intelligo, ſive libros à Romano ſermone, ad qvem vernacula noſtra lingva, qva ſcribi cœperunt, antiqvam Gallicam deſerens proxime accedebat, ſic dictos. Qvidam nobilis Brittogallus has Palmerio incauto pernicioſas nugas obtruſit,qvibus, utpote ad nativum hominum ingenium artificioſe compoſitis, ita captus eſt, ut per integrum fere anni curriculum ſui compos eſſe non valuerit: ſed eo tandem elapſo ad ſuam mentem reverſus ingemuit, acerboqve dolore perculſus animadvertit, ſe pro veris hiſtoriis, qvibus admiranda Dei providentia agnoſcitur, figmentis libidinum incentivis memoriam ſuam oneraſſe, & pro heroibus, egregiisqve eorum facinoribus, veritatem hiſtoricam illuſtrantibus, ineptos thraſones, & vana imaginationis, otio ſuo abutentis, ludibria coluiſſe. Similis itaqve factus iis, qvi convivia lauta ſomniant, excitati autem conficiuntur inedia; indignatus eſt, & implacabile contra illas furaces temporis affanias concepit odium, qvod poſt 47. annos vim ſuam adhuc fortiter exercuit.

Tunc scilicet P. Fortin dominus de la Hoguette testamentum suum seu fidelia consilia an. 1648. typis mandare constituit, & anteqvam in lucem emitteret, exemplar ad eum, pro ea, qvæ inter eos erat, amicitia, deferri curavit. Probavit amici propositum Palmerius, sicut nobili viro convenientissimum, gravem eloqvutionem laudavit, & prudentiam, candorem, generositatem, cæterasqve in ejus præceptis micantes virtutes exosculatus est: at Romantiorum caput ferre non potuit, licet eorum lectionem non commendet auctor, sed tantum non interdiceret; propria enim experientia, qvæ exolamare coëgit: *è del mio vaneggiar vergogna il frutto!* * edoctus, tot argumentis fallacem horum librorum futilitatem probavit, ut in postremis editionibus, qvæ multæ fuerunt, auctor adversarium addiderit corollarium, qvo eos nostri seculi morbum nuncupat, eaqve se laborasse vanitate ad Palmerii verba alludens fatetur.

Qvemadmodum torrens strato obice, qvo ad tempus fuerat repressus, latius occupat iter, celeriusqve fertur, sic Palmerius majoribus animis & impetu generosiori impedita, aut etiam interrupta studia repetivit, deincepsqve oblectamenta nulla elegit, qvæ utilia non essent; nec ullas probavit illecebras, præter illas, qvibus laudabiliter ad officium nostrum rapimur: qvare communem omnibus disciplinis limitem mox asseqvutus, ut, qvamnam cæteris præferret, opus fuit eligeret. Omnes mutua æmulati-

one

* Petrarch. Son. 1. §. 1.

one excitatæ ei ſeſe illico obtulerunt obviam, ſuasqve ſeorſum protulerunt opes. Facile fuit Herculi in bivio conſtituto honeſtos virtutis labores poſtpoſitis mollibus voluptatis blanditiis eligere; ac qvocunqve ſe vertat Palmerius præſtantiſſima bona videt, nihilqve ipſi offertur, qvod ſine crimine repudiari poſſe videatur: anxius igitur, & Paridis erroris memor, nullam recuſat, omnibus gratificatur; ſed ſum ab amplexu moralis Philoſophiæ, qvam ultimam excoluerat, ſe expedit, qvæ propior erat jurisprudentia eum ſinu excepit, ea conditione, ut cæteris ſuo qvoqve ordine poſtea reſtitueret, nulliqve ſeorſim manciparetur.

Aurelianum igitur auguſtum juris ſacrarium profectus eſt; ubi Joachimus Molinæus Petri pater, verbi divini præconio etiam celeberrimus, ut doctrina & integritate ſpectatiſſimus, illum domo menſaqve ſua dignatus eſt: conſultiſſimo autem juris doctorum ductu ad intima legum adyta penetravit, totumqve Romanæ juris prudentiæ, qvæ Græcam, à qva fluxit, complectitur, corpus mente cepit, adeo, ut ad illam ſolam ſcientiam natus videretur.

Sed dum leges ſtudioſius rimatur, cariſſimi fratris literis accitur in patriam, ut mutuis amplexibus diuturnam abſentiam compenſarent, & communi conſilio rebus domeſticis ſimul conſulerent. Nondum annum adeptus erat vigeſimum, qvo per leges licet ſui, & bonorum curam ſuſcipere: at multis experimentis comprobata Palmerii prudentia privilegio meruit donari; qvare Regio diplomate 31. Au-

gusti an. 1606. cum decimum nonum annum ageret, hoc jus est assecutus. Complures impotentia peccandi facit innocentes, ipsæqve feræ in caveis cicuræ ferociam cum libertate resumunt; sic efferuntur, & in omnes libidines ruunt sæpe numero juvenes, qvi effractis tutelæ repagulis, qvibus inviti coercebantur, suo possunt genio indulgere: hic longe aliter, licentia constanter ei improbata, qvam vitia & recte vivendi institutum improbavere. Suam auspicatus est libertatem ab amica, ob tutelarem gestionem, transactione, & officiis beneficiisqve tota inter utrumqve disceptatio terminata est; imo iisdem, qvibus antea, oculis facultates suas, & annuos reditus despexit, suisqve laudabilibus institutis inservire, non obesse voluit. Qvapropter non diutius, qvam oportuit, domi commoratus est, sed Parisios repetiit, ut staret promissis, suoqve erga reliqvas disciplinas fungeretur officio; qvippe qvi sciret, omnes disciplinas sibi invicem ancillari, Musasqve, ob arctam inter se connexionem, qvasi ὁμούσας dictas.

Intactis hactenus Mathematicis toto animo incubuit, nullasqve habet * Euclidis figuras, qvarum minutulos angulos non fuerit rimatus. Musicæ etiam, cæteris disciplinis ab Arcadibus prælatæ, numerosas modulationes discere non neglexit, non tam, ut dulce caneret, qvod vitio ** versum Philippi filio; qvam ne tantum ornamentum videretur contempsisse, qvod Cimoni exprobratum: sed posset ex aliorum cantu scitam capere voluptatem. Sane

an

* Polyb. lib. 4. ** Plutar. in Pericl. in Cimon.

ars illa amœnissima, qvæ præ cæteris animum, curis gravioribus fatigatum recreat, etiam ad generosa facinora valet animare. * Qvam ob rem Lacedæmones Musis sacrificabant, anteqvam pugnarent, &:

- - - Cantata Briseide venit Achilles
Acrior, & positis erupit in Hectora plectris.

Sed Palmerius Musas coluit, anteqvam ad arma tractanda se accingeret, & impetrata demum ab illis licentia, ad belli artes se convertit.

Tandem itaqve regendis eqvis sese assvefecit, & ad gladiorum usum adeo se exercuit, ut suo totum corpus, non secus, ac ingenti clypeo, facile protegeret, unaqve in adversarium certos dirigeret ictus. Unde non minus fortis manu evasit, qvam eloqvio gratus erat. His præsidiis instructus nostram peragravit Galliam, ne diutius in sua patria hospes esset, civiumqve suorum ignoraret mores, cum Romanorum, Græcorum, & Barbarorum ingenti studio consvetudines didicisset.

Ex hoc itinere plurima ornamenta est conseqvutus. Sicut enim lapilli in agris affixi rudes sunt, exagitati autem in rivis mutuo attritu poliuntur; ita hominum ingenia conversatione mutua fiunt politiora. Qvamobrem artium inventores, & promotores scientiarum suam solertiam totum percurrendo orbem sibi comparaverunt. Hinc Poëta Ulyssem suum vocat ** πολύτροπον qvasi πολλῶν τρόπων ἔμπειρον diversorum hominum mores expertum; ad-

* Plut. in Lycurg. Stat. Sylv. IV. 4. ** Odyss. α.

ditqve, qvod πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω variorum populorum urbes lustravit, & mores cognovit. Contra autem Ægyptii sapientes capite asinino inertiam hominum, instar τῶν ξωοφύτων glebæ suæ affixorum, & domestico otio ignorantiam foventium designabant.

Extra propositum meum exspatiarer, si qvæcunqve celebratione digna observavit, describerem; singulæ provinciæ cum campis, silvis & montibus, fluviisqve; urbes cum ædificiis, templis, mœniis, & propugnaculis; celebresqve antiqvitatum reliqviæ, puta Nemausensium amphitheatrum, triumphales Arausicanorum arcus, aqvarum Tarbellicarum aqvagia, mihi essent describenda: sed in Geographorum & Topographorum messes imprudens falcem injicerem; sufficiat igitur dixisse, eum curiosissime perscrutatum qvæcunqve ad rerum naturalium notitiam illustrandam, vel ad vitam optime instituendam valere videbantur. Nec sprevit proprias cujusqve provinciæ lingvas, rudes licet, & inamœnas: qvin plurimarum proverbia & selectiores cantiunculas discere non est dedignatus: qvod incredibilem ipsi ad eruendas vocum Gallicarum origines facilitatem præstitit. Sic qvo longius processit, eo ampliorem omnigenæ eruditionis copiam comparavit.

Dum Massiliæ esset, Joannem Baptistam Palmerium, Massiliensis thesaurariorum curiæ præsidem, necessarium suum, filiumqve Guillielmi Palmerii, qvorum pater ejus in aula Henrici III. conjunctissime vixerat, salutavit. Hic sedem fixerat, uxoremqve du-

duxerat Margaritam Andreanam, ex illustri Andreanorum Ducum Neapolitanorum prosapia, qvæ unicam ipsi peperit filiam Carolinam Palmeriam, viro illustrissimo Ludovico Fourbino Oppedæ Baroni nuptam. Sæpissime audivi nostrum Palmerium celebrantem plurima benevolentiæ officia, tunc ab illo accepta; qvæ totidem erant argumenta, nullis temporum, aut locorum intervallis arctissimum consangvinitatis vinculum posse relaxari. Mihi etiam retulisse memini, se tunc convenisse celebrem feroci audacia Grillonem, prætorianæ cohortis tribunum, eumqve offendisse, domi suæ post longos militiæ labores placida qviete fruentem: multa senex juveni perhumaniter excepto de vita sua anteacta narravit, multisqve exhortationibus animum ad virtutem pronum impulit: sed rem, verbis longe potiorem, tandem superaddidit, pectus enim, & totum corpus nudavit, longamqve honestarum cicatricum seriem vix ullis interstitiis distinctam, ostentans, hac, inqvit, via itur ad gloriam, vel, ut ipsissima illius verba usurpem: *voici le chemin del bonneur.*

Saturatus tandem prosperis peregrinationum successibus, & natalis soli dulcedine allectus Vandoperam repetiit, ut libris suis incumberet, & parta doctorum virorum commercio solertia uteretur, ad comparandam ex cunctis auctorum generibus omnimodam eruditionem. Nec enim ita Græcis Latinisve literis operam dedit, ut recentiores & vernaculas sperneret; sed omnes Italorum blanditias, & gravem Hispanorum fastum callebat, elegantissima-

qve poëmata utraqve lingva sæpe edidit. Mitto Germanorum & Anglorum lingvas satis ipsi familiares, ut multa arcana ex iis erueret.

Hoc in secessu proficiebat indies, & paucorum annorum spatio ingentem collegerat observationum doctissimarum messem, qva respublica literaria poterat non mediocriter augeri. Verum cœpit inter ea qvibusdam motibus agitari Gallia; qvemadmodum debiliores humani corporis partes, nemis cum excitantur humoribus, affici solent; sic protestantes in summo timore fuerunt, ne libertas, qvam Rex Christianissimus concesserat, à turbatoribus opprimeretur. In Neustria maxime id timendum fuit, qvod ne minima qvidem, præter edicta regia, haberent præsidia. Qvapropter Palmerium, suo in Regem obseqvio conspicuum, suæqve religionis simul observantissimum, communibus elegerunt suffragiis, ad jungendam cum iis operam, qvi nomine Ecclesiarum, eandem religionem profitentium, omni obseqviorum genere solita clementiæ Regiæ beneficia impetrare conabantur. In qva legatione suam fidem & industriam omnibus probavit, patefecitque luculenter pietatis officia, & debita potestatibus obseqvia mirabiliter concordare. Trigesimum sextum tamen ætatis annum nondum compleverat, qvamvis senilis prudentiæ decus in omnibus ejus consiliis elucesceret: adeo certum est, magna ingenia facile annorum defectum supplere. Propterea valde idoneus [illegible] ad [illegible] videbatur. Sed felix [illegible] providentia [illegible] regum animus

nibus hostes arcebat, & in fructibus florentis pacis colligendis fortissimorum Gallorum occupabat otium: qvare ut hostes, qvibuscum vires experiretur, offenderet, in fœderatum profectus est Belgium; ubi fortitudo, labor, stratagemata, disciplina militaris, & omnes bellicæ virtutes, tanqvam in eminentissimo theatro, ob totius Europæ oculos suas partes agebant: ex una parte totum late dominantis in utroqve orbe Hispaniæ robur, cum selectissimis Imperii & Italiæ copiis, Belgas sub jugum feliciter excussum reducere conabantur, ex altera acerrimi libertatis suæ vindices Belgæ fortissimis Gallorum & Anglorum nonnullorumqve Germanorum auxiliis fulti, hostiles retundebant impetus, novasqve clades minitabantur utrinqve præstantissimi Duces: hinc Mauritius Nassavius, qvi Nestoream prudentiam cum fortitudine Herculea arcto adeo nexu devinxerat, ut nondum patuerit, an cautius agenda prævideret, an prævisa fortius perageret; illinc magnus Spinola, tot victoriis inclytus. Mauritium, qvem supra omnes sui seculi Duces celebrabat Henricus IV. elegit Palmerius, ut sub eo militare disceret, uni illi adhæsit, eumqve in plurimis expeditionibus secutus est. Bredanæ etiam omnium postremæ, qva invictus heros seipsum, & mortem omnia superantem superavit, interfuisse honori duxit. Mauritius scirrho immedicabili obsessus, viribus sensim labascentibus, & morbo invitis Bredæ obsessæ opem ferre tentavit, & per munitissima Spinolæ castra, & hostium stragem sibi viam stravisset, ad conservatio-

nem

nem illius urbis, qvæ Leonis Belgici cor constituit, nisi fata obstitissent, voluissentqve, ut domi animam Deo, clavum autem Reipublicæ Henrico Nassavio fratri traderet. Hic ejus virtutum, sicut muneris hæres, in Bredæ oppugnatores illico movit exercitum, & fortissima impressione facta docuit, hostes potuisse profligari, nisi obsessi sibi defuissent, & præstasset urbem cedentem cedere, ut intra totidem septimanas, qvot in ea expugnanda menses consumpserat Spinola, illam nunqvam imposterum amittendam Henricus Nassavius recuperaret.

Sub his Principibus rudimenta militiæ suæ posuit Palmerius, eorum præclara facinora suis vidit oculis, & si militibus aliqvid è laude imperatorum decerpere licet, se in aliqvam eorum gloriæ societatem offerre potest, cum non otiosus spectator, sed actor insuper fortis & strenuus extiterit.

Dum pro more voluntariæ Gallorum militiæ honorarius miles pro fœderati Belgii libertate pugnabat, & partes suas strenue agebat inter numerosissimos exercitus, qvalesqve vix ulli visi sunt: nam in utroqve exercitu numerata centum qvinqvaginta certissimorum militum millia referuntur; rumor societatis inter Francos, Anglos, Danos, & protestantes Germanos initæ contra Hispanos & Austriacæ domus asseclas, expeditionisqve Italicæ ad aures ejus advolavit, & amantissimum patriæ civem repetere Galliam compulit, ut Regi suo, cui se, & sua omnia debebat, fidele præstaret obseqvium: sed pax prævertit ejus reditum. Verum dum ea domi inter

libros

libros & cum amicis frui gaudet, in pacatissimo patriæ sinu grandes inimicitias suscipere coactus est, ob generositatem omni prædicatione dignissimam, qva ignotum, & omni præsidio tunc destitutum, ab eminenti periculo eximere, vimqve potentissimorum adversariorum, & sibi carissimorum propulsare non dubitavit. Erat in ejus vicinia vir amicis, facultatibus & nobilitate potens, cuiqve officiis & consiliis prodesse optabat; hunc audit parare insidias Ecclesiastico nobili, qvocum nullam habebat Palmerius consvetudinem: factum improbat, & qvamvis peregre adveniret, & fatigatus esset, ne tamen facinus, qvod averti posse sperabat, perpetraretur, recentem conscendit eqvum, ad vicinum properat, per-humane adoritur, monet, rogat, obsecrat, nullisqve parcit precibus, ut spirantem minas, vindictamqve molientem demulcens à cruento proposito abduceret; sed frustra occupatos ab ira mentis aditus ratio & consilia tentant, irritant potius, & ut ipsa aqva flagranti incendio superfusa illud auget, vehementius inflammant: vixqve abfuit contumelia. Qvid qvæso ipsi in tanto discrimine agendum fuit? si suam audit utilitatem, nobili, diviti, potenti, amico morem geret; sed jus fasqve obstant; si jus autem fasve consulit, inermi, & omnibus destituto præsidiis opem ferre conabitur, sed gravissimas contrahet inimicitias, gratisqve se in certissimum conjiciet discrimen, cum pauci & imparati multis, omni armorum genere instructis, contrastare posse non videantur. Media forsan via tutior videbitur? at neutris proderit, &

vel

vel ipsius Solonis incurret indignationem; nam notandos infamia censuit eos, qvi in civium dissidiis in neutram partem inclinant; sed ancipites ignave qviescunt. His igitur in minimo temporis articulo perpensis, nullas enim patiebatur moras, qvi insidiarum ignarus ad illas incogitanter ruebat, ei obviam currit, sibiqve cum illo occumbendum, vel simul evadendum per aggressorum, qvi evitari non poterant, stragem fortiter statuit. O generositatem admirabilem! applaudo eorum laudibus, qvi pro amicis obire mortem voluerunt; sed sanctissima amicitiæ jura hoc officium efflagitabant; hic vero nihil præter instans periculum, & inopis præsidium ingentem Palmerii animum sollicitaverunt. Obstupuit ad inauditum magnanimitatis illius exemplum, qvi eo ad salutem suam indigebat, vixqve credidit periculum, qvod tantopere ab ipso despici cernebat: sed illico fecerunt fidem sclopetarii per sepes dispositi, & globulorum ignitorum, qvibus impetebantur, grando. Palmerius illico armatus gladio, unicoqve comitatus servo, & paucis illis, qvibus certam tot armati intentabant mortem. In hoc incredibili ardore facit impetum, terret, & partes pariter divisus in omnes ita turbat, ut aberraverint fere omnes ictus in suos directi, experientiaqve constiterit, hoc Euripidis effatum esse verissimum: ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, *unum sapiens consilium multas manus superat.* Deniqve nemo ex suis cecidt, at ex adversa parte plures, & ipse certaminis auctor; unde ingens Palmerio dolor & mole-

ftæ lites. Sed cum tota provincia celebratæ ejus fortitudinis fama resonaret, opus fuit arte litigantibus solita, extraneum qvendam adsciscere, qvi provinciæ tribunalia declinaret, cogeretqve ad regium consilium confugere, ut judices convenientes daret. Verum qvo longius delata est illa controversia, eo ampliorem ipsi comparavit gloriam, tandemqve aggressores jure cecidisse, pronunciatum est.

Licet molestissimum ipsi fuerit hoc negotium, ob adversarios, qvorum benevolentiam omnibus officiis demereri optasset, & ob inæstimabilem temporis jacturam, interdum tamen literis operam dabat, & à foro in Musarum sinum se recipiebat, teste critico Epicheremate, qvo Lucanum cum Virgilio confert. Ipse enim ab initio refert, qvod ad reficiendum ingratis litibus animum fatigatum illud an. 1629. composuerit. Cum doctissimis etiam viris solebat conversari, imo illius ipsius litis occasione plures sibi amicos comparavit. Prolixam eorum mentionem facere non aggrediar; ac omnes silentio prætermittere foret iniqvum: ut justo itaqve officio fungar, præcipuos commemorabo, eodem fere ordine, qvem memini ipsum observasse, cum accepta ab illis beneficia recolebat. Ob singularem in Palmerium benevolentiam Chenalliæ dominus Parisiensis thesaurariorum curiæ præses integerrimus agmen debet ducere; qvamdiu enim vixit, familiarissimam fovit cum eo consvetudinem, & qvocunqve tempore Parisios peteret, domi suæ libenter excepit. Cl. Sarravius Parisiensis Senator vix tamen sine conten-

tione

tione illum sibi præferri, * qvoniam officiis & amore singulari prosеqvebatur Palmerium; ut ejus epistolæ editæ, & plures, qvæ lucem non viderunt, luculenter testantur. Haud exiguum etiam literarum numerum à DD. Ameloto supremi consilii Præside, Huillerio, Asnierio, & Bernerio gravissimis senatoribus ad ipsum habeo, qvæ ipsam redolent amicitiam. Musæ præterea & literarum studia jucundissimam conciliarunt benevolentiam ipsum inter & celeberrimos humanitate & doctrina fratres Puteanos, qvorum unus eximium de insignibus Galliæ tractatum Palmerio nostro inscripsit; ut antiqvitatum nostrarum accuratus indagator, ** & Palmerii amicorum non postremus, Roqvæus, idem argumentum tractans, judicavit observandum. Amicissime insuper cum eo vixerunt S. Petitus, Monmorius, Guietus, svavissimus Capellonus, Conrartus absolutissima elegantiarum norma, illustreqve omnium virtutum exemplar, & inexhaustum omnigenæ antiqvitatis penu Blondellus: qvod plurimis illorum epistolis possem confirmare.

Inter alia, qvæ sæpe de præstantissimis illis viris narrare solebat, memini controversiam ipsi fuisse cum Blondello, ob Normannorum nostrorum indolem. Cuivis notum, exteros nonnullos, ut Normannorum gloriæ, qvæ sive armis, sive literis totum re-

* deest hic aliqvid. forte *sinet*, aut *permittet*. eqvidem tollendum est vitium alioqvi venuste scriptum in tot mendis cubare, qvas tamen passim, pro virili, qvantum qvidem fieri potuit, emaculavimus. ** du Blazon. c. 8.

replevit orbem, detrahant, qvasdam consvetudines nostras calumniari, subleſtamqve nobis exprobrare fidem. Illius autem iniqvæ injuriæ occasio est, qvod legislatores nostri sanctissimam & inviolabilem fidem ducentes, sub conditione dari per aliqvod tempus, intra cujus interstitium posset revocari, constituerint, obtrectatores vero volunt, eos favisse levitati, atqve litigandi libidini. Ea qvidem iniqvitate non laborabat Blondellus, sed probare duntaxat satagebat, ea suspicione gentem nostram à primo illius adventu jam gravatam: qvia Theobaldus Blæsarum & Carnutum Comes vulgo dicebatur le tricheur, ut refert Tilletus. Nemo autem nescit, hac vernacula voce designari tricatorem, vel triconem, ut Julius Capitolinus de Vero Imperatore vocat hominem litigiosum & rixarum inventorem; hincqve deduci intricare & extricare: Omnia autem à tricis Græci dicunt τρίχες, † sive capillis, qvæ, ad qvævis impedimenta designanda, usurpantur, qvia pullorum pedes soleant impedire. Contra Palmerius probandum suscepit, illum Comitem non tricheur tricatorem; sed trescheur sive trescatorem dictum, à voce trescare, qvæ hodie etiam apud Italos tripudiare & saltare significat; qvod saltando & tripudiando certamina iniret & hostes aggrederetur. Nec proposito excidit, sive enim dirimenda controversia auctoritate, habuit auctorem Fauchetum, nostrarum antiqvitatum promum condum, qvi lib. 8. 2. vol. c. 16. dictum revera trescatorem, sive saltatorem asse-

O [illegible] rit,

† Nonius Marcellus in *trica*.

rit; & alterius denominationis, originisve dubitanter duntaxat, & laudem diligentiæ minima qvæqve observantis affectando, meminit: si vero ratione res agenda, sufficiet perpendisse indolem & fortitudinem gentis nostræ, qvæ magnam orientis partem, nempe imperium Constantinopolitanum, & tot occidentis regiones subegit, ut ab omni litigiosarum fraudum, qvæ ignaviæ sunt stratagemata, suspicione liberetur, neqve ea laboret Theobaldus Dux fortissimus; cujus generosæ alacritati contra optime conveniet saltatio, & instante certamine tripudium, ad animum, bellicæ gloriæ cupidissimum, significandum. Sane ad eundem modum generosi Lacones πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν, καὶ εὔτακτον ἔμβασιν τοῦ ποδὸς ad tibiam numerosqve, & qvandam pedum modulationem certamina inibant, teste Luciano de saltat: qvi insuper addit, eos à Castore & Polluce heroibus didicisse καρυατίζειν saltare ea saltationis specie, qvæ à Caryis Laconiæ urbe dicta est, impostêrumqve curasse, ut eorum ephebi æqve saltatione ac armis exercerentur. Imo Thessali bellica laude clari adeo conjunctam cum imperatoria majestate saltandi peritiam putarunt, ut suos Duces προορχηστῆρας præsaltatores nuncuparent, & in titulis statuarum eis erectarum scriberent, eos εὖ ὀρχησαμένους τὴν μάχαν probe pugnam saltasse, ad significandum, eos illustrem retulisse victoriam. Æthiopes etiam saltando pugnam auspicantur, neqve ullus eorum tela in hostes mittebat, nisi prius suam saltatione excitasset alacritatem, & hostibus

terro-

terrorem incussisset. Sic Dionysius saltando Lydos, Indos, Tyrrhenosqve & innumeras alias gentes subjugasse legitur. Sed ut ad Lacedæmones redeam, versus † Tyrtæi Poëtæ recitabant, & numeroso passu pugnaturi gradiebantur: imo pyrrichen saltationem militarem, & ad fortitudinem adeo utilem, ut cum ea bellicæ fortitudinis studium desisse putetur, Lacedæmonum esse inventum volunt: sed alii ad Pyrrhum * Achillis filium, sic à capillitio dictum, ut Neoptolemus ob militiam à teneris annis exercitam, dicebatur: qvod illam saltationem magis commendat, cum Ilium ea expugnaverit. Qvin Homerus Merionem Cretensium Ducem fortissimum, qvem Iliad. β. vers. 651. Marti similem facit, vocat ὀρχηστὴν saltatorem. Iliad. π. vers. 596. ut pateat saltationi eximium esse in pugnis usum. Qvod agnovisse †† Cadurchos & Chalibas cantu & saltatione hostem invadentes ex Xenophonte constat. Sed Martis ipsius sacerdotes id inprimis confirmant; à tripudiis enim & saltationibus Salii dicebantur, hymnisqve & saltationibus sacra sua mense Martio peragebant, pugnasqve imitabantur, unde ** Agonales dicti. Si qvis tamen eos deduceret ex Salica gente, & Saliis illis, qvos primos Francos A. Marcellinus vocat, vel ut † Zozimus ἔθνος Φράγκων ἀπόμοιρον gentem Francorum partem, à qvibus nostra lex Salica dicta, propius ad institutum nostrum

† Athenæus libro XIV. c. 7. * Serv. ad Æn. 2. Plin. l. 7. c. 56. Lucian. de saltat. †† de Cyri exped. l. 4. ** Dionys. Halic. l. 2. ††† Lib. 17.

ſtrum accedet, & inter Theobaldi Comitis finitimos à longo tempore ſaliendi inter arma viguiſſe inſtitutum probabit: qvod aliis etiam exemplis facile eſt confirmare. Carpeſii enim, Iberi fluvii accolæ, ſecundum Stephanum nec Gallorum duntaxat vicini, ſed propago, totus enim ille tractus Celtiberia dicitur, conſtatqve eſſe

- - - - à gente vetuſta
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Hi autem Carpeſii *erumpunt è caſtris tripudiantes more ſuo, repentinaqve eorum audacia terrorem hoſti paulo ante ultro laceſſenti incuſſum*, apud † Livium. Sic Ambrones, etiam Gallica gens, apud Plutarchum in Mario: κρούοντες ῥυθμῷ τὰ ὅπλα, καὶ συναλλόμενοι πάντες ἅμα *ad numerum concutientes arma, & ſimul omnes tripudiantes præliantur.* Imo tota gens Gallorum, unde hæc Manlii conſulis oratio ad milites ſuos, manus conſerere cum Gallis, varias Aſiæ regiones occupantibus, paratos: * *Non me præterit, milites, omnium, qvæ Aſiam incolunt, gentium Gallos fama belli præſtare, inter mitiſſimum hominum genus ferox natio, pervagata bello prope orbem terrarum, ſedem cepit: procera corpora, promiſſæ & rutilæ comæ, vaſta ſcuta, prælongi gladii: adhoc cantus ineuntium prælium, & ululatus & tripudia* &c. Deniqve is mos inter Normannos inprimis viguit, & *cachinnis, exprobrationibus cum inſultatione & deriſu hoſtes ſolebant laceſſere*, teſte Abbate Reginone de Normannorum geſtis ante Rollonem ad an. 891. Theobaldus igitur,

† Lib. 13. * Liv. lib. 38.

tur, veteribus ferocis patriæ institutis morigerus, tripudiando & saltando inibat certamina, proptereaqve *trescatoris* seu saltatoris cognomen obtinuit inter Gallos, qvorum antiqvam ferociam politior Romanorum consvetudo jam cœperat temperare, & reddere mitiorem. Sic suam potuit stabilire sententiam Palmerius, & ab errore amicos revocare: iis etiam potuit exqvisito judicio prodesse. Unde non raro consultus à clarissimo Malherbæo: Malherbæus, inqvam, Gallicarum Musarum deliciæ, & seculi sui decus ejus judicio multa ad literas pertinentia sæpe permisit. Sic aliqvando dubius & fluctuans inter duo symbola, qvæ excogitaverat, & ita convenire Ludovico XIII. judicabat, ut, qvodnam præferret, dubitaret, ad illius arbitrium illa detulit. in utroqve clava cernebatur; sed unum hæc verba habuit: *va monstris*, qvæ sua brevitate placebant, mentemqve simul ingenti sensus amplitudine replebant: alterum vero illa: *erit hæc qvoqve cognita monstris.* Qvæ magis arrisere Palmerio, qvod ad numeros composita blandius aures demulcerent, & insuper honorificam insinuarent comparationem filium inter, & Henricum magnum patrem, cui clava etiam placuerat. Qvare in Palmerii judicio acqviescere non dubitavit Malherbæus, illudqve symbolum prælatum etiam hodie legitur in Parisiensis computorum cameræ frontispicio.

Cæteri Palmerii amici ignoscant eum in patriam reducenti, & præ festinatione multa similia, qvæ norunt supprimenti: sat diu à libris & fraterna domo abfuit, hos ergo veteres amicos tandem revisit, & diu-

turnam abſentiam aſſiduo cultu compenſavit; abſentium tamen amicorum ſemper fovit memoriam, eisqve otii ſui rationem modo reddebat, modo ab iis exigebat, nonnunqvam & munuſculis gratum ſuum animum teſtabatur. Sed dum incautus innocuis amicitiis indulget, in fallaces amoris laqveos incidit, præſtanti enim nobilis puellæ forma, & ingenioſis blanditiis ita captus eſt, ut arti amatoriæ, cæteris ſepoſitis, duntaxat daret operam, & totum ſcilicis carminibus, epiſtolisqve ſuas flammas ſpirantibus tempus largiretur, qvod melioribus ſtudiis deberi ſvadebat ratio, † monebant amici, & ipſe tandem propria mentis luce, absqve Leucadis petræ auxilio, qvo Jupiter, ipſa Venus, & multi heroës eguiſſe dicuntur, valuit agnoſcere ut in eleganti dialogo Græco, ſub nomine *Dyſeraſtis*, ſuo familiari Paramythio ad conſervandam dulcis erroris memoriam narrare voluit.

Leviter hanc imbellis cupidinis militiam tentavit, ſed generoſæ militiæ ſedulo vacavit, & qvas inter exteros artes bellicas didicerat, pro patria exercere ſummo honori duxit. Qvamobrem vix audito claſſico, qvo convenire ad ſigna, & Ducem Longovillæum, Normanniæ præfectum, ſeqvi in Lotharingiam nobiles jubebantur, illico cum egregio comitatu properat ad eum Palmerius, & eqvitum turmæ ductor conſtitutus aſſiduam & generoſam cum ſociis navavit operam, donec honorifice dimiſſus ſplendidum illuſtriſſimi Principis reportavit teſtimonium, in

† Vid. Cupid. Cruci. A. Gabbema.

in campo S. Nicolai 2. Oct. 1635. datum: qvod cum plurimis ejusdem Principis epistolis servo, ut totidem illius erga Palmerium benevolentiæ monumenta; iis etiam res satis momentosas non raro ipsi commisit, & ad gravissima inter vicinos dissidia componenda auctoritate sua munivit, sicqve validissima argumenta sunt, plurimi fecisse ejus judicium, solertiam & magnanimitatem.

Imperata illa militia, qvam * *Heribannum*, qvasi *domini convocationem*, vel *ad bellum convocationem*, solemus nuncupare, functus, non existimavit, ut plures, omni se satisfecisse officio; anno enim 1641. victricia Regis signa honorarium militem seqvutum fuisse, datis in campo, juxta Basseam Bastellaniæ insulæ urbem 22. Oct. 1641. diplomatibus, regius in Normannia tunc legatus, & exercitus Dux Grammontius testatur.

Redux inter suos, secundum consvetudinem suam & beneficos mores nulli obesse, omnibus autem prodesse conabatur. Horum componebat lites, illorum animos invicem offensos conciliabat, & firmum communis tranqvillitatis vinculum haberi meruerat: sed fatalis rerum series, qva tristia lætis solent succedere, alcedonia illa non permisit esse diuturna: juxta Vandoperam degebat levis armaturæ eqvitum ductor, qvi audacia, temeritate, & in ferendis militiæ laboribus pertinacia, ex infima sorte ad munus illud pervenerat: is corroboratam longa in hostium solo consvetudine licentiam inter cives, pacis tempore, exercere, & omni scelere vicinos vexa-

* *Roqvæus de Banno & Heriban.* c. I.

re aggreditur. Miseros contra tuetur Palmerius, & vexatorem monet officii. Sed scelus non fert habenas, nititur in vetitum, & qvo fortiorem offendit obicem, eo vehementius furit, & bacchatur: fit itaqve concursus prudentiæ cum vecordia, fortitudinis cum ferocia, & virtutum cum vitiis atrocioribus, utqve virtus à recto suo tramite neqvit deflectere, sic non potuit Palmerius, ne suæ virtuti deesset, non reprimere insurgentem adversarium. Timoleon fratri, & J. Brutus liberis, cives lædentibus, non pepercerunt; nec ipse hanc belluam, iis, qvarum oppressio præmiis remuneratur, ferociorem ferre potuit. Qvia tamen in regnis bene constitutis licere duntaxat magistratui in facinorosos animadvertere noverat, jure & legibus egit. Testes illico fide digni proferuntur, qværimoniæ undiqve advolant, & illi ipsi oppressi, qvi metu prius exanimabantur, simulatqve oppressorum causam in se suscepit Palmerius, ejus generositate recreati perseqvuntur reum, criminaqve horrorem incutientia patefaciunt. Hi incendiarium, illi latronem probant; adsunt viri, qvi violatam uxorum pudicitiam, & mulieres, qvæ cædes liberorum, maritorumqve ab ipso patratas qveruntur. Illico captus reus vinculis traditur, & jam in delectu supplicii totum negotium versari videbatur, cum rei fautores ab inferioribus judicibus ad parlamentum Rothomagense, & ab hoc, capitalem meditante sententiam, ad sanctius Regis consilium causam tandem deferri curarunt. Tunc advocati in auxilium centuriones, tribuni, legati, & magna

gna

gna militaris ordinis pars, proceres etiam favere visi sunt, & ipsa Regina mater juris, & regni columen benignas aures præbebat. Sed ad primam scelerum descriptionem cohorruit, judicibusque imperavit, ut suo fungerentur officio. Damnatus itaque, sed in ultimo spei naufragio versanti sacra anchora adfuit, privilegium scilicet anniversarium, à morte revocandi facinorosum, quo à mille annis S. Romani feretrum ob immanis draconis cædem gaudere jactant Rothomagenses, ut videre est apud Thuanum l. 78. Ad hoc itaque refugium reus confugit, &, quo sceleratior erat, eò ad privilegii amplificationem dignior videbatur. Sed admirando Dei judicio accidit, ut tunc vir nobilis Rothomagi haberetur in vinculis, ob cædem non sponte patratam, quem tamen certa mors manebat, nisi illud privilegium ipsi succurreret. Hunc igitur amicis & favore adjuvit Palmerius, hacque ratione utilem patriæ civem facinorosi supplicio redemit.

His curis solutus totum se literis reddidit: commodo tamen anni tempestate Parisios petebat, ut suavissima amicorum consuetudine frueretur, & partas studio suo opes cum ipsis communicaret, literisque cæpta commercia perficeret. Ex ejus epistolis & J. Turgotii D. de S. Claro sacri consistorii Senatoris ad ipsum disco, hoc tempore patriam non exiguo officio demeruisse; quandoquidem amplissimum illum virum, cujus ingens vis ingenii, & in rebus agendis incomparabilis dexteritas erat, post exem-

tum rebus humanis Ludovicum justum, in patriam reditum meditantem, hortatus est fortiter, ne stationem desereret; idque obtinuisse innumeris fuit fructuosissimum.

Sic sua sorte contentus vivebat, sed carissimum fratrem funestus morbus an. 1648 post graves aliquot assultus, ex ejus consortio rapiens, omnem ejus lætitiam amarissimo luctu infecit. Sexagesimum excesserat annum Joannes Palmerius Baroniæ Vandoperanæ dominus, Jacobi frater major natu & unicus: adolescentiam suam aulæ dederat, & apud Henricum Borbonium Principem Condæum Camerarii officio functus fuerat; sed maximam reliquæ ætatis partem sui beatus ruris honoribus domi transegit, res suas & fraternas pari studio curans. Sic fratri reliquit ingentem, cum insolita cura, lucrum. Summa tamen ejus constantia ei par fuit, & in sapientissimo Dei consilio Christiane acquievit. Verum, qui dolorem fortiter tulerat, impatienter tulit contumeliam, nisi potius contumeliæ ictus, cicatrice doloris nondum penitus obducta, ipsi atrocior visus est. Res sic se habebat: juvenis nobilis florentis ætatis superbiens petulanter Palmerium aggreditur, videturque per substrati viri generosi decus iter ad gloriam affectare. Jam vergebat ad senium ejus ætas; * sed γῆρας λεοντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν *senium leonis præstat vigente hinnulorum robore.* Indignatio igitur sopitas excitat vires, mentemque, ne ad eam Christianæ tolerantiæ, quæ ferendo superat injurias, pateret aditus, præoc-

* Hippothom. apud Stobæum serm. 114.

occupans, furenter urget ad vindictam: congrediuntur paribus armis, & illico senex juvenem domuit, domitumque exarmavit. Illud autem certamen eleganti carmine, Γεροντονεομαχία inscripto celebravit clariss. Petivillæus, Senator Rothomagensis, amicitiæ & tempori indulgens. Nondum enim Ludovici Adeodati auctoritate leges, hanc licentiam coërcentes, suam vim redivivam recuperaverant.

Hactenus rerum domesticarum curis pectus exuerat, & fraterna domo usus sua abstinuerat, quo liberius studio & necessariorum officiis vacaret; sicque per 40. annorum circiter curriculum, quo in patria vixerat, cum fratre & familia fraterna conjunctissime degere consueverat; diuturnam illam & fere individuam societatem fratris ipse exitus non valuit dirimere, fratriæ enim suæ viduæ operam suam addixit, & in ferendis ejus viduitatis incommodis ita adjuvit, ut ea vix senserit, si acerbissima jucundissimi cum dilectissimo marito consortii avulsio excipiatur. Non potest satis celebrari vis virtutis, dum fratriæ mœrorem solando lenire conatus, ipse suum solatur, & illius constantiæ exemplo adeo constantem se præbuit, ut totus in heroinarum admirationem conversus, ex omni antiquitate quinquaginta præstantiores selegerit, & earum celebratione versibus Gallicis facta, fratriæ pietati litare voluerit. Sed eheu! animus præstantissimæ illius matronæ marito insolabiliter annexus, dum suis se expedire ærumnis nititur, expedit se corpore,

&

& in cœlum, fruitura Deo, & optatum conſ
recuperatura fertur; ſic obiit in Domin
Berneria, ex nobiliſſimis Berneriorum & Q
tanorum proſapiis ortum ducens. Patrem e
buit Joannem Bernerium, Fontani, dulcis
& Vallium dominum; & matrem Annam
cetanam; marito tabulis matrimonialibus
an. 1602. juncta, per 46. annos cum ipſo t
le vixerat, & ejus felicis conjugii ſeptem lib
perſtites præclara fuerunt pignora, in quib
vivæ parentum virtutes perſeverare cer
tur.

Perculſus hac dilectiſſimæ familiæ cal
Palmerius fatiſcebat, & quod acerbiſſimum
quo levaret luctum, & animum erigeret, null
parebat remedium. Ut enim, quæ neceſſa
funeribus communia ſunt, prætercam, privat
gebatur ob mutandam vivendi conſuetudine
que enim liberi in ejus conſortio educati, p
rentes in patriam cœleſtem admiſſos, domi
remanebant, quia è tribus maſculis major nat
tractis publico diplomate 5. Mart. an. 1633
nobiliſſima virgine Anna Corduana, illuſt
equitis D. Mimbræi, & illuſtriſſ. Beaumanoiri
nuptiis in privatum conceſſerat domicilium:
G. Palmerius militiæ addictus in exercitu regi
liorum Mareſcalli munere fungebatur: juni
cobus Palmerius, qui nunc levis armaturæ eq
tribunus eſt, jam turmæ equitum ductor dom
erat: e quatuor filiabus tres jam matrimoni

fuerant; & juniorHelena Palmeria domi ſola ſu-
perſ‍erat, quæ quidem patruum ſtudioſe colebat, ab eo-
que impenſe diligebatur; ſed benigna Dei providen-
tia ad noſtrum connubium deſtinata, breviſſimum
ipſi conſortium pollicebatur. Vacuam igitur domum
dulci, qua delectari ſolebat, ſocietate relinquere co-
gebatur, imo fugere, ut ſe à funeſto eriperet lu-
ctu. Amœna enim Vandoperæ prata, fæcundiſſi-
mi agri, & jucundum nemus, quæ ejus oculis nuper
adeo arridebant, recentem tunc exaſperabant dolo-
rem, & dominorum funeribus atrata videbantur.
Ipſa Diva languidius juxta ædes putabat fluere, ut
ejus lacrymas ſollicitaret; lætiores avium cantus
neniæ erant; Muſæum denique ipſum ſepulcreti
ſpeciem ipſi præbebat, & libros in eo, ut totidem lo-
culos, contemplabatur; adeo mœror omnia infi-
cit, & ſuis oculos imbuens coloribus amœniſſima
quæque efficit lugubria.

Non fruſtra tot jactatus eſt ærumnis, iis enim non
ſecus ac vehementibus procellis in portum delatus
eſt tranquilliſſimum, Cadomum dico, urbem flo-
rentem, & elegantiſſimorum ingeniorum fœcun-
dam, quæ blande ipſum excepit. Humanæ tamen
amicorum converſationes omnes ſolitariæ vitæ in-
commoda non auferebant, ut itaque amandarentur,
& Palmerius firmiter retineretur, illius familiares &
amici devinciendum vinculis matrimonialibus cu-
rarunt; conſiliiſque & cohortationibus obtinue-
runt, ut de nuptiis Margaritæ Samborneæ, ex nobili
inter Anglos proſapia oriundæ ſerio cogitaret:
quod

quod ſucceſſu non caruit; eas enim nuptias 5. Oct. die ſolemni benedictione perfecit, & concordiſſimi ſimul vixerunt ad annum 1663. quo conjux cœlum cum terra commutans eum cœlibem impoſterum vitam ducturum dereliquit.

Interea non fuit inutile Cadomenſibus ejus contubernium: nam politior illa Academia, quæ viros ex quovis ordine celeberrimos & præſtantiſſimos complectitur, ab ejus adventu ortum duxit; isqve inter eos, qui de illa formanda conſilium ceperunt, primus à clariſſ. Brioſio in epiſtola ad ampliſſ. Turgotium celebratur. Nemo autem in dubium debet revocare, quin illud inſtitutum laudes mereatur immortales: quemadmodum enim benigniora ſydera ſimul congredientia fortius influunt, & ampliora præſtant commoda, quam cum aliquod ſidus ſeorſim agit, & privatas tantum exerit vires: ita doctorum virorum concurſus innumera reip. literariæ beneficia poteſt præſtare: imo dum ſua ſtudia conferunt in unam ſocietatem, æmulatione quadam excitantur, & mutuatis â ſe invicem diteſcentes luminibus abſtruſiſſima quæque penetrare, & tenebricoſiſſima illuſtrare valent. Hinc nobiliores Italiæ urbes, & Lutetia ipſa urbium regina Academias habent, & earum ope ad illuſtrandum gloriæ ſuæ decus indiguiſſe arbitrantur. Hoc ornamento igitur Cadomus noſtra inſigniri etiam meruit, multumque debet Palmerio, Academiæ ex parte auctori.

Quam-

Quamvis Academiæ Cadomensis institut o laudabilis esset, & omnes Academici in omni doctrinæ & elegantiarum genere excellerent; ex eaque institutione, & horum sodalitio non exiguus redundet in Palmerium splendor, expatiari non libet in describenda illustri illa societate: sat dulcissimis versibus & aliis meritis innotuerunt Briosius & Hallæus, Segresiusque, carmina Virgilianorum æmula Gallico idiomate fundens; sat novit doctior orbis Grandorgæum, Torodeum, Huetium, ex doctissimis Galliæ nostræ viris electum, ut regiis Delphini studiis præficeretur, celeberrimum Menagium, & Magnum Bochartum, cæterosque perenni fama dignissimos: sed cum non sit minor virtus, quæ sapienter instituta sunt, fortiter tueri, non debeo tacere, quod invida otiosorum malignitas in illustrem horum virorum societatem ausa fuerit dentes exacuere, & coram humanissimo principe Longovillæo famam illius arrodere: sed propugnator opportune adfuit Palmerius, qui ejus studia & instituta enarrans compressit ora calumniæ Academiamque ad bonum literarum, regni emolumentum, & ornamentum urbis natam esse validis argumentis comprobavit. Sic repressa malevolentia visa se continuisse; sed quod palam tentaverat frustra, clam peragi posse speravit. Principem igitur furtim & inter familiaria colloquia adoritur, nullos adesse Academiæ fautores rata: at illustrissima Bevuronia, nunc Arpajonia Ducissa, qvæ præstantissimam in venustissimo corpore gerens animam, cui

gra-

graves Palmerii sermones inhæserant, fecit, ut absens etiam de obtrectatoribus referret victoriam; unde unanimi Academiæ decreto præclarissimæ heroinæ per Palmerium gratiæ actæ sunt: tunc omnibus applaudentibus suos habuit conventus Academia in domo clariss. Briosii, meditullium & celebriorem urbis partem exornante: eximiæ enim Briosii virtutes, candor, singularis eruditio, & summa humanitas tanto in pretio semper extiterunt inter Academicos, ut omnes ei ultro cesserint jus eos convocandi, excipiendique, si paucæ aliquot vices, quibus hic honos habitus Palmerio, excipiantur. Itaque cum incredibili gaudio vidit hanc societatem florescere, & benignissimo Principis præfectorumque urbis favore, gaudere; in dies etiam augescentem vidit sub generosi Montauserii principi succedentis protectione, & optime constitutam illam reliquit moriens, imo etiam aliqvot annis post illius mortem viguit, sed Briosii morte prostrata videbatur, cum illam erigere dignatus est illustrissimus Matignonius, qui nunc etiam illam fovet, & ad curam inferioris Neustriæ, ipsi à rege commissæ, illius conservationem pertinere arbitratur.

Dum inter doctos sodales exultat Palmerius, P. Puteani morte affligitur, vixque illam defleverat, & J. Puteanum solari studuerat, cum ab illo varia monumenta ad honorandam defuncti fratris memoriam accipit, unaque acerbissimum fati præmaturi clariss. Huillerii nuntium, quo iterato ictu pene concidisset, nisi deficientem digna amplissimi Bellovræi,

ad principalem Senatus Parisiensis dignitatem
o recreasset: sic utramque fortunam cum iis,
um benevolentia fruebatur, partitam habebat,
societatem luctus vel gaudii amantissime se
ebat, ut ex ejus literis & responsionibus colli-

erea atroci corripitur morbo, sævisque crucia-
doloribus, quos tamen patientia superavit, & à
editationibus nunquam abstinuit, sed pro in-
gemitu orationes fundebat, quas interdum
ius etiam exprimebat; imo sepositis propriis
ibus amicorum calamitati duntaxat indoluit,
acerbissimo generosi Rucquevillæi, & præstan-
iæ Luzernææ casu patuit: hos ipsas charites
se, polivisse & leporibus, elegantiis, virtutibus-
omnibus ornasse dixissent, quicunque chariti-
osis præstare, virtutumque omnium absolutum
endium esse dominam Luzernæam, ipsorum
em ignorare potuissent: frater, ut nativum de-
ugeret, exteras nationes, & Regum aulas fre-
taverat; tunc vero magna generosæ indolis
acerrimos Ipræ oppugnatores dabat specimi-
soror autem flos virginum, & provinciæ no-
ornamentum eximia forma & suavissimi inge-
poribus omnes rapiebat in admirationem; im-
duntaxat fatum non flexit par illud nobilissi-
i, sed fratrem sororis animæ dimidium inter
um strages exultantem insidiose percussit, eo-
que ictu illam dolore confecit, & utrosqve cœ-
excepit. Sic olim apud Callimachum Ba-

P silo

silo Menalippum fratrem in ipso rogo voluit comitari, sed atroci manus & ferri opera indiguit ejus amor, qvi piissimæ Luzernææ solus suffecit. Tanta damna Palmerius cum omnibus bonis sensit, & deflevit, sed amicitia innumeris officiis cum utrisque exercita ingentem luctum ipsi peperit, qvem elegantissimis versibus Gallicis & Italicis lenire, unaque perenne caritati fraternæ monumentum erigere conatus est. Hæc & similia officia æstum morbi, qvo angebatur, temperabant, suarum etiam observationum communicatione delectabatur, & cujuscunque pretii essent, nunqvam eas amicorum fidei committere dubitavit. Testis nobilissimus Bigotius, ad qvem an. 1659. misit, qvas fecerat in Polybium animadversiones, ut Bœclerum, Argentinæ novam Polybii editionem adornantem, earum faceret participem: testis celeberrimus Menagius, cui paulo post suas in Laërtium observationes dedit, qvarum etiam in doctissimis commentariis aliqvoties meminit, sæpiusqve fecisset, nisi, qvod doctis solet accidere, in eamdem multoties sententiam convenissent: testis etiam clarissimus Ezechiel Spanhemius veteri amicitia mihi conjunctissimus, cui illustrationem Lucani meditanti amplissimam Dissertationem, in qva difficiliores hujus Poëtæ loci explanantur, benigne concessit; eademqve humanitate erga plures alios usus est.

Interea morbus vires acqvisivit eundo, & qvasi patientia irritaretur vehementius urget: non amplius curru vehi, vel aqvo insidere, vel incedere pedi-

bus

ius valet æger; vix ac ne vix qvidem patitur lectum, ægerrimeqve urinam guttatim emittit; qvamobrem non levis de calculo oritur suspicio: itaqve initio anni 1659. Parisiis evocatur Colo celeberrimus λιθότομος, qvi morbo & affectis partibus exploratis sectionem certis indiciis esse necessariam judicavit: ad eam igitur necessaria parat, dum Palmerius de eventu incertus suis rebus consulit, condit testamentum, animam Deo commendat, continuosqve cum amicis serit sermones de spe sua, & futura, qvam anhelabat, beatitudine. Nunqvam visus animus excelsior, & terrenna omnia magis despiciens. Solemus eos, qvi viribus integris & mente sana inter cruciatus & tormenta ad extremum usqve spiritum constantes perseverant, magnifacere; at violenta tormenta citissime enecant, tenuis auræ instar ensis jugulum petit, & * ferri frigore primo extingvit vitam; ignes & laqvei illico suffocant, sufficitqve ad vincendum expectasse paulisper: longe igitur majori admiratione digna illa constantia, qvæ superatis per plures annos continuis cruciatibus, ad atrociorem ultro se parat, ut illius opera tranqvillitatem cum majori Dei gloria, & proximi commodo valeat adipisci. Novaculas, forcipes, forcipulas, scalpra, dilatatoria, ungulas, & innumera alia excarnificandis hominibus apta Palmerius placide videt expediri, nec magis commovetur, qvam si ad ignoti cadaveris dissectionem pararentur, sola vincula ferre noluit, iis multo fortius esse animi sui propositum asserens.

* Stat. Theb. II.

Sic Cajus ille Marius, qvem *plane virum* vocat Cicero, Plutarchusqve magnopere celebrat, eo,qvod primus omnium solutus fuerit sectus; at Mario varices tantum secabantur, neqve omnes secari passus est: Palmerius vero ad intima usqve viscera ferrum admisit, discerptisqve exqvisitioris sensus membranis per sangvinis latices violentæ ingentium calculorum extractioni viam dedit: calculos dico,non enim unicus fuit, aut duo, tresve, sed novem, qvorum minor nucem juglandem superabat. Spectatores sane obstupuerunt ad rigidam senis septuagenarii patientiam, diutiusqve neqvibant ferre λιθοτόμον, dum unumqvemqve extraheret calculum, & instrumenti tactu alium deprehenderet, dicentem octies superesse adhuc: ipse contra,qvasi callum obduxisset dolori, vel obmutescebat,vel accuratissimam disqvisitionem mandans, Deum, ut ad ejus gloriam curatio cederet, precabatur. Votis respondit eventus, feliciter curatus est,& qvemadmodum post duros labores est qvies gratissima,post ingentes dolores sanitatis commoda recuperavit. Sed paulisper duntaxat ejus animum recreavit illa tranqvillitas,vixqve suffecit, ut ad novum certamen ipse alacrior redderetur. Idem enim morbus redintegratis viribus convalescentem iterum invasit, & vehementius, qvam antea, concussit; qvasi semel vidisse Palmerium, difficillima patientiæ exempla præbentem, non suffecisset: intra igitur anni spatium calculus qvater, vel qvinqvies prioribus major coaluit, sectioqve repetenda, & vi maxima, ut exitui sufficeret, dilatanda fuit.

fuit. Sed qvo sæviores fuere dolores, eo clarior ejus virtus evasit, & nobilius, sub qvo pertinax ille morbus cum fractis viribus prostratus cernebatur, sibi erexit monumentum.

Simulatqve respirare potuit, gratias liberatori Deo egit maximas, & ejus cultui reliqvam vitam pie mancipavit, succisivas horas amicitiæ & honesto studio concedens. Qvare nænias funebres in obitum L. Seltzii maximæ spei adolescentis, & ex illustrissima Germaniæ prosapia oriundi, Græcis, Latinis, Gallicis, Hispanicis & Italicis versibus tunc cecinit. Cecinit etiam *humi nascentia fraga*, & eorum Metamorphosin, idyllio Italico *la fragola* inscripto, omnes politissimas Tusciæ svavitates redolente, ingeniosissime descripsit. Unde, qvamvis mense Martio maturuerit hæc *fragola* (qvo fraga non inveniuntur, nisi cura incredibili, ut illa, qvæ Ludovico XIII. singula singulis aureis nummis constasse dicuntur) eruditissimis tamen clarissimi Totii Ferrarii, Senatoris Rothomagensis, Conrarti, & Capellani palatis jucundissime sapiebat; ut ex eorum verbis, aut ad auctorem epistolis didici.

Ex ejus manibus evolabat hoc opusculum, cum lætus attulit nuncius diu optatam regii Delphini nativitatem: exultavit senex patriæ amantissimus, & abstrusos in frigidis venis igniculos suscitans dialogum Græcum ducentorum versuum composuit adeo celeriter, ut duodecimo ab illustribus illis natalibus die lucem videre potuerit. In eo nihilominus ingeniosa inventio, apta dispositio, Atticus lepos, &

omnigena ornamenta cernuntur. Nolim tam dissimulare, audaculam viris qvibusdam mag hanc fictionem visam fuisse, qva pisces mutos fin loqvutos: sed pace illorum dixerim, eam sapient senis modestiæ convenientissimam fuisse; qvippe q svaves lusciniæ modulationes, vel excellentes d rum cantus noluerit spondere, sed suum senium sibus repugnans, cum piscium silentio mal comparare, ut vim, qvam propensissimo in pa amore inferebat ætati, melius exprimeret. præterea expressione præstantissima divinæ M intelligentia, qvam ne ipsum qvidem silentium fu cuiqve pisces, cæteris muti, diserte loqvuntur, vel po tius ejusdem Musæ potentia maxima, qvæ valet d gves reddere disertos, significatur. Unde * Hora tius sic Melpomenem alloqvitur.

O mutis qvoqve piscibus
Donatura Cygni, si libeat, vocem.

Nec audaciora exempla desunt: habemus enim *προσηγόρους δρύας loqvaces qvercus* apud Æschy lum; & apud Ovidium Metam. l. 13.

Vocalemque sua terram Dodonida qvercu.

Et ** *Dodonam loqvi frondibus* dixit Symmachus: imo navis Argo, ex his constructa lignis, alloqvitur sæpius Argonautas apud *** Apollodorum. Sed ne aliqva divinitatis suspicio hæc exempla minus idonea efficiat, apud Virgilium †

- - - - *gemitus lacrymabilis imo*

An

* Carm. l. 4. od. 3. ** Lib. IV. Epist. 33. *** Lib. 1
† Æneid. 3.

Auditur tumulo.

*Calamiqve loqvaces,** secundum Petronium, vel secundum ** Ovidium *creber arundinibus tremulis lucus asininas Midæ aures* prodiderunt; qvin ipse S. Spiritus Jud. 9. varia arborum genera introducit loqventia; neqve ullus recentiorum Poëtarum ab hoc more abhorruit, testibus Gallis, Hispanis & Italis, Lusitanisqve, qvorum unus spiritum propheticum non dubitavit concedere promontorio Bonæ spei, ut Vasconi de Gama futuras calamitates prædiceret, qvæ temerarios suorum ausus manebant. Præterea apud Æsopum habemus ipsum Delphinum colloqventem; & apud Lucianum extat etiam dialogus Delphini & Neptuni. Nec mirum, si loqvi dicantur, qvæ signis suos affectus norunt intelligenter exprimere: nam *capto à Rege Caria, alligatoqve in portu delphino, ingens reliqvorum convenit multitudo, mœstitia qvadam, qvæ posset intelligi, miserationem petens, donec dimitti eum rex jussit*, inqvit *** Plinius. Neqve signa dumtaxat piscibus sunt concedenda; habent enim qvasdam voces eorum nonnulli, ut pæciliæ, de qvibus Pausanias in Arcad. & illi, de qvibus **** Athenæus, piscisqve, Hajul Sinis dictus, qvem Martinus Martinii in descritione Sinæ infantium clamores imitari testatur; delphinis inprimis, qvi præ aliis piscibus respirandi facultate pollent, testibus Theophrasto † & Aristotele, voces non inepte conceduntur, maxime cum habeant

* Satyr. ** Metam. II. *** Lib. IX. c. 8. **** Dinosf. l. VIII. c. 1. & 2. † De Pisc. de resp. c. 12.

beant lingvam latam ac mobilem; ut locis citatis Plinius & Aristoteles docent, imo eos vocales esse expresse affirmant. Sed licet alias nunqvam fuissent, cum extraordinarii eventus etiam multis usum vocis aliqvando concesserint, qvis jure eum denegaret delphinis, nascente augustissimo Delphino, cujus gloriam totus terrarum orbis celebrare tenetur.

Hæc opuscula, & suas in triginta auctores Græcos exercitationes in eum ordinem, qvo editæ sunt à Gaesbekiis Leidæ an. 1668. cura doctissimi Grævii redegit. Inter graves & acutos morbi sui dolores, qvod miratus Briosius, hoc versus fudit:

Qvas fers victrices palmas umbonis in orbe
Palmeri, celsa qvam bene mente refers!
Nititur adversum pressantis pondera molis,
Et dum curvatur palma, resurgit ovans.
Niteris adversum pressantis pondera morbi,
Et dum decumbis, nobile surgit opus.

Dum præla desudabant, inexpectatum Palmerio munus à Rege demandatum est. Crebris augustissimi Regis aures personabant qverimoniis eorum, qvi Protestantes dicuntur, qvod leges in illorum gratiam latæ violarentur, & templa olim ipsis concessa auferrentur; adversantes contra Ecclesiastici variarum usurpationum illos accusabant, utqve causæ cognitio diferretur, obtinuerunt, ut per singulas provincias duo præfecti ex utraqve parte constituerentur, qvi in legum infractores inqvirerent: ex his unus

fuit

sit Palmerius, & regio diplomate, 29. Novemb. an. 1664. Parisiis dato, huic muneri cum integerrimo Majo in Neustria inferiori Intendente præfectus est, conjunctissimeqve & unanimiter illud gesserunt, neqve, qvas miserias levare non valuere, auxerunt.

Undiqve blandientis famæ aura afflabatur Palmerius, qviqve ejus criticas observationes tunc legebant, perspicacitatem, variam eruditionem, diligentiam, & subactum judicium magnis efferebant laudibus: nihil tamen ei jucundius, qvam singulare obseqvium hujus operis dedicatione testatum fecisse erga illustrissimum Ducem Montauserium, cujus merita in se agnoscebat ingentia. Revera magnus ille heros summa eum benevolentia semper proseqvutus est, suis sæpe beabat literis, & ab eo acceptas libenter excipiebat, nec à se qvemqvam Cadomum versus solebat dimittere, cui non mandaret, suo nomine Palmerium honorifice compellare; qvin eo ipso die, qvo hanc vitam cum meliori mutavit, dumqve extremos ageret spiritus, dulci hoc solatio perfusus est, audivitqve nunciatam ab ipso salutem, & ejus memoriam ei caram esse, cui præ omnibus probari exoptabat. Etiam post fata Dux generosissimus amavit Palmerium, ejusqve constantiam celebravit, & ejus affinibus, ob ipsum, omnem ulto pollicitus est favorem, atqve, qvod inprimis commemorandum, lucubrationum ejus curam habuit, humanissimisqve literis ad me datis, ut cum publico eas communicarem, primus auctor extitit; jure tamen & merito; illius enim hortatu *Græcia* suæ incubue-

rat: illum qvidem Christina olim, ingenti patris decore suoqve fulgens, ad hoc opus suscipiendum impulerat, & amici omnes urgere non destiterant; sed sola omnes præsecabat moras Montauserii auctoritas, & ad optatum finem jam jam perductura videbatur, cum in funestum, Augusto mense an. 1669. ineunte, incidit morbum. Non statim despondit animum senex generosus, imo adorientis hostis impetus fortiter nititur frangere, & fregisse putabamus: sed Februario mense anni seqventis morbus recrudùit, lentisqve febris continuæ ignibus auctus, ægrotum jam senio confectum validius oppugnavit. Nunqvam acutiores ictus ulla excepit patientia, nunqvam atrocioribus tormentis virtus cruciata est: modo pungentibus ischiadis aculeis torqvebatur; modo debilitati renes, & continuo accubitu adusti ab officio cessantes, ipsum acriter vexabant; modo longis agitabatur insomniis; sæpius omnes illi angores, qvasi agmine facto, simul sævientes in ipsum irruebant; deniqve nihil sani in ipso remansit, præter mentem, qvæ insuperabilis ducis, arcem propugnaculis propugnantis, instar ubiqve aderat, & hostiles impetus fortiter propulsabat. Sed in tanto discrimine, qvemadmodum vix ingruentia undiqve tela possunt omnia declinari, dumqve unum protegitur latus, ictibus adversis alterum patet; sic Palmerio accidit: etenim, dum contra validos dolorum impetus suam tuetur constantiam, nullis ea ictibus læsa est; at non valuit ad extremum usqve momentum ratiocinandi facultatem ab omni læsione omnino liberam

vin-

vindicare; nubeculis enim qvibusdam ex infima corporis regione, paulatim deficiente, subortis petita, delirium nonnunqvam passa est: sed, qvod satis mirari non potest, hoc ipsum delirium in partem ejus laudum venit, cum nunqvam contigerit in re seria, & alicujus momenti; verum si rumores referrentur, eos aliqvando cum aliqva veteri historia confundebat, & ad lusum composuisse, cum referebat, videbatur. Si de rebus domesticis, & familiæ statu ageretur, à proposito divertens expatiabatur, nec semper apposite respondebat: verum, cum de Deo, de beatorum vita, & de prævia fide, spe, caritate, cæterisqve virtutibus sanctitatem, sine qva Deum nemo videbit, componentibus, illi sermo habebatur, attentum præbebat animum, convenientia dabat responsa, variaqve S. Scripturæ oracula recitabat, qvibus suam sustentari fiduciam testabatur; idqve tanto cum judicio, ut omnibus abunde constaret, tam altas in eo radices egisse pietatem, & in mores ejus ita transfusam, ut nulla vi morbi posset divelli; nec revera mentem ejus errare, sed prudenter res necessarias, pias, atqve divinas, à fluxis, vanis, & terrestribus discriminare, in hisqve feriari, ut illis tenacius adhæreret, & beatitudinem bonis permanentibus constantem animo libero perciperet. Sane totus erat in illius beatitudinis meditatione, ejusqve præviis deliciis sæpius jam perfundi visus est; unde & ad exitum properabat, & qvasi reliqvum vitæ curriculum metiretur oculis, penultimam cum ipso nos peragere noctem noluit, sed postridie se adhuc victurum pollicitus

tus jussit ab ejus lecto recedere: eo autem die exoriente, vidimus ejus vires sensim fatiscere, extenuatamqve crebrescere respirationem; langventes tamen ad cœlum sustollere oculos, ipsas componere ad orationem manus, & orationes etiam fundere non desinebat. Orationem Dominicam è corde erumpentem in ore semper habebat, illamqve ultimo pronunciavit, certus, præ cæteris placere Patri, qui vocem Filii, & ejus erga homines studium, in ea perspicit. Ut vero pateret, qvanta cum libertate in extremo illo vitæ termino oraret, cum ad *panem qvotidianum* pervenit, in locum horum verborum, qvæ solita vitæ subsidia, qvorum non amplius indigebat, videntur significare, substituit *liberationem necessariam:* qvam illico assecutus est; vix enim *Amen* exprimere potuit, & assensum, qvem nostris deinceps præbuit precibus solo nutu significavit. Tandem diriguisse subito visus est, dum animam corporea vincula effugientem Deo commendarem, & ardentibus votis precarer, ut illam propter JesumChristum in manus suas suscipere dignaretur: at pius senex residuas coram affinibus & tota familia vires colligens, tremulis manibus meam manum ad os suum detulit, hac ratione gratias agens pro votis, & simul designans feliciter esse completa, penitusqve illico expiravit. Sic hora decima vespertina Calendis Octobris an. 1670. postqvam seria pœnitentia peccatorum absolutionem à Deo impetrasset, & omnibus, qvi ipsum offendissent, benigne largitus fuisset, mori desiit Jacobus Palmerius Grentemesnillæus, beatam-

tamqve cum Deo vitam in cœlis auſpicatus eſt octuageſimo tertio ætatis ſuæ anno.

Hanc vitæ fideliter & honeſte peractæ, & votorum ſuorum metam adeptus Palmerius nihil amiſit, niſi labores & ærumnas. Vivit, vivetqve in grata amicorum memoria, & in ſuis operibus, qvorum celebritati nulla finem allatura eſt ætas: amici vero, Illuſtria ejus virtutum exempla conſervantes, nihil amiſerunt, præter conſpectum & præſentiam, cujus, ut ſuppleamus defectum, hic illius effigiem delineare, & characterem deſcribere tentabimus.

Palmerius procerum habuit corpus, cujus ſingulæ partes apta proportione & juſta compagine ſibi invicem perfecte reſpondebant. Caput decora ornabat cæſaries, qvæ in extremitate ſua criſpabatur, & cinerea erat, anteqvam canicie illam infeciſſet ſenium; frontis altæ decus ſub ipſa prominebat, & ſinceræ mentis gravitatem explicabat; oculi cærulei erant, & vivaci comitate placebant; naſus patentibus reſpirationis meatibus in imo protuberans, & in acumen deſinens. ardorem animi perſpicacitatemqve indicabat; genæ macilentæ, & decolores, ut laborioſis contingunt; os vero rotundum, & modice diductum, cum majeſtate qvadam generoſa animi arcana convenienter proferebat, & qvæ tacenda erant, noverat ſupprimere; in toto deniqve corpore nullus erat nævus, omnia decebant membra ſuisqve apte

&

& agiliter fungebantur muneribus, ante repetitam sectionem; ea enim dextri cruris nervi contracti claudicationem induxerunt, & aliqvandiu usum fulcri subalaris ipsi reddiderunt necessarium. Unde hoc Briosii votum Proxeniis:

Qvi petat, alter erit; tibi Dii dent munera mille,
Nos petimus, tollant Dii tibi fulcra duo.

Præstans hoc domicilium longe præstantior hospes incolebat, anima scilicet, cujus vis ingens & dotes eximiæ: menti innata lux tanta erat, ut obscura qvæqve lustrando illustraret, & tanta capacitas, ut sublimiores disciplinas, & diversissimas facile comprehenderet; nullaqve erat, ad qvam natum versatile ejus ingenium non videretur. Acri insuper pollebat judicio, qvod frustratis errorum decipulis ad verum recta tendebat: nec tamen officiebat memoriæ felicitati, & constantiæ; ei enim, veluti nitidissimæ crystallo, qvæcunqve legerat, viderat, aut audiverat, videbantur impressa; adeo clare & distincte illa promebat ejus oratio. Ad mores qvod attinet, laudatissimi erant; nec videri justus, sed esse semper studuit in omnibus, & erga omnes; ab omni dissimulatione & mendacio inprimis abhorrebat, & candori integritatiqve totus erat deditus: neqve satis ipsi erat bene agere, sed aliorum vitia insuper insectabatur, tantamqve virtutis suæ fama au-

ctoritatem sibi pepererat, ut sive monenti, sive arguenti pauci refragarentur; qvia ipse cedere nesciebat, nisi rationi, qvæ non solebat ab ejus partibus abesse, qvæqve pietate comitata totam illius vitam adeo prudenter moderata est, ut immortalitatis iter constanter tenuerit, eamqve feliciter decedens in domino, etiam ipsa morte fuerit consequutus.

ACTO-

ACTORUM HELENÆ CORNARÆ

qua ad miraculum doctiſſimæ, qua ad prodigium innocentiſſimæ

FLORILEGIUM

collectum opera

BENEDICTI BACCHINI

Monachi Caſinatis.

1. CUm primum de edendis Helenæ operibus, quæ ejuſdem humaniſſimus parens ſervata communicavit, conſilium inivi, operæ pretium facturum me cogitavi, ſi Vitam, ut in ſimilibus ſolet, eruditiſſimæ item ac piiſſimæ Virginis, volumini præfigerem; id enim pergratum lectoribus, & operis totius œconomiæ reſpondens futurum non dubitavi, qui ſcirem vix quemquam in bonæ notæ librum legendum incumbere, quin ſtatim ſe auctoris dignoſcendi deſiderium vehemens tangat, & illud occurrat Senecæ; ò ſi animum boni viri liceret inſpicere! Verum tot, ac tanta occurrebant ſcribenda, ut præviderem volumini mantiſſæ cauſa nimium excreſcenti futurum, ut merito exprobranda veniret collectoris ambitio, qui lectori in limine faſtidium incuteret, & a dulciſſimis operibus evolvendis properantem retardaret. Vir inſuper clariſſimus, Congregationis Sanctiſſimæ Matris Dei Alumnus Maſſimilianus Deza Vitam Helenæ Italico Idiomate luculentiſſime ſcriptam, poſtremis anni elapſi 1686. diebus ediderat; quare ſi & mihi ejus-

eadem scribendæ cura incidisset, operis ab altero, & quidem ad umbilicum absoluti, factor audissem. Temperandam igitur rem ita autumavi, ut Florilegium vitæ potius præmitterem, quam Vitam, quatenus ex vita per Dezam scripta ea seligerem, ac in compendium redigerem, quæ majoris momenti videri possunt; & si quæ aliunde cognita, ipsique intacta, paucula haberem, suis apte locis insererem. Latino autem eloquio uti decrevi, non modo, ut ad objecti dignitatem sermo conformaretur, verum ut, quod omnibus seculis, totiusque universi fama diffusum est, lingva ubique gentium nota celebraretur. Paucula igitur ex multis selecta exponere mens est: qui plura scire desiderat, facile voti compos fiet, si laudatam Dezæ lucubrationem pervolvet. Ergo ad voluminis parergon levi calamo, pressoque brachio, quæ Helenam, Helenæque mores, & ingenium referunt, prævii apparatus loco, præmittam.

2. Corneliorum Venetam gentem ex Romana, priscis Reipublicæ faustis temporibus, celebri ortam ferunt; illudque multis probatur, C. Cornelium, qui Patavii, Cæsaris de Pompejo victoriam per aves prædixit, Gentis hujus principem fuisse, quæ postmodum sequioribus seculis Venetias recens conditas commigravit. Hæc de eo ex Dionis libro XIII. referre lubet; *καὶ ἐν Παταυΐῳ τῆς νῦν Ἰταλίας, τότε δὲ ἔτι Γαλατίας, ὄρνιθάς τινας ἐχ ὅτι διαγγεῖλαι αὐτὸ, ἀλλὰ καὶ δεῖξαι τρόπον τινά. Γάϊος γάρ τις Κορνήλιος πάντα τὰ γενό-*

μενα ἀκριβῶς τε ἐξ αὐτῶν ἐτεκμήρατο, καὶ τοῖς παροῦσιν ἐξηγήσατο. id est: & Patavii, quæ nunc Italiæ urbs est, eo tempore Galliæ fuit, aves quædam non indicia modo hujus eventi exhibuerunt, sed quodammodo rem ipsam demonstravere. Nam C. Cornelius omnia, quæ evenere eo prælio perfecte ab iis notavit, iisque, qui cum ipso erant, exposuit. Cum igitur late apud Venetos Gens hæc crevisset, quidquid immortalibus laudibus digna Respublica munerum pace, belloque illustre Patritiis impertiri solet, id non semel Corneliis demandavit; cui cum digne ubique & semper responderint, factum est, ut quamvis apud suos patriæ libertati ultro ex animo, ac pro viribus obseqvuti sint, in Oriente tamen amplissimis dominiis potiti Peloponnesi urbes, Ægeique insulas tenuerint. Cypri Regnum Corneliæ Catharinæ Marci filiæ nomine, Reipublicæ Venetæ accessit; * Piscopiæ feudum habuit ex Corneliorum gente familia, quæ inde cognomen assumpsit: ex qua Federicus ille, satis notus, ob hæreditatis paternæ divitias, ob Principes consanguinitatis vinculo sibi junctos, & ob rite factorum celebritatem, Magni nomine condecoratus.

3. Ex hoc stirpis surculo Helena nata est, anno à Christo nato 1646. die 5. Junii, ad correcti Kalendarii

* Episcopia etiam scribitur. Episcopia Telos Insula, moderno nomine nuncupatur, quæ Carpatio mari non longe à Rhodo sita est. Aliquibus etiam tali nomine vocitatur urbs Cypri, alias Curium dicta.

ormam, circa primam noctis horam parenti-
Joanne Baptista, ac Joanna, Procuratoria digni-
conspicuis, quique adhuc superstites sunt sibi-
ipsis luculentissima laus. Vivit etiam Helenæ
ute simillima Catharina, natu omnium minima,
e à majori nomen mutuavit demortua ante He-
æ ortum. Fausta hercle dies, qua patriæ, genti,
ii jubar immortale affulsit, quo & ii Cornelio-
i glorientur, qui Africam & Asiam Romano
egere imperio, ac multiplici Provinciarum tri-
pho, generi argumenta laudis in ævum duratu-
addidere. Hæc igitur in præcoci adhuc ætatu-
cum nondum annos attigisset, quibus primum
munere ratio fungi solet, mirabilia sunt, quæ pie-
i & ingenii ad omnia apti specimina dedit. A
rorum ludis abhorruit, & modestiæ virginalis
tem, nec non gravitatem morum, quam cæteris
a parentum sedulo exhibita confert, ab ipsis
unabulis sibi congenitas habuit. Indolis inge-
um seqvuta precibus Deo exorando aptis, san-
sque Catholicæ Religionis mysteriis addicta, ope-
m pietatem redolentium domesticis exemplar
t, qui senilem maturitatem, & acta virtutis con-
mmatæ, in puella, nondum infantilis ætatis annos
ressa, mirati sunt. Quævis mulierum mundique
ata ornamenta, adultis fœminis anxie quæsita,
a infans adhuc despexit, mille ingressa vias, ac
llenis excusationibus apud matrem usa, ne cin-
inata frons esset, ne pectus ad moris genium nu-
tum, ne vestis luxu diffluens. Pauperibus ju-

vandis addicta, munificentiæ, usque ad obitum exhibitæ, non semel teneris ab unguiculis præluſit, in cujus rei testimonium, celebre adhuc apud viros eximios Helenæ dictum, quo anno ætatis quinto vixdum expleto, parentem de pecuniis, quas pro domus dignitate in aulæ laquearibus auro magnifice exornandis adhibebat, ad pauperum levamen erogandis admonuit.

4. Qua vero intellectus acie polleret Helena, quæ inde doctrinæ messis expectanda, si bonarum artium præceptis imbueretur, primus ex indolis certissimis indiciis agnovit vir pietate ac eruditione insignis Joannes Baptista Fabris, editis in Philosophi textum commentariis notus. Is, quem domus totius Joannes Baptista Helenæ parens, familiaritate jamdiu dignatus fuerat, cum nil puerile penitus in puella conspiceret, sed omnia ad virilem gravitatem composita, ingenium supra sexum ad maxima natum conjecit. Quo itaque de re certior fieret, periculi super id faciendi consilium cepit: quare aliqua primum legenda, inde memoriæ mandanda Helenæ exhibuit. Præstitit id totum intra brevissimum tempus puella, alacritate, ac celeritate hujusmodi, qua facile dignosceretur, memoriæ complexum intellectus obtutui respondentem, nil, nisi eximium, promittere. Fabris igitur apud parentem auctor fuit, ut præter sexus consuetudinem puella septennis literarum studiis addiceretur. Nec mora. Grammaticæ Latinæ præceptores adhibiti Joannes Valesius, D. Marci Canonicus, & Doctor

Bar-

Bartolottus; quos Græcarum literarum institutor excepit laudatus Fabris: huic vero brevi demortuo suffectus est Abbas Aloysius Gradenigus natali solo Græcus, & publicæ Venetiarum Bibliothecæ Præfectus. Intra breve annorum curriculum adjecti sunt Hebraicæ linguæ, & Græcæ vulgaris magistri: quin præter hæc idiomata, Hispanice etiam, & Gallice locuta est; nec Arabicum penitus ignoravit. Quid negotii in linguarum studiis insit, norunt, qui iis operam quandoque dedere. Res laboris & fastidii plenissima, ita, ut, si longa annorum periodo alteram discas, jure merito lætari possis, quod Corinthum appuleris. Linguarum vero peritia tribus potissimum sistit; in eo videlicet ut loquentem, vel scribentem intelligas, ut servata accentuum, & literarum proprietate loquaris, ut iisdem custoditis apices pingas. Quorum unum quodque seorsum adeo tricis implicitum, tædioque refertum, ut plerique, uni licet tantummodo addicti, à cœptis animo fracti desistant. Verum enimvero omnia in superioribus laudata idiomata, brevi adeo calluit Helena, ut, qui hebraice quoque ac græce (in quibus accentuum cura, & stridularum vocum efformatio difficillima) loquentem audivere, scriptaque interpretantem, vel scribentem viderunt, ultro sacramento jurassent, non Venetiis, sed Demosthenis temporibus Athenis, vel Judæorum aureo seculo Hierosolymis natam. Binas epistolas Helenæ manu exaratas, ac parenti inscriptas, quæ cum cæteris ejusdem manuscriptis operibus publice Venetiarum

Bibliothecæ consignandæ servantur, oculis ipsi conspeximus. Latina eæ lingua sunt conceptæ, adhibitis ad rem Græcis, Hebraicisque Apophtegmatibus. Verum apicum trium hasce linguarum affabre, exquisiteque ad miraculum descriptorum pulcritudo nobis visa, typis haud exprimenda talis est, ut de ea nos testimonium perhibere adegerit; quippe quæ Helenæ ingenium ad omnia præstanda aptum clarissimo, visibilique comprobet argumento. Qvid si Helenam audire liceret, quud multis Europæ viris, dignitate, ac eruditione celeberrimis licuit, dulce melos omnibus prælaudatis idiomatibus, si hebraicum excipias, conceptum, canentem, sono etiam ad numeros, & ad tempus associato per semetipsam? Inter eas vero, quas calluit linguas, Græcam literalem sibi prædilectam testatur ipsa, in præfatione colloquii Lanspergiani: in qua tantum brevi profecit, ut, cum de Gradenighi peritia quæstio Venetiis apud Patres esset, Helenæ opera quædam, quæ excidisse dolendum est, exhibita, calculum pro eo, in Abbatem Cardauchi Corcirensis cooptando, præstiterint.

5. Antequam è primis Helenæ puellaribus annis excedamus, recensitis in intellectu perficiendo profectibus, meminisse juvat pietatis incrementorum; quibus illa ætatem prævertens animum Deo subjecit, Deoque adhæsit. Vix alicujus pretii habendæ sunt bonarum artium institutiones, nisi eo comparentur, quo voluntas in summi boni amorem accendatur, & despectis mundi, seculique illecebris, ad

ad morum innocentiam conformetur. Ex sacrorum voluminum lectione, ac eorum, quibus spiritus tandem fit Deiformis, ea sanctitatis semina concepit, quæ brevi completam fructus, multiplicemque subolem præbuere. Beati juvenis Aloysii Gonzagæ vitam evolvens, legit aliquando, illum perpetuæ castitatis voto se adstrinxisse festiva illa die Virginis Deiparæ, qua divinæ, ac humanæ naturæ hypostatice unitæ mysteria celebrantur. Quare piissimi adolescentis exemplum seqvuta, vix ætatis undecimo anno completo, eodem voto, quo ille, recurrente ipsa festiva die, seipsam adstrinxit. Assumpsit etiam ex societate Jesu, cujus prælaudatus Beatus Alumnus fuit, virum, moribus, & prudentia conspicuum, Carolum Franciscum Bosellum, qui sui exomologeses audiret, & in Christianæ pietatis studiis institueret: quin se in Mathematices, & linguarum peritia sub ejusdem societatis viris profecisse ipsa testatur, in epistola nuncupatoria memorati Colloqui Laaspergiani, ad clarissimum virum Paulum Olivam, totius societatis Præpositum Generalem; qui, quanti Helenam faceret, ex epistolis ejus, publici juris factis, apparet; præcipue vero ex Tomi primi, pag. 5. 250. & 24. ex Tomi II. pag. 9. 35. 69. 218. 316. 382. 400. ex Tomi III. p. 27. & 52. editionis Romanæ anni 1681. Perstitit autem in voti, quo se adstrinxerat, proposito Helena; quin votum ipsum, quod præ puellæ præcoci ætate infirmari posse nemini dubium, perfecit, ea virili constantia, de qua mox in sequentibus incidet sermo.

6. Stu-

6. Studiorum ratio exposcebat,ut Helena linguis,& humanioribus disciplinis erudita, ad ulteriora procederet: quare statutum est, ut primum Philosophiæ operam daret; inde per Sacræ Theologiæ studium in abdita divinitatis mysteria insinuaretur. Assumptus igitur est in Philosophiæ magistrum V. C. Carolus Rinaldinus, Patritius Anconitanus,& in Patavinis scholis primarius ejusdem Philosophiæ Professor. Is etiam Mathematicarum rerum peritissimus, quod ultro testantur tres Mathematum Amalyticæ artis partes, quarum ultima Patavii edita per Frambottum anno elapso 1684. cum prima usque ab anno 1665. Florentiæ apparuisset. Inde Doctore D. Hippolito Marcheto Camertæ Oratorii Presbytero pietatis fama percelebri, Theologicis placitis Helena imbuta est. Hisce magistris brevi ad eam doctrinæ in Scholasticis perfectionem pervenit,quæ doctoribus ipsis stuporem incuteret. Quantum in Philosophicis profecerit, norunt Collegii Patavini doctissimi Patres, qui Virginem novo, inauditoque spectaculo laurea Magistrali redimitam inter suos cooptarunt: cujus rei infra rursus incidet mentio. Quid vero in Theologicis, ostendit,cum sæpius divinæ facultatis Magistros adloquuta quæstiones dilucide pertractavit, ac enodavit: cujus quidem rei testes supersunt viri perEuropam celeberrimi, qui Helenam audivisse commemorant altissima divinitatis mysteria revelantem. Hinc apud plurimos Italiæ,&GalliæSapientes quæsitum, an Virgini laurea Theologicæ facultatis confer-

beri poſſet; nec defuere, qui Apoſtoli ſcitum explicantes, id ultro Helenæ tribuendum. (*) Habent hujusmodi Diſſertationem in tertia parte Analyticæ artis, prælaudati Caroli Rinaldini; & alias à ſe viſas teſtatur memoratus Italicæ vitæ auctor Maſſimilianus *Deza*.

7. Ab undecimo ætatis anno (id ſupra narravimus) voto caſtitatis ſe devinxerat Helena: cum enim in cæteris ætatem prævertiſſet, haudquaquam omittere potuit curam, qua nihil apud cordatos viros antiquius eſt; ea videlicet, per quam vitæ totius certum ſtatum eligimus. Id apprime virgines decet, quarum ea conditio eſt, ut, quam citiſſime præ ætate licet, ſibi ſuæque dignitati conſulant: verum, cum pleræque, ob ſexus imbecillitatem conſilii inopis, faciendæ electioni impares ſint, parentibus iis ſuffragandi incumbit cura, ut ſalva ſubolis libertate, vel digne viris copulentur, vel vitæ ſublimioris ſtatui deputentur. Haud tamen Helenæ parentibus in hac parte laborandum fuit; ea etiam hac optimi cognitione valuit, ut, antequam connubio apta eſſet, connubii miſerias agnoverit, ac proinde ſe caſtitatis perpetuæ adſtrinxerit voto; ac poſtmodum de Sanctimonialium habitu veſtiendo, & de clauſtris perpetuo habitandis ſerio cogitaverit. Ut id obtineret, enixe apud parentes oravit, qui tandem ſunt exorati. Cuinam inter plurima Sanctimonialium monaſteria nomen daret incerta perpendit Helena: igitur quo dubietas dilueretur, no-

* *Deeſt conſueverunt, aut ſimile* quid.

[illegible] eorum, quæ spiritui [illegible] [illegible] carnis descripta sunt [illegible] alterum, extra[illegible] [illegible] tempus intestinis laborat [illegible] ac genio Helenæ, quæ illud for[illegible] [illegible]. nequaquam [illegible] [illegible] consilium fuit, [illegible] [illegible], & quod [illegible] [illegible] Sanctimonialem fore decrevit, [illegible] more ad majorum erudi[illegible] rem, [illegible] loco [illegible]gentem, non [illegible] [illegible] quod & ipsi per foeminam Sanctitatis opinione celebrem prænunciatum quan[illegible] doque [illegible].

8. Quo vero Helenæ in proposito constantia probaretur, accidit per id temporis, ut à plurimis præcipue vero à principe Germaniæ viro in nuptiarum torique consortium illa expeteretur; quod, cum e re Corneliæ domus parentes crederent, omnem moverent lapidem, ut virginem à virginitatis proposito removerent. Objecta sunt in eam rem puellæ, valetudo infirma, disciplinæ regularis rigor, viri nuptias petentis dignitas, quæ ægre negantem pateretur, & cætera hujusmodi, quæ facile illam à proposito retraxissent, si ea, qua sexus sequior solet, ambitione, & inconstantia laborasset. Verum nec latum unguem recedens ab objectis se expedit, voto se adstrictam asserens; nec quidquam proficit reponens, id præ ætatis imbecillitate irritum, ac inane: Helenæ siquidem in Theologicis sa-

pien-

atia argumenta argumentis enervat. Qvare ut
nia in contrarium voti prætextu allata diluerен-
; actum est apud Romanum Pontificem, qvo su-
: hujusmodi votum cum puella dispensaretur; &
eam rem Breve (ut vocant) omnibus numeris ab-
utum emanavit. Ad hujus, velut ad Gorgonis
aspectum, horruit virgo, palluit, in ruborem effu-
sit, & cum demum se recepisset, postremum, ac
dissimum consilium cepit, ac exeqvuta est. Vir
nius ætate, ac morum sanctitate ex D. Benedicti
ine, & Casinensi Congregatione, alias D. Justinæ
cupata, S. Georgii majoris Venetiarum monaste-
Abbas præerat, D. Cornelius Codaninus Vene-
Is Helenæ, ob vitæ præstantiam, ac pietatem
us, qvippe qvi ad familiaria colloqvia sæpissime
bitus, plurimum ad animum in Christianæ phi-
ophiæ arcana instituendum contulerat. In rei
ur memoratæ difficillimo discrimine vocatus est,
cum affuisset, enixe, lacrymisqve exuberantibus
atus, ut sibi vestem atram Benedictinis Sanctimo-
libus adhibitam, concederet sub seculi vestibus
ferendam. Annuit vir in discernendis spiritibus
mirabilis, & cum id ipsum flagrantissime efflagita-
Helena, votum suscepit, qvo D. Benedicti regulæ
qvantum seculi species pateretur, promisit con-
rmandam. Virginis facinus parentibus renunci-
um omnem spem abstulit, qvidqvam cum ea pro-
iendi; qvod etiam clarius patuit, cum missi, ad a-
mi constantiam tentandam, sero agnoverunt, se
thmum fodere tentavisse. Id ægre ab Helena ob-

tinu-

tinuerunt,ut domiSanctimonialium vita viveret... ipsum reluctans, ac invita parentum amori tribuit; qvamvis nemo nesciat, qvid insit difficultatis in copulando seculi libertati monastico rigore. Mirum profecto, qvod voto virginitatis innocentissime servato, obedientia majoribus exactissime exhibita, paupertate in affluentissima domo custodita, vitam egerit, qvalem in claustris egisset. Interulam ex lana contextam, Benedictino more, carni intime adhaerentem semper gessit. Corporis macerationi... incubuit nil solatii carni tribuens, qvam ut saepius cilitiis, ferreis catenulis, caeterisqve hujusmodi affligeret, apud spiritus sui curatorem sedulo instabat precibus, lacrymisqve. In voti emissione Lucretiae nomini, aliud monasticum Scholasticae adjunxit, qvo usa est viro à confessionibus sibi assumpto scribens, ac patribus ordinis sui; qvorum plurimis nota fuit.

9. Monastico habitu itaqve induta, monasticisqve votis adstricta, nil magis curae habuit, qvam ut animi virtutes sibi congenitas, & religiosa virgine dignas excoleret. Moderationi inprimis studuit, qvam sciret caeterarum virtutum substructionem firmissimam. Qvare famam, nomenqve despiciens, lingvis septem ornata, Philosophicis, Theologicisqve placitis imbuta, Musices, Mathematices, ac Astronomiae erudita, si qvando jussu parentis instante, in publicum prodire, ac ingenii ad omnia nati miracula promere adigebatur, id aegre adeo, & contra votum faceret, ut pluries testata sit, hujusmodi in discriminibus sibi vitae annos adimi, finemqve praesti-

stitutorum dierum præverti. Inde factum est, ut nunqvam ad actus, qvi scenam præferunt, passa sit se trahi, nisi obedientiæ voto adstringente, qvo animæ suæ institutoris, & parentis jussibus obseqvebatur. Id porro enituit, cum pater filiæ in Philosophicis intellectum demiratus, serio cogitavit, de Helena in Philosophorum Patavinorum Collegium cooptanda, & Doctoratus laurea donanda.

10. Invaluit jampridem à Caroli Magni seculo, per qvem plurimæ passim per Europam scholæ fundatæ sunt, ut non, nisi facultatibus iis, qvas docerent, imbuti viri, auditoribus gauderent; qvi anteqvam ad id muneris promoverentur, publice facultatis ejus discrimine assumpto, qvid ab se expectandum docerent. Magistri primum hi dicti sunt, postmodum Doctores; qvorum licet ab initio id muneris esset, ut publice in scholis auditores instituerent, nec qvisqvam Doctor, qvin actu doceret; procedentibus tamen temporibus iis omnibus concessum decus, qvi præ doctrina simile sui specimen exhibere possent; qvamvis illo exhibito, & Doctoris laurea decorati, ad Cathedras nunqvam transituri essent. Collatum igitur etiam iis, ut id præstare pro libito possent, etiamsi à præstando impedirentur, vel qvod majoribus aliunde curis præpediti, vel, qvia ob alterius dignitatis præstantiam, ad Cathedras se recipiendi otium haud suppeteret. Id maxime postremis artis typographicæ temporibus invaluisse scimus, qvibus scriptis vox suppleri facili negotio potest, & Doctoris munus calamo obiri. Decus hu-

jus-

jusmodi nusqvam gentium vel locorum fœminæ collatum ſcimus; qvamvis nonnullæ memorentur, qvæ ſcriptis, & voce, & viros qvandoqve docuerunt. Inter qvas Gertrudem, Magnæ cognomine vocitatam, recenſere juvat altiſſima ſæpe ſæpius divinitatis myſteria revelantem; ac Senenſem Catherinam, qvæ non ſemel in Præſulum purpuratorum Conſeſſu, ante ipſum Pontificem ſummum, conciones habuit. Munus itaqve docendi ſi qvandoqve fœminis contingit, qvo non etiam aliqvando decus illud, qvod ad docendi munus conſeqvitur, contingeret? Viſum itaqve eſt ſapientiſſimis Collegii Patavini patribus, nec Pauli decretis contrarium; qvi de eo, qvod plerumqve fieri debet, absqve ſpecialis meriti præjudicio locutus eſt, nec ſexus conditioni, gentiumve praxi repugnans, cum exceptio non tollat, ſed firmet regulam, poſſe virginem cæteroqvin doctiſſimam Magiſtræ laurea decorari: qvamvis impoſterum vix alteri tribuendum hujusmodi decus providentiſſime ſcitum. decretumqve ſit: cum inde, rite omnibus perpenſis, gravia Reipublicæ incommoda timeri poſſint; qvæ tamen ex Helenæ cooptatione haud timenda. Eam præ cæteris fœminis Helenæ doctrinam fuiſſe Patres ſapientiſſimi cenſuere, qvæ excipi ex communi regula mereretur, qvatenus tantundem expectaretur altera, in qvam ſimilis exceptio caderet, qvantum expectatum fuerat, ut prima exciperetur.

11. Qvod igitur perpenſis rationum momentis ſtatutum fuerat, Helenæ renunciatur, qvæ actui ſcenam

nam referenti, apprime repugnans, poſtqvam parentem enixis precibus oravit, ut à propoſito, qvo rem ſibi infenſiſſimam decernit, recedat, demum invita morem gerit. Id unum ægre obtinet, ut dies præſtituta ad rem præſtandam eligatur poſt ferias Divo Antonio Uliſſiponenſi, Patavino nuncupato, ſacras, qvibus præ nundinarum, & feſti celebritate innumeri undiqve conveniunt advenæ Patavii. Dilatum proinde negotium eſt ad VII. Kal. Julii; qva die cum rei nuntium brevi per circumpoſitas urbes prævolitaſſet, convenit undiqve, maxime vero è regia Venetorum metropoli, talis, ac tanta virorum freqventia, ut rem non in publicis ſcholarum ædibus, capiendæ turbæ imparibus, ſed in Matricis Eccleſiæ Patavinæ Baſilica agendam, neceſſitas ſvaſerit, in qva apud Deiparæ Virginis ſacellum, ad Helenæ ſolamen, locata eſt cathedra. Bono omine id factum; nam cum imminente publici diſcriminis hora, inter progrediendum domo ad templum multiplicia interceſſiſſent humanitatis officia, ob qvæ, & ob turbarum circumſtantium freqventiam, voces, vota, ſenſit Helena qvemdam animi turbidum mœrorem; unde ſibi viſa eſt excidiſſe ab intellectus ſerenitate, qvæ in hujusmodi alea ſubeunda qvam maxime eſt neceſſaria; de Deiparæ patrocinio confiſa genibus ante ſupra dictum ſacellum flexis, rem ipſi fiducialiter commendavit. Senſit ſtatim cœleſte auxilium, pacato ſiqvidem mentis turbine ſurgens cathedram adſcendit, & coram patribus totaqve innumerabili adſtantium freqventia, digne muneri re-

respondit suo. Philosophi textum, ut in similibus solet, explicavit, nec tamen persunctorie, & ad pompam, sed eruditissimo ac luculento sermone, qvo non modo se philosophiæ Magistram exhibuit, sed in universali rerum, lingvarum, ac facultatum Philologia admirabilem. Rei fama statim per universam Europam ubiqve diffusa est, qvare à plerisqve Italiæ præcipue Academiis nomen Helenæ celebratum, editis in ejus laudem encomiis, inter qvæ censeri meruit Hyacinthi Masselli Panegyrica Oratio Philosophorum Helenæ dicata. Formulam ex Collegii decreto adhibitam in Virginis doctrina approbanda ex parte transcriptam damus. Pro tribunali sedentes eamdem Illustrissimam Dominam Helenam Lucretiam Cornaram, Piscopiam Virginem qvidem doctissimam, & ita universis naturæ artisqve dotibus ornatam, ut nihil amplius ei deesse videatur; artium liberalium, & Philosophiæ magistram, ac Doctricem in Dei nomine approbamus, & approbatam esse volumus &c. Datum & actum Paduæ in Ecclesia Cathedrali, in sacello B. Mariæ Virginis, loco præter solitum ob nimiam populi freqventiam ad examen electo, &c.

12. Magistræ laurea Helenæ collata eo loco habenda est, ut, qvamvis ipsi immortale decus addiderit, major tamen nominis celebritas Patavino Philosophorum Gymnasio præstiterit; Helenæ siqvidem nondum laurea decoratæ fama Germaniam, Gallias, Italiam undeqvaqve impleverat. A multis annis Virgo doctissima inter insignium Academiarum

rum

rum alumnos relata fuerat, qvæ sibi consulentes repetitis precibus rogavere, ut Helenam Academicam sibi assererent. Has inter recensuisse laudasse sit Senensium Intronatorum, Infœcundorum Urbis, Dodoneorum, ac Pacificorum Venetiarum alumnos, apud qvorum postremos non semel sermones habuit, qvorum nonnullos damus; illum autem præcipue, qvem cum Principis vices agens recitare deberet, insolito apud Sapientissimam Rempublicam exemplo, dilata sunt in seqventem diem celeberrima toto orbe Patrum Venetorum comitia, qvæ patrio idiomate Pregadi vocitant. Apud exteros celeberrimum Helenæ nomen; ex qvo factum est, viros dignitate, ac doctrina præstantes, ob id Venetias divertisse, ut coram certo scirent, an vera essent, qvæ de ipsa circumferebantur vere admirabilia: qvi utiqve recesserunt fassi, crevisse præsentia famam, & majus se expertos fuisse apud scatebram flumen. Longum esset eorumdem Catalogum exhibere, Principes itaqve tantummodo referre satius duxi. Landgravium videlicet Hassiæ, & Cardinalem Bulionium, qvorum uterqve cum de Helenæ doctrina periculum fecisset, stupore obrutus recessit. Alter horum, Eminentissimus scilicet Cardinalis, sui pretiosam imaginem Helenæ obtulit, in ejus, qva erga ipsam tenebatur, existimationis tesseram, ac insuper cum ea literis datis ac receptis egit. Harum aliqvas in tertia voluminis parte exhibemus, eas videlicet, qvæ Christianissimi Galliarum Regis animum erga virginis eruditionem ostendunt, qvi cum Carolo Rinaldino,

Helenæ in Philoſophicis magiſtro, torqvem aureum mittendum juberet, id, qvo virum majori honore decoraret, per Helenam ipſam præſtandum voluit, per qvam, Bulione intercedente, Rinaldini liber Regi fuerat exhibitus.

13. Inter cætera vero ſummorum virorum officia Helenæ præſtita, operæ pretium meminiſſe aliqvanto prolixius eorum eſt, qvibus, qvando Eminentiſſimus Cardinalis d'Eſtrees apud eam eſt uſus; qvæ, qvo majori fide nitantur, à familiari Corneliæ domus deſcripta ex Italico idiomate, qvo apud Dezam leguntur, in latinum per me verſa, referre placuit. Hæc autem ſunt.

Primis anni 1680. Kalendis affuit Patavii Eminentiſſimus Cardinalis d'Eſtrees, qvi poſtqvam Eccleſiam D. Antonio celebrem, nec non publicarum ſcholarum ædes inviſerat, ad Helenæ Lucretiæ palatium perrexit, cum prius per nuntium humaniter ab ea petiiſſet, ut ſe viſitantem excipere dignaretur. Ante primam noctis horam affuit. Ibi qvi illum exciperent, acceſſerant plures ex patritiorum ordine viri, Corneliæ genti familiaritate conjuncti, nec non qvatuor publici Gymnaſii Magiſtri; qvi venienti obviam proceſſere, altero memoratorum eqvitum accedente, & prima ad Bigam, qva vehebatur, officia impendente. Helena interim ad ſupremum ſcalarum gradum advenerat aſſociata, qvæ, cum qvaſi obviam deſcenſura processiſſet, à deſcendendo rogata abſtinuit; & cum jam primas ædes ingrederentur, comiter ab Eminentisſimo habita aptisſime reſpondit. Hinc ad magnam in hanc rem paratam

au-

aulam ventum eſt. Comites obſeqventes Principi aderant præcipui, qvatuor Principes, Generalis (ut vocant) Grimaldus, Eminentisſimi Barbarighi Cubiculo Præfectus, Eqvites qvamplurimi, duoqve Academiæ Sorbonicæ Doctores; qvorum tamen nullus primo magnam aulam ingresſus eſt, ſed extra velum remanſere. Periſtromate amplisſimo pavimentum univerſum obducebatur, è regione vero oſtio oppoſita ad gradus, & dignitatis diſcrimen, minori altero ſubſtrato, ſedes Principi parata locabatur. Vacuam tamen is Helenæ reliqvit, & ad alteram ſe recepit oſtio proximam; indeqve inter utrumqve multiplicia verborum obſeqvia, donec Helena modeſtisſime morem gesſit. Præſtitit autem id comitatis ſtratagemate Principi inexpectato, cum per virginem præſtaretur, aulicorum morum penitus inſcia: ſedem enim è minori periſtromate eduxit, anteqvam juſſa ſederet. Verbis hinc inde certatum eſt, cum Eminentisſimus ſe Helenæ fama ad eam inviſendam allectum teſtatus eſt; qvo obſeqvii officia rependeret, Helena moderationis ſenſus repoſuit, qvibus erga tanti Principis magnitudinem, & dignitatem ſe maxima reverentia teneri perhibuit. Lingva Italica loqvutus eſt ille, ſermoni tamen Gallica qvandoqve verba miſcens, qvibus ſemper hæc optime intellectis reſpondit. Cum vero qvarta horæ pars elapſa eſſet, addidit Eminentisſimus in proximo Dominum Ducem adeſſe, qvi certo libenti animo Virgini obſeqvia exhiberet: at cum is adoleſcens admodum, Helenæ ad aſpectum nonnihil pavidus mo-

ram traheret, per Principem expoſitum eſt plurimo-
rum Eqvitum idem deſiderium, ac ſubito vocati ſunt.
Iis, cum reſediſſent, multa locutus eſt Eminentiſſi-
mus de Virginis comitate, admonitos eos volens, id
ejus in Gallica lingva peritia, qva ultro uti poſſent:
at cum eorum nemo primum loqvi auderet, Helena
ait, adeſſe binos ex Sorbonica Academia Doctores
eruditione præſtantes, qvi, ſi liberet, præſto eſſent.
Hi igitur admisſi, cum Virgo repoſuiſſet, Eminen-
tisſimum Dominum, qvem ſummo obſeqvio ſuſpi-
ceret, uti debere ſuo in ædibus propriis arbitrio; Do-
ctoribus prælaudatis ſcientiarum, & lingvarum,
qvas Helena callebat, indicem texuit Eminentiſſi-
mus Princeps; qvem loqvi ceſſantem qvidam Cor-
neliorum familiaris Doctor excepit, aſſerens illam,
ſi ipſe Eminentiſſimus, & qvotqvot aderant, æqvi
boniqve conſuluiſſent, preſto lingvarum & faculta-
tum ſpecimen daturam. Allatis itaqve libris, &
Muſices operibus, alter ex Sorbonicis Magiſtris Iſo-
cratem præ manibus acceptum legere cœpit; inde
virgini porrexit, qvæ ſervatis lingvæ Græcæ accentu,
& proprietate, lectionem proſeqvuta eſt, & interce-
dente Eminentisſimo alteram legendo abſolvit pa-
ginam. Per ipſum Principem virgini exhibiti ſunt
aliqvi ex cæteris libris, Hebraici præcipue, qvibus
cum adſtantium ſtupore evolutis, accesſit vocatus
Helenæ in Hebraicis Inſtitutor, apud ſuos Magiſter,
Rabinum vocant. Inde de virginis in ſcribendo,
loqvendo, & canendo per alia Idiomata peritia peri-
culum factum, qvod cum præſtitiſſet, & excepta He-
braica,

braica, cantiunculas cæteris lingvis conceptas cecinisset, sono edito per semetipsam, omnia, qvi aderant, plausu probavere. His expletis Eminentissimus virgine laudata, serio testatus, se nolle illam ex aula pedem efferre, discessit. Ad præstitutam in laudem Eminentissimi Academiam statim Virgo properavit, (hæc vero Excellentissimi Procuratoris, Helenæ parentis, nutu fiebant) qvæ ab Eqvite Lepido Zabarella obviam veniente, & à plurimis aliis recepta est. Introgressa apud Academiæ Principem sedit, contra Eminentissimi thronum. Is ad ipsam accessit, eaqve locutus est, qvibus facile cognosceretur, sibi Helenæ adventum repentinum æqve, ac gratissimum accidisse. Inde ad thronum se recepit, & Musicorum præludente concentu Academica res cœpta est; habito per Dominum Rinaldinum sermone. Per Principem problema propositum, & hinc inde tractatum; à qvo demum cum in Cardinalis laudem recitata fuissent carmina Italica, (Sonetto Italis dicuntur) tandem Helena Elogium dicti Eminentissimi orsa est. Ora tunc omnium intenta, qvamvis ad duo millia Auditorum adessent, nec murmur auditum. Freqventia porro adstantium ob choreas, post Academiam habendas, aderat. Digne, ut semper, Elogium habuit virgo, cui communis plausus totius theatri tributus est. Eminentissimus autem à throno ad virginem processit, gratias acturus, addens, se qvidem rem vanitate plenam rogaturum, sed ab operis elaboratissimi excellentia ad illud expetendum trahi. Semel igitur, ac iterum

qvis, convaluit, ejectis calculis tribus. Bis pe… vena disrupta, semel ante, & semel tribus post… ctoratus lauream acceptam mensibus, recurren… delicet Septembri anni 1678. Per annum … tum terribilibus matricis morbis contabuit, … violenta adhibita remedia, ipsa haud semel … discrimen adducta est; accedentibus tremulis… vulsivisqve motibus, nervorum attractione, … qve corporis macie. Tandem scapulis pestilen… lignusqve bubo adhærens, breviqve in incur… lethalemqve erumpens plagam, adhibita Pat… jam dudum in hanc rem morabatur, omnim… ra, anno 1684. die 26. Julii, ætatis vero suæ 38… à mortifero lethargo se paululum recepisset, … liorem vitam, ac Beatorum scientiam transivit…

15. Cadaver per tres dies inhumatum … pestatis æstu ringente, ac Austri ventis flantibus… nil cadavericum contraxisset, qvin imo non … ter oleret, nullis medicaminibus curatum Medic… stati sunt, opinantibus plurimis aromatibus ill… corruptione servatum. Casinensium Monach… habitu indutum, interula videlicet lanea; & nig… desuper cucullo feretro locant. Scapulis breve Do… ctorale indumentum impositum, & caput duplici corona redimitum, altera liliis composita, in virginitatis servatæ indicium, altera lauris intexta, ad laureæ Magistralis argumentum. Libris insuper undiqve patentibus, Helenæ variæ eruditioni, & multiplici literaturæ prælusum est. Qvatuor nobilium virorum, Philosophici, vel Medici Gymnasii Magistro-

orum humeris elatum est funus, proceden-
us lugubri habitu, cereisque accensis urbano-
n Xenodochiorum, & Monasticarum societa-
n ordinibus; nec non Philosophorum; ac Me-
corum Collegio. Innumera ex finitimis ur-
bus frequentia publico veluti indito institio,
blicisque clausis officinis, primum ad Gymna-
ædes, inde longo circuitu ad tota Italia ce-
errimum D. Justinæ Templum delatum est.
à Monasterii Abbate, ac Monachis receptum
feretrum, molique impositum lugubri, magni-
sque fulgentibus hinc inde frequentibus ce-
s. Solemni inde, mœstoque Musicorum con-
itu, postquam res sacra peracta est, publice
Collegii decreto laudata est Helena per no-
em virum Campolonghum de Campolonghis:
ibus completis concio universa dimissa est.
uod serio vivens expetierat, ac in mandatis re-
uerat, in eodem loco, quo monachi humari
lent, conditur, hujusmodi inscripto epigramma-
; cujus auctorem ferunt D. Jo. Hieronymum
xtoris, Monachum, ac in Patavino Gymnasio
cræ Paginæ interpretem.

D. O. M.

HELENÆ, LUCRETIÆ, CORNELIÆ,
PISCOPIÆ,
JO. BAPTISTÆ D. M. PROCURATORIS
FILIÆ,
QVÆ MORIBUS ET DOCTRINA
SUPRA SEXUM, ET LAUREA
AD MEMORIAM POSTERITATIS INSIGNI,
PRIVATIS VOTIS, CORAM CORNELIO
CODANINO,
ABBATE S. GEORGII MAJORIS EMISSIS,
S. BENEDICTI INSTITUTUM,
AB INEUNTE ÆTATE, COMPLEXA,
ET RELIGIOSE PROSEQVUTA,
IN MONACHORUM CONDITORIUM,
UT VIVENS OPTAVERAT,
POST ACERBA FATA,
ADMISSA EST. MONACHI H. M. P. P.
ANNO D. M DC LXXXIV.

Cenotaphium cum Tumulo honorario, ſtatuis ſignisque marmoreis illuſtre paratur, apud D. Antonii ædem locandum, cum apud Monachos cautum ſit, ne in D. Juſtinæ templo quid ſimile paretur. Quo vero Helenæ æternitati ſedulius proſpiceretur, per univerſum Collegium Philoſophorum decretum eſt, ut publico numiſmate, poſteris ejus nomen com-

commendaretur: in cujus antica parte ejusdem imago, addito ad peripheriam encomio; in postica vero Concha rorem excipiens, cum epigraphe: Non sine fœnore.

Accipe virginis Elogium, plumbeæ laminæ, intra cupressinam arcam, inscriptum.

Helena Lucretia Cornelia Piscopia nobilis Veneta, maximi nominis virgo, & D. Benedicto sponte dicata, Hebraici, Latini, Græcique sermonis Attici, & neoterici, supra Hispanicum, Gallicum, & Italicum peritissima, quos cantus suavitate mire exornabat; in scientiis omnibus præcellens, doctorali laurea Patavii Anno M DC LXXVIII. XXV. Junii publice donatur, & Doctrix in cathedrali Ecclesia declaratur. Cujus fama & scriptis permoti Summus Pontifex Innocentius XI. & Joannes III. Poloniæ Rex literis Apostolicis VI. Maji, & Regiis XIV. Junii M DC LXXXIV. eamdem visitarunt; atque Romanorum Imperator Leopoldus, sed & Carolus III. Lotharigiæ Dux mirifice commendarunt, & alii Principes summis honoribus cumularunt. At mortalem hanc gloriam eodem anno die XXVI. Julii, hora XVIII. in immortalem commutavit, ut duplicem Virg. & Doct. laureolam susciperet in cœlis, ætatis suæ XXXVIII. mœstissimo parente Joanne Bapt. D. Marci procuratore superstite.

Relatum leges nuperrime à V. C. Joanne Mabillon, Helenæ dignissimam commendationem, in parte prima tomi primi Musei Italici; cujus hoc ipso an-

anno in lucem prodeuntis exemplar dono missum ab humanissimo, ac eruditissimo Auctore habemus.

16. Corpore nec nimis procero, nec exiguo nimis fuit, sed mediocri Symmetriæ respondit. Frons ampla majestateque plena, acies oculi vivida, color niveus, habitus totius decore, & gratiis refertus. Neminem allocuta est, quin illum in sui admirationem, ac obsequium traxerit, & allexerit. Ingenium ad omnia aptum, perspicuum, versatile, celerrimum, quod quæ facillime assequutum fuerat, memoriæ perpetuo inhæsura committeret. Temperamentum ex utraque bile ita comparatum, ut in omnibus lente festinans, nil temere aggrederetur, omnia serio perficeret. Natura placida, moderata, benigna, ad omnia sponte progressa, quæ honestati, justitiæ, & decori consona, nihil indecorum, nihil non virgine, non nobili dignum meditata.

17. Æqui justique amantissima fuit; cujus quidem rei constans adeo invaluit opinio, ut ad difficillimas quæstiones dirimendas partibus hinc inde consentientibus adhibita sit; ipsa interim in lecto decumbens valetudine afflictata, patientissime Oratores audiens, qui patrio more pro clientulis decertarent, ad judicium promendum processit. Enituit aliquando Helenæ æquitas, cum lis hujusmodi ex litigantium consensu ipsi dirimenda commissa est. Alter horum, ex cujus præpotentia in multos annos producta fuerat quæstio, in compromissum consen-

se-

ſerat, quod ſe confideret multum apud Corneliam gentem, multum apud Helenam ipſam pollentem, rem officiis ſtatim diremptarum. Verum ſecus res accidit, rationibus etenim, ſex dierum examine, perpenſis, in oppreſſi favorem ſententia emanavit; à qua ſerius quam perfugerat, Helenæ æquitate cognita, cum recedere curaret, qui damnabatur, ratum habitum eſt à Prætore virginis decretum, & in publica Curiæ acta relatum. Ob ſimile judicium cum alias, cui nil grati fecerat Helena, erga eam ſubirati animi alter indicia non obſcura dediſſet, ei intrepide repoſuit, ſe, cum de juſtitia ageretur, non parium merita, ſed rationum momenta comparare; obtinendi igitur favoris occaſio non in litibus dirimendis, ſed aliunde quærenda, quam ultro libentique animo captaret.

18. Animi magnitudo æque, ac ceteræ in ea does, emicuit. Nec ibit inficias, qui conſtantiam virginis demiratus fuerit, in tolerandis morborum multiplicium torminibus. Celebre poſtremis vitæ diebus matri datum reſponſum. Cum enim clariſſimus Archiater, & Anatomicus Marchettus Bubonem ſpecillo tentaret, ut de partis ſenſu periculum faceret; ad ferri lancinantis contactum nec ſuſpirio reſponderet Helena, mater ſtupore capta filiam de doloris ſenſu interrogavit: reſpondit illa ſe utique habere; cui mater, ut quid ergo non doles? Quia (Helena repoſuit) cum pro Deo patimur, pati nos abſque querela decet. His addenda,

quæ

quæ voluntaria corporis maceratione subiit; cili-ciis enim, fustigationibus, inediis ita se libenter affi-ctavit, ut id enixe ab animæ curatore, expetierit, & ab invito extorserit. Servorum & ancillarum labo-ribus compassa, eorum vices sæpissime præstitit: inurbanitates eorum favoribus proseqvuta est: ser-vum somno torpentem, menstruo mercedis aug-mento, & munere alteri demandato, emendavit. Adversa toleravit, cum patris intestinis Gentis dis-diis laborantis periculum per somnium rescivit. Quandoque è superiori scalarum gradu invisibiliter, absque corporis læsione, in inferius Palatii atrium delata, omnibus, qui aderant, pallore perfusis, ipsa imperterrita ad D. Antonii sacram ædem, quo ten-debat, perrexit.

19. Moderatione fuit incomparabili. Quod-cunque laudis genus ipsi ingratissimum, quod sci-ret, flocci faciendas laudes, & ad meriti momen-tum respiciendum. Nil prorsus præcox Helenæ fa-tum accelerasse constans opinio est, quam quod sæ-pius in scenam prodire, & eruditionis specimen ex-hibere coacta sit. Quamvis niveo candore decora esset Helenæ facies, tota hujusmodi in circumstan-tiis in ruborem effundebatur, maxime cum laudare-tur, quod quidem frequentissime accidit. Laureæ doctorali recipiendæ restitit pro viribus, & ab acce-pta contra moderationis suæ sensum, in deteriorem valetudinem abiit, disrupta iterum vena, multiplica-tis difficillimis morbis, à quibus demum consum-pta.

pta. Nil unquam aggressa est ad aures rumusculorum captandas, quin omnia ex obedientiæ merito reluctante moderatissimo genio suscepit, quæ in maximum sui detrimentum cederent. Cum semel à celebri oratore Venetiis apud Divorum Joannis, & Pauli ædem pro concione coram laudaretur, rubore perfusa statim secessit, nec imposterum eidem audiendo affuit. Ex epistolis frequentibus Principum, ac virorum eruditione præstantium ipsi conscriptis, illæ tantummodo superstites, quas diligens Jo. Baptistæ parentis cura servavit; cæteræ ob ejus modestiam exciderunt. Id etiam in causa fuit, quod ex ejus operibus pauca supersint: paucula enim eo elaboravit, ut ederentur, sed pleraque vel exercitii, vel comitatis causa egit; omnia certe, ut iis, quibus suam voluntatem sacraverat, morem gereret.

20. Dotes hujusmodi, quas si in Fœmina videas, miraculo deputes, cum sublimi adeo heroicitatis gradu in Helena emicuerint, quidni eæ adfuerint, quæ virgini, è gente nobilissima satæ, sunt propriæ? Decoris ac Castimoniæ amorem testantur vota ab undecimo anno sponte suscepta de virginitate servanda, à quibus nunquam dimoveri potuit. Habitus, stola, incessus, sermo pudicitiam omnibus modis præ se tulere. Respuit serio, quod plerisque nobilibus fœminis commune, recedens à vestiendi salacissimo more, toties per Ecclesiæ Præsules proscripto, toties apud sexum sequiorem renascente. A Theatris, choreis, saltationibus, Bacchanaliorum

stre-

ſtrepitu inprimis abhorruit, ab teneris unguiculis dolorem matri quandoque teſtata, ob frequentis populi, in hæc defluentis, ſpiritualem perniciem. Innocentiæ ac puritatis Helenæ præmium à Deo viſibile collatum habitum eſt, ejusque inviſibilis coronæ argumentum, qua apud ſuperos gaudet, quod facies poſt fata pulcerrimo candore perfuſa viſa ſit, fluente identidem, ex lethali plaga, per quam demum confecta fuerat, ſanguine vivido, beneque olente, currentibus Julii menſis fervidisſimis æſtibus, & per tres dies inhumato cadavere.

21. Magnificentiam, & munificentiam ad natalium ſuorum ſplendorem cæteris animi dotibus æquavit. Paupertatem, quam ad Monaſtices profesſionem ſumme coluit, ita temperavit, ut ſibi adimeret, quæ in pauperes, ac in infirmos erogaret. Viros doctrina conſpicuos favoribus amplisſimis cumulavit, quos ad munera obeunda apud parentem curavit promovendos, quatenus & Reipublicæ ipſi prodeſſent, & ipſis respublica vicisſim ſuffragaretur. Erga illos, quos inſtitutores habuit, ſummo gratitudinis vinculo detenta eſt; ſumma imprimis cura laboravit, ut Hebræum, quo inſtituente in Hebraicis profecit, ad Chriſtianam religionem adduceret; quem tamen rationum momentis devictum, ſed temporalium rerum amore à veritate refugientem, ex animo doluit.

22. Morum ad Dei voluntatem perfecte conformandorum ſtudioſisſima; illos potisſimum magi-

gi-

gistros amplexa est, qui se in veræ abnegationis præceptis instituerent. Orationem ad Deum, quem quotidianis, & repetitis vicibus coluit, ita temperavit, ut nil temere aggrederetur, & omnia citra novitatem ad moderationis normam conformaret. Præscribenti sublimem orandi apud Deum methodum, quo contemplaretur, ac tenebriosa quiete stertteret, respondit; se infirmam nimis, & sublimi volatui imparem, nihil a Deo petituram, præter passionum suarum dominium. Divinæ bonitatis largitatem modeste deprecari probavit, temere tentare damnavit. Mentis contemplationi preces vocales immiscuit, inter quas frequentissimæ, quæ ad B. Virginem, D. Benedictum, ac Angelum sibi Custodem, ex Ecclesiæ præscripto, recitantur. Sæpius cursum exeqvuta est, quem vulgari vocabulo officium Magnum vocitant. Diei noctisque horas ita temperavit, ut studiorum cura, animæ curam non impediret, sed altera alteram foveret, promoveretque.

25. Ante omnia vero speciali erga D. Benedicti ordinem, cujus instituto nomen dederat, amore, ac obsequio fuit. Helenæ animum intimius nemo novit, quam Cornelius Codaninus, Vir octuagenario major defunctus, quem supra memorasse laudasse est. Hujus frequentissimis colloquiis usa, nec post viri omnium opinione piissimi obitum, ejus quandoque meminit, quin lacrymas effunderet. Ipse Helenæ animum in divinis instituit, & ad familiaritatem admissus, in eam, quam laudavimus, inno-

centiam conformavit. Utinam sciremus, quæ ad æternitatem inter utrumque secreto toties tractata sunt; sed hæc utriusque religiosissima taciturnitate intercidisse dolendum. Erga viros ex eodem ordine in totius obsequii officia effundebatur: quod patet legenti in tertia voluminis parte epistolam, Abbati Jo. Baptistæ Beccio inscriptam. Bona adhuc valetudine gaudens ancillam secretorum suorum participem serio admonuit de suo futuro præcoci fato. Inter cætera vero, quæ sibi præstanda mandavit, præcipuum fuit, ut habitu Benedictino indutum cadaver apud Monachos sepeliretur, ut in extremis animæ, & corporis conflictationibus, sibi Monachus adesset, demum ut interula lanea Benedictino more induta humi conderetur, quæ per gyrum circa pedes consuta, decore corpus totum contegeret. Quod alibi memoravimus, in Sanctorum ordinis, cui nomen dederat, Solemniis, apud Ecclesias Monachorum veniam delictorum per secretam exomologesin petebat, & sacris reficiebatur mysteriis. Morti jam proxima rogavit de Monacho, ad animæ suæ curam advocando; quo accedente, Helena paululum à lethargo se recipiens, lætitiæ non exiguæ indicia præbuit, & viri manus, in obsequii, & devoti animi argumentum, exosculata est. Is funus defunctæ curavit, & cucullo nigro cadaver ex demortuæ præscripto vestivit, cæterisque officiis, apud Monachos solitis, prosecutus est. Nomen viri recensere operæ pretium ducimus apud ordinem eximii. Is D. Petrus Paulus Calderonus

Ra-

ennas, pietate, ac eruditione clarus, per multos
os Scholasticorum Professor, nunc totius ordinis
mprocurator, & in Monasterio Parmensi Theo-
us. Pluries ipse Helenam in animi negotiis
uvit, solus Helenæ morienti opem tulit, & quæ
ipsimus vel confirmavit, vel primum docuit:
em propterea laudandum duximus, ut grates ei
eremus, per quem profecimus.

VITA
OLAI BORRICHII,
ab ipſo conſcripta,
A
FRIDERICO vero ROSTGAARD
primum edita & ex variis ſuppleta.

OLAUS BORRICHIUS lucem hanc mortalem adſpicere primum cœpit anno à nato Salvatore M.DC. XXVI. ipſo die Soteriorum, patre Dn. OLAO CLAUDII parœciarum Borch, in Ripenſi Cimbrorum Diœceſi Sacerdote, matre Margareta Laurentia. Mox optimorum parentum ductu, & auſpiciis vineæ Chriſti inſitus, & quam primum ferebat ætas, initiatus Muſis, partim cura domeſtica. partim Magiſtrorum in ludo literario Coldingenſi, Ripenſique ita profecit, ut anno labentis ſeculi XLIV. maturus æſtimaretur Academiæ. Quem ergo id temporis è palæſtra ſua Ripenſi emiſit Vir Clariſſ. M. JOANNES MEJERUS, eum protinus benevolo ſinu amplexa eſt ſtudiorum liberalium mater Academia Hafnienſis, (Rectore D. Nicolao Pauli Scandorphio, Decano M. Joanne Chriſtophori) detinuitque inter Muſas varii generis ad annum usque M. DC. L. Interea inter cæteros ſapientiam literariam profeſſos præcipue coluit Dn. Olaum Wormium Medicinæ, & Antiquitatis patriæ ſtatorem, Dn. Thomam Bartholinum Anato-

tomicorum principem & Polyhiſtorem, Dn. Simonem Pauli, Archiatrum Regium, & Floræ delitium: quorum placitis ita conſtanter inſuevit, ut divelli ſe poſtea à ſtudio Medico non pateretur; cui tamen amor Philoſophiæ, Poëſeos, & Philologiæ acceſſit. In eo dum erat, ne, quam diu Hafniæ inter excitatos docendi artifices verſabatur, publico uſum ſui, ſi qua in didacticis arte valeret, videretur ſubtrahere, evocatus ad erudiendam in ſexta claſſe Scholæ metropolitanæ juventutem, à viro nobiliſſimo, & celeberrimo M. Georgio Hilario, ejusdem ludi Rectore, paruit: & quid multa? ob infatigabilem diligentiam, vitæ innocentia comitatam, placuit; dilectus hoc nomine optimo cuique ſtudiorum juvenilium cenſori, & in iis viro conſummatiſſimi judicii, Dn. Caſparo Brochmanno, Selandiæ Epiſcopo; acerrimo ſtudiorum ſcholaſticorum exactori; atque per eum generoſiſſimo Cancellario Regio, Dn. Chriſtiano Thomæo; quo effectum eſt, ut in uberiora ſtudiorum incrementa, à providentiſſimo Regum FRIDERICO III. Canonicatu Lundenſi, præter exſpectationem omnem locupletaretur. Poſtquam autem in illo docendi ſtadio quadriennium exegiſſet, invitatus à generoſiſſimo viro Georgio Roſecrantzio, ad regendam ſcholam illuſtrem Herlovianam, modeſta excuſatione ſpartam oblatam declinavit; quod videret, hac via interpellari ſtudium, cui ſe devoverat, medicum, & peregrinandi deſideria: licet urbs regnatrix peſtilenti ea tempeſtate contagio tantum non ſuccum-

beret, cadentibus paucos intra menses novem millibus hominum, & quod excedit; in qua lue, tot funeribus atroci, prima medicæ praxeos tentamenta auspicatus est, & quid pharmaca humana possent adversus tam violentem hostem, didicit experimentis. Quiescente tandem malo, postquam annum adhuc unum discipulis ad pietatem, & bonas artes formandis, impendisset, destinato ad exteros itineri accinctus, in aulam illustrissimi viri Dn. Joachimi Gerstorffii, primarii tum ministri Regii ex improviso accersitur, ad regendos generosissimorum filiorum annos: hic, licet prosequi decretum iter maluisset, prompte obtemperat, haud ignarus, in sancta illa domo & studiis suis privatis relinqui locum, & domino ipso nihil reperiri eruditius, humanius, sapientius. Quinquennium tenuit aulica illa vivendi ratio, nec pœnituit interea vel illustrissimum Gerstorffium electi ad hoc munus Borrichii, vel Borrichium officiosissimi sui obsequii. Verum quia iter ei continuo in oculis, in desideriis, soluta demum obsidione Hafniensi, Borrichius à sacra Regia Majestate Professioni Philologiæ, Poëseos, Chemiæ, & Botanices in Academia Hafniensi destinatur, factoque mox in publica pro cathedra digne tuenda dissertatione periculo, atque impetrata paulo post ad exteros proficiscendi venia, à Domino suo inter optata vota (quibus annectabatur illud: Cœpisti apud me, Borrichi, virtutibus tuis excitare fortunam, quam ego redeunti fabricabor) dimissus patria excedit; circa festum D. Martino sacrum, an-

anno Christi M. DC. LX. Et primus quidem in Belgium ferebat impetus, nisi quod Hamburgi tantillum subsisteret. Schuppii, & celebrium Medicorum, Cassii atque Mich. Kirstenii humanissima inductus conversatione. In Belgio præter florentissima ubivis oppida, multitudo eruditorum oculos animumque invitabat; quos inter familiaris illi ultra biennium consuetudo cum Lindenio, Sylvio, van Horne, Hornio, Gronovio, Vossio, Vorstio, Cocceo, Rumphio, Blasio, Barbettio, Origano, Kekelio, Marcgravio, aliis; unde non potuit non ad disciplinas, scientiasque Apollineas experrectior, paratiorque discedere. Interea funesto perculsus nuncio de obitu magni sui Gerstorffii, Patroni expectatissimi, sero recognovit, quam vitreæ sint res mortalium, quam caduca vota, & quam in rebus humanis securum nihil. Collegit se tamen, & advenientes non ita multo post in Belgium Gerstorffios filios, jam utroque parente orbos, rogatu amicorum, in contubernium suum recepit; viam, qua ad virtutem, honestatem, eruditionemque eundum, admonitione fideli aperuit; nihilque reliquit intentatum eorum omnium, quæ legitime ad honores grassantibus curæ esse solent. Inde exacto inter studia cum ipsis familiaria anno, comitantibus iisdem per Flandriam, Brabantiamque visenda speculatus Londini sistitur, mense Junio, anno reparatæ salutis M. DC. LXIII. & mox Gerstorffiis suis per illustrem Svanium aditum patefacit in Regiam, sibi per frequentia alloquia in amicitiam Dn. Cancellarii

Reginæ Matris Kenelmi Digbæi, Roberti Boylæi, Charletoni, Moſeleri, Polemanni, aliorum. Oxonii quoque familiariter uſus D. Williſio, Walliſio, Edmundo Dichinſohno, & Roberto Sharrochio. Inde digreſſus per amœniora provinciæ Gloceſtriam, Briſtolium, Welliſium, Sariſburium, Cantuariam, & quidquid in itinere illo vel ars commendabat, vel arcanior naturæ genius, attente inſpexit, tandemque adulto jam Auguſto menſe, in Galliam ſeſe cum Gerſtorffiis ſuis transtulit, Dieppam in tranſitu, Rothomagumque perluſtrans, Pariſiis ſedem conſtantiorem elegit, ut in qua urbe, hominum, exemplorumque feraciſſima, nobilis illa Gerſtorffiorum triga ad virtutes, ſpectato tot bonorum præmio, accenderetur, à vitiis abhorrere diſceret, tot malignorum ſupplicio. Et ne ipſe ſibi interea deeſſet, toto, quod ibi tranſegit, biennio, doctis, curioſis, rerumque expertis ſeſe adjungens, plane ex animi ſententia vixit, inter profuturas cum illuſtribus viris, doctisque hominibus converſationes: quos inter ex infinitis pauci enumerantur: D. Habertus Mommord, libellorum ſupplicum in regia Magiſter, D. Gobelinius Parlamenti Pariſienſis Præſes, D. Bourdelotius, Thevenotius, Patinus, Auzotius, Juſtellus, Boucaudius, Martellus de l'Oberiæ, Botellus, Tamponetlius; ut innumeri alii prætereantur. Cumque tandem in Daniam ad curatores ſuos, ob rationes rei familiaris, evocarentur Gerſtorffii, jam tanto curis alienis ſolutior Borrichius, inſtituto ſuo alacriter inſiſtit, & ſpectatis cum cu-

ad Ligerim urbibus, Aurelia, Blesis, Richiliade, tonio, Salmurio, Andegavi inter mendentum edras varie tentatus, supremis demum in arte ica honoribus auctus est, Brabeuta Tournesio. e per Flexiam, Cenomanosque Lutetiam reverpost brevem moram Italico accingitur itineri: ugduni quidem ad Araris Rhodanique fluenta nihil commoratus est, amicitiæ D. L'Amoe, Bertetti, Businasii, Schalæi, Vilettii illigatus; Gratianopoli à Præside rationum Parlamenti gessio Salvagnio, & Visancurtio humanissime ptus, per grande illud Carthusianorum in Als monasterium, per castellum Sabaudiæ, Momianum, per Anessium, consecratione Francisci ales tum celebre, Genevam perrexit; & non multo post secundo Rhodano Viennam Allogum, Avenionem, (ubi colloquium illi cum Bae de Villeneuf, ex familia antiqui illius Arnoldi anovani adhuc superstite, & Rerum Chemicai non imperito) Tarasconem Nemausum (in urbe cum Dn. Guiram Consiliario Regio, & antitatum Romanarum scientissimo fructuosa illi versatio) adiit, Monspelium contendens, vetus d Medicinæ domicilium, ne nunc quidem Maonum gloria destitutum: ubi præter cæteros cit nobilissimi Dn. Beauxhostes prolixa humais, & sacratioris philosophiæ cognitio. Inspe deinde, quæ fama commendabat, oppidis, Arela- Aquis Sextiis, Massilia per Alpes maritimas, rculi olim tritas, vallemque Pragealam Valdensi-

 bus

bus habitatam, Pignarolum intravit, & mox in Italico solo Augustam Taurinorum; ubi à Marchione Piannezza, primario Ducis Sabaudi ministro splendide exceptus, & cum Archiatro Tortino è vera cordis fabrica, inventisque recens vasis salivaribus amice disceptans toti mox aulæ innotuit, ad familiare colloquium postea admissus à Marchione de Caraglie, Marchione de S. Amian, aliisque, ostensumque, quicquid in tota urbe spectatius, imprimis vastum illud opus Pyrrhi Ligorii, & Isiaca tabula, Pignorio tantopere æstimata. Mediolani nihil tam acceptum, quam viri optimi Manfredi Septalii summa urbanitas, & scientiarum artiumque reconditarum notitia: ut taceam delicias illustris Bibliothecæ Ambrosianæ, humanitatem Dn. Terzagi, Dominique de Lerma, Generalis militiæ præfecti Hispanici. Ticini antiquam illam Regum Longobardorum sedem contemplatus admirari non desiit, fabricam urbis, præsertim autem Turrium, quæ ibi plurimæ, adhuc constanter olere septentrionem. Bononiæ auditi Doctores Academici, imprimis vero instituta cum Baptista Ricciolio, ut insigni Mathematico, ita Poëta non pœnitendo, colloquia. In reliquis Italiæ oppidis vix quidquam spectatum Florentia vel florentius, vel urbanius. Ubi ipse Magnus Dux, alter tum Apollo, & magnus literatorum stator, quin & germanus frater Principis, Leopoldus, postea Cardinalis Mediceus, redivivus itidem Mæcenas, humanissime advenam excepit. Familiariter dilexere Laurentius Magallotti, Franci-

scus

scus Rhedi, Carlo Dati, repræsentata ad usum exoptatum Bibliotheca Medicea, exquisitis MStis referta. Inde postquam abiisset, Pistojam, Lucam, Pisas; Sienam tandem in urbe Roma sedem deligit anno M.DC. LXV. mense Octobri, ibique inter eruditorum, & Bibliothecarum frequentiam medius, hiemem ex voto transigit, una tantum excursione Neapolim facta, ut Vesuvium tum flammantem, & alia naturæ miracula oculis liquido usurparet, atque adeo Thomæ Cornelii Consentini, clarissimi per id tempus Medici Neapolitani frueretur consuetudine. Romæ autem familiarius utebatur Leone Allatio, Abbate Gradio,Falconerio, Michaël Angelo Riccio, Carolo Puteano, Francisco Corvino, Athanasio Kirchero, Laurentio Scythio, adhibitus & quandoque colloquiis Cardinalis Pallavicini, & sæpe accersitus ad disserendum cum Regina Christina de arcanioris Chemiæ studio,veritate, experimentis,quibus tum sacris se Palladia virago devoverat. Sub exitum Martii anno M.DC.LXVI. Roma egreditur,sed pene invitus,nec nisi vacantis in patria officii stimulatus admonitu, factoque per medium Apenninum itinere, ædem Lauretanam, Anconam,Ariminum,Pisaurum,Ferrariam contemplatus, Venetias salutat,Patavium consulit, ibique, postquam amicius innotuisset Ferrario, Marchettis, Petruccio, Offredo, Comiti Zarabellæ, Venetias repetit, satiatusque colloquiis Ludovici de Comitibus, Tackenii, Bustroni, aliorum, memor inornatæ in patria spartæ, in Germaniam paulatim contenten-

tendit, & Tridento, Monachio, Augusta Vindelicorum, Tubinga, Argentorato, Heidelberga, Francofurto, Colonia Ubiorum in Belgium secundo quidem Rheno, sed inter adversa omnia (quod lues pestifera agros urbesque late popularetur) defertur, & redintegrata ibidem cum doctis, quibus Libitina perpercerat, amicitia, Franequera, Groninga, Embda, Hamburgo, Lubeca, Chilonio, Hafniam redit mense Novembri, transacto inter peregrinandum sexennio integro.

A reditu mox officio suo administrando se accinxit, & licet hinc praxeos Medicæ curis in urbe districtus, illinc, ex quo inter Medicos regios numeratus, in aula jussus apparere, partibus officii in Academia adeo non defuit, ut docendo, disputando, scribendoque plena opera sarcire laborarit, si quid peregrinando neglectum: imo se publico non intermissa viginti annorum diligentia usque eo probavit, ut nec necesse habuerit, unquam vel conscientiæ suæ testimonium, vel Magistratus, Collegarumve, vel denique civium Academicorum formidare judicia. Docuit autem interea varii generis disciplinas, partim officii ratione inductus, partim voluntario impetu, ut esset, in quo diverse genium suum periclitaretur juventus, studiis liberalibus addictior. Et quidem in Philologicis prolixe commentatus est de scriptoribus antiquis Latinis, cujus industriæ specimen minutum prodiit in lucem,

[illegible] inscriptumque est: Conspectus præstantio- [illegible] scriptorum Linguæ Latinæ; ipsum opus ad- [illegible] asservant; quin & adjecit Cogitationes [illegible] variis linguæ Latinæ ætatibus, & scripto G. J. [illegible] de vitiis sermonis, atque non ita multo post [illegible] Philologica, & judicium de Lexicis Lati- [illegible] que hactenus editis. Postea, ut tyrones [illegible] veluti fontibus haurirent limpidius, Anti- [illegible] Romæ imaginem sex disputationibus ita oculis [illegible], ut res Romanæ, mores, instituta multum [illegible], claritatisque aucupentur. Cumque non [illegible] nausea adverteret imperitum vulgus pharma- [illegible] orum, imo nonnunquam medentum negli- [illegible] in enunciandis justa mora pharmacis, in- [illegible] nandi instrumentis varie sibi excidere, Lin- [illegible] Pharmacopæorum formavit, huic malo ob- [illegible] euntem. In Poësi quid præstiterit, vel ex eo [illegible], quod & frequenter ipse, occasione invitante, [illegible] pepigerit, præsertim Epici generis, & jam [illegible] juvenis, cum Smetii errores diversos notasset, [illegible] labarum quantitate evulgarit compendium, [illegible] tulum fecit: Parnassus in nuce. Sed & annis [illegible] ectior justum opus, licet succinctum de Poëtis [illegible] Latinisque inde ab initio natæ artis, ad usque [illegible] tempora scripsit, Sosiisque imprimendum [illegible]; in quo simul vernaculi Poëtæ erectioris [illegible], Itali, Galli, Hispani, Lusitani, Angli, [illegible], Belgæ, Borussi, Dani attinguntur, sub- [illegible] de plerorumque vena & felicitate judicii

cen-

censura, non illa qvidem ad Phidiæ statuas ubiqve comparanda, sed tamen desiderantibus in hoc studio proficere haud dubie profutura. In Chemicis Prodromum initio concinnavit de ortu & progressu Chemiæ, & paucis post annis, impulsus mordaci H. Conringii dicacitate, plenum opus de Hermetis, Ægyptiorum, & Chemicorum sapientia. Sed & his in publico elementa Chemiæ universæ, à capite ad calcem, percensuit, novisqve ex disciplina observationibus locupletavit: scriptum in privato loco adhuc custoditum. Qvin &, ut civibus in metalliferas regiones ituris, evidenter prodesset, brevi & facili compendio modum aperuit examinandi omnes ubiqve venas metallicas, saxa, arenas, aqvas, argillas, ut de earundem præstantia liqvido constet: cui opusculo nomen imposuit: Docimastice metallica, transiitqve scriptum illud postea non modo in lingvam Germanicam, sed & hodie in vernaculam. Sparsit & Chemica qvædam hinc inde in actis Medicis Hafniensibus, ut & Botanica, atqve Medica, qvæ publico jam innotuere. In Botanicis id egit potissimum, ut tyronibus necessaria notiora evaderent, qvam nimia. Hinc de Afris, Indisqve plantis non ita sollicitus, vernis æstivisqve in suburbana excursionibus juventuti vernaculas herbas præcipue monstravit, &, qvod caput rei est, usum earundem ex qvotidianis in praxi medica experimentis secum tradidit, identidem admonens, esse in patria nostra tot diversi generis plantas, ut, si exoticis omnibus destitueremur, non ideo apud nos deficeret

ret vera, & conveniens medendi ratio. Qua imbuti apud nos cognitione cives, ubiubi eos tandem constituit fortuna, possunt inemptis germinibus & de sua familia, & de egentioribus ubique bene mereri. Utque tenacius hærerent, quæ silvas, & prata hinc inde perambulando, discipulis in hoc genere inculcarat, ea omnia in Lyceo explicatius dictavit, methodumque utendi, fruendi intelligenter exposuit. Edidit & scriptum de Usu indigenarum plantarum in Medicina. In Re Medica iterum iterumque non institutiones duntaxat artis saluberrimæ auditoribus interpretatus est, sed & universam praxin inde ab exordio ad finem docendo prosecutus, multum quidem antecedentium scriptorum tribuit placitis, sed & plurimum ad lectos ægrorum disci experiundo notavit. Sæpe fabricam ossium in corpore humano oculis discipulorum subjecit, usum designavit, & varia chirurgorum filiis salutaria adspersit. Sunt & alia varii argumenti, de quibus, quoties vocabat opportunitas, disseruit; in quibus extat tractatus ejusdem de somno, & somniferis. De Cabala Characterali. De causis diversitatis linguarum. Memoria Dn. Oligeri Vindii. Oratio jubilæa Evangelica. Taceo Orationes ejusdem in promotionibus Academicis natas, sed nondum prælo commissas: De variis modis excitandi ignis, atque de Phosphoro. De natura sanguinis, & transfusione ejus. De oraculis Antiquorum. De contagio non solum morborum, sed & vitiorum. De furore Poëtico.

De

De vero uſu Logices. De lixivio, & acido atque utriusque pugna. De experimentis Botanicis. De veris ſuccini natalibus. De qualitatibus occultis. De uſu ſtudiorum Academicorum, etiam in re militari. De forma ſerpentis, qui Evam decepit. De natura dulcedinis. De ſomno animalium ad plures menſes continuato. De ſtudio pure loquendi latine. De menſtruis Chemicorum. In Decanatu Philoſophico, quem magiſtratum Dn. Collegis ita volentibus, integris annis XII. impigre administravit, poſt examinum ſolemnia M DCC XXVI. creavit Academiæ cives, CLXII. Magiſtros, DXLII. Baccalaureos. Quibus adjiciendi merito aliquot Medicinæ Doctores, ab eo ſummis in ea arte honoribus inſigniti. Rectoratum Academiæ bis geſſit; & primum quidem eo inter purpuratos Regios ordine, quem primæ ſanctiones Academicæ huic officio attribuunt. Anno ſeculi labentis LXXXVI. inter Aſſeſſores juſtitiæ in ſummo tribunali ab Aug. Rege Chriſtiano V. conſidere juſſus eſt, prorſus ex inopinato. A conjugio tota vita abſtinuit, ut eo philoſopharetur expeditius. Diſceptatis in ſuprema juſtitiæ curia cauſis anno 1687. Candidatos Medicinæ, in praxi medica exercuit, plantarum uſum medicum ſolemnibus in agrum Hafnienſem excurſibus edocuit, & privato collegio Docimaſticem metallicam, cum celebrioribus operationibus Chemicis, non voce tantum, ſed & ipſo opere auditoribus demonſtravit. Anno 1689. novis, ita volente ſacra R.

Majestate, auctus est honoribus; titulo scil. Consiliarii in Cancellaria Regia; sed &, ita volente sacratissima divina Majestate, novo in vesica arrosa genere tormenti; cui Christiana patientia occurrit, donec ---

Et hic substitit (inqvit Rostgaard) incomparabilis hujus viri manus, qvæ tam divina exaravit ingenii Borrichiani monumenta, ut universo orbi innotuerit, & tam liberaliter dedit, ut patriam sibi æternum devinxerit. Sed & qvæ de ipsius legatis, & qvæ de obitu scire humanissimus Lector optaret, ex Programmate Academiæ Hafniensis, (qvod à Nobilissimo Joanne Mulenio, Medicinæ Licentiato, & Professore celeberrimo Academiæqve Secretario fidelissimo compositum, sub nomine, & auspiciis Rectoris Magnifici Excellentissimi Oligeri Jacobæi ante biennium, & ipso qvidem die, qvo manibus beati Borrichii justa fierent, prodiit) huc apponam.

Sed adhuc clarius (proxime præcesserant de virtutibus, & pietate Borrichii) patescit amor cœlestium; qvas enim, benedicente Deo Opt. Maximo, labore atqve industria sua collegerat opes, & facultates, easdem in honorem ipsius, non ut inde sibi famam, aut nominis immortalitatem aucuparetur, larga manu iterum erogavit. Instituit namqve, ut & sufficeret juventuti Academicæ, necessariis destitutæ adminiculis, præsidium aliqvod in uberiora studiorum incrementa, & famelicis afflictisqve solamen obtingeret: illis qvippe domum plane lateritiam magnificentissimæ structuræ reliqvit; ubi

ubi omnia cernuntur splendide apparata, cubicula octo cum suis conclaviis, sedecim destinata studiosis, modestia, virtute, ac doctrina conspicuis; amplum Auditorium varie exornatum, ut in hac palæstra commodius lacertos moveant Juniores sacris Apollineis devoti; supellex libraria exquisitæ elegantiæ, diverso studiorum generi inserviens; cui adhærent manuscripta rariora: cernitur itidemqve Laboratorium Chemicum, Medicinam colentibus profuturum; cernitur hortus, fructiferis arboribusqve consitus, oculis recreandis, animo pascendo dicatus. Hoc tam sumptuosæ structuræ domicilium vocari maluit Collegium Medicæum, qvam ut à suo nomine appellationem traheret: nihil enim arrogantiæ, nihil fastuosi ostentabat in vitæ cursu, sed fortuna, ac felicitate sua summa usus est modestia. Utrisqve, tum hujus Collegii incolis, tum aliis egestate, ærumnis, & imbecilli valetudine oppressis, nec non alumnis scholæ Ripensis ingentem pecuniæ summam attribuit, quæ, resignatis post obitum testamenti tabulis, in Collegio Consistoriali annuo spatio reservatis, explevit numerum viginti sex mille, & trecentorum Joachimicorum. Plura adhuc in laudem, & perpetuam commendationem Eminentissimi Viri merito adducenda essent; sed cum angustioris pagellæ spatio neqvaqvam omnia includantur, lacunam hanc justis explebit præconiis Nobilissimus & Amplissimus Collega Paulus Vindingius, Assessor in summo tribunali justitiæ, Colleg. Consistoriali &c.

Ora-

Oratione Parentali Beato nostro supremum persoluturus honorem, proxima die lunæ hor. 2. pomeridiana.

Biennium est, ex qvo valetudinem, virili ætate satis firmam, nisi qvod cum angina subinde colluctaretur, sensit nonnihil labefactari, oborto ex insidiis hoste, qvem calculum vesicæ nominamus: cui selectissimis qvidem occursum pharmacis; sed crescente in dies malo, retrahere se à negotiis publicis coactus fuit; cum nec curru vehi, nec expedite obambulare permiserit calculus jam grandior factus. Tandem incassum omnia tentari atrociores indicabant dolores, ante sex invalescentes septimanas, qvi sensim enervare corpus, frangere vires, somnum interpellare, inducias dare nullas cœperunt: itaqve cum aliud non superesset remedium, nisi qvod Chirurgia subministrare solet, & acerrimi urgerent cruciatus, serio qvotidie secum pensitabat, satiusne esset omnia prius experiri, qvam acerbissimis succumbere doloribus: tandem re diu multumqve agitata, cum optimis, ac fidelissimis amicorum statuit ferro submittere sese, haud eqvidem ignarus, in hac operatione unicam fere valetudinis spem esse repositam, nisi provectior ætas, & vires debilitatæ dissvaderent. Anteqvam vero hanc medicandi sortem in se admitteret, cum anceps, ac dubius appareret eventus, mature saluti animæ prospectum voluit per Virum admodum Reverendum, & Gravissimum Mag. Joannem Adolph. Bornemann, Assessorem in Collegio Consistoriali, ac Præpositum Sockelundensem, &c.

Refocillatus jam corpore, ac fangi
Christi, paucis post diebus, XIII. m
(hora undecima ante meridiem) p
cis dexteritati imperterrito animo se
sentibus nobilissimis, atqve expe
HENRICO à MOENICHEI
Majestatis Archiatro, ut & D. MA
FORT, Medico aulico meritissimo
rurgis exercitatissimis. Cæterum ma
rities calculi optatum elusit successur
enim per incisuram neqve extrahi, ne
tis diffringi, absqve præsentissimo vit
terat. Nihil tamen inde commotus
Deum fiducia, & certissima spe ætern
tus, symptomata graviora, & dolore
affligentes incredibili pertulit patient
tæ molestiæ, tot insomnes noctes, t
cruciatus novissime III. Octobris (ho
ptima) in mortem terminarentur
Ita conspectui nostro subduxit se fulg
lud totius literati orbis lumen; cujus
dor nitidissime in ævum collucebit
Vestrum erit, Cives Academici, qvon
ti & commodis tantopere invigilavit,
apud vos unqvam Borrichii nomen ol
neramini cineres Apollinis vestri,
lemni hodie pompa, meridiano tempo
qvibus augustus in templo Divæ virg
locus, ubi Sepulcrum ejus conspicitur
Collegiiqve Medicei habitatoribus e

-us à doloribus calculi jam securum qviete con-
-tur, dum fama Excellentisſimi Viri per orbem
-cat, & gloria in sermone, ac memoria omnium
-us vagatur; cujus apud nos extabunt virtutis, do-
-næ, prudentiæ, pietatis, ad omnem æternitatem
-ressa vestigia. Hafn. die XXX. Octob. Anno
DC. XC.

Nec invidebimus benigno Lectori geminam su-
laudati Vindingii inscriptionem, alteram effigi-
lteram tumulo Borrichii dicatam.

(1.)

Æra Corinthiaco nil concessura metallo,
Qveis sculptor tanti condidit ora viri;
Cerne tuum heic, Medicina, ævum, mirare lacer-
tos,
Et decus, & genium, Lingva Latina, tuum.
Cujus in obseqvium consurrexere Camœnæ,
Et numeros flexit promptus Apollo suos.
Borrichii æternos se fama sacravit in annos,
Dum saxa Arctoo stant Medicéa solo.

(2.)

Qvidqvid ex æterno naturæ rescripto commu-
n mortalitatis sententiam deprecari non potuit,
t longam cum interno hoste luctam, & dolores,
nana fere constantia majores, in melioris vitæ ex-
tationem, & desideratæ qvietis fructum, hoc in-
reliqvit vir incomparabilis OLAUS BOR-

RIGHEIUS, Sacræ Regiæ Majestatis Consiliarius Cancellariæ, Assessor in supremo tribunali justitiæ, & Collegio Consistoriali, Medicinæ, & Philologiæ Professor. Cætera orbi tradidit, immortalem nominis sui memoriam, & famam cum æternitate certaturam. Vixit cœlebs, sed ex Musarum filiis tot adoptavit liberos, qvot in Collegio, à se pie fundato, pietatis, & virtutis exercitiis, tanto parente dignos se ostenderint. Natus est Anno M. DC. XXVI. die septimo Aprilis. Denatus Anno M. DC. XC.
Qviescat in Pace!

VITA JOHANNIS VINCENTII PINELII, PATRITII GENUENSIS.

In qua Studiosis bonarum artium, proponitur typus viri probi & eruditi.

AUCTORE

PAULO GUALDO, Patricio Vicetino.

Illustrissimo

Et Reverendiss. D. Dominico Pinello, S. R. E. Card. Episc. Ostiensi.

Sacri collegii Decano.

PAULUS GUALDUS Vicetinus salutem.

EXimium illum Philosophum, Magistrum, ut Cicero, ait, intelligendi & dicendi, cujus nomen æternis præclarum monumentis, nemo non admiratur, gloriatum ferunt aliqvando, qvod Socrate vivente vixisset. Ast ego non præclarè minus mecum censeo actum, cui contigerit primum eo sæculo nasci, qvo non tantum de facie noscere, sed & colere observareqve licuerit per annos non paucos JO-

HANNEM VINCENTIUM PINELIUM, doctum & probum supra omnia pœne nostrorum temporum exempla; tum vero deinceps vitam ejusdem moresqve elegantissimos commendare posteritati, in qvo qvidem munere, ut rei magnitudini mihiqve adeo ipsi non fecerim satis, (qvis enim ejus viri merita explicet pro dignitate?) Confidam tamen obventurum inde mihi laudis & existimationis non parum, qvod lubens contulerim vires omnes meas in Viri CL. res, si non universas, at qvas licuit mihi sermone celebrandas. Illud vero qvam eximium? extare te nunc ex eadem gente *DOMINICE CARD.* Illustrissime, qvi ut *JOH. VINCENTIUM* non vi magis affinitatis qvam charitatis, perpetuo amaveris, ita videaris hilaris excepturus scriptionem hanc meam, qvæ gentilis tui laudes prædicare sit aggressa. Et sane cui hæc alii inscripsissem, qvam tibi? in qvo absolutum actionis exemplar, ut in JOH. VINCENTIO contemplationis propositum habemus. Ille per faciles semitas, & amœna Philosophiæ vireta, tu per salebras & sentes Jurisprudentiæ; ille in musarum congressu, tu in Judiciario & forensi pulvere; abditus ille in domestica Bibliotheca, tu in conventibus, in legationibus, in amplissimorum Patrum pœne qvotidiano cœtu; in Academia ille Patavina, tu Romæ in oculis orbis terrarum, variis adeo itineribus eo pervenistis, ut JOH. VINCENTIUM intra limites umbratilis illius vitæ suspexerint omnes, te vero civilibus muneribus exercitum, fides, prudentia, integritas in sanctiss. Cardinalium Collegium cooptа-

optarint, in qvo collegas omnes, & universos Christianæ Reip. Episcopos, à summo Pontifice primus, anteis dignitate, fastigio illi proximus, à qvo non abfuturum te diu boni omnes augurantur. Munus igitur hoc tibi tot nominibus debitum, apud te esse patere, Vir illustrissime, non indignum prorsus qvod extet meæ in nominis & gentilitii splendoris tui gloriam observantiæ testimonium, complectendum tibi si non auctoris ratione, at ejus memoria, cujus laudes prædicare consilium fuit. Illius ego enarrandis rebus gestio, ut non qvam illum decebat operam præstiterim, at qvam ego potui impendi sane. Et qvid homini potest dari majus (inqvit junior Plinius) qvam gloria, laus, & æternitas? At non erunt æterna qvæ scripsi, non erunt fortasse; scripsi tamen (ut respondeam ejusdemmet Cæcilii verbis) tanqvam essent futura. Tu hæc, *DOMINICE CARD.* Amplissime, accipe uti dantur, non sine jucunda magni gentilis tui memoria, delectationi proculdubio futura. Vale.

MARCO VELSERO
II. VIRO AUGUSTANO.

Paulus Gualdus Vicetinus Salutem.

QVi serio amant, MARCE VELSERE, eo allicientis naturæ propensione ducuntur, ut rei, qvam amant, bona omnia, perpetuitatem adeo ipsam, in hoc vicissitudinum humanarum æstu con-

tingere flagrantissime cupiant, qvi sane affectus, qvo magis intimus, eo semper solertior fuit in perqvirendis rationibus, per qvas tendere ad propositum hunc finem liceret. Hinc antiqvoris ævi decora, historicæ narrationes, tabulæ, signa ærea, marmoreaqve; posterioris calcographicum inventum, qvæ omnia eo spectant, ut non solum habitus corporum delineare, sed & animorum exprimere ornamenta possimus. Qvi sane affectus amoris benevolentiaqve impulit etiam me ipsum, non modo ut JOH. VINCENTII PINELLI imaginem describendam curaverim, sed et, cum per annos prope XXX. a die qvo primum studiosè magnum virum observare cœpi, ad eum qvo supremo in sinu meo animam egit, dilexerim supra qvam sermone explicari qveat, coëgerim etiam intra non magni voluminis angustias, e latissimo rerum campo, præcipua qvædam ipsius vitæ capita, tum ut mihi etiam nunc exemplar referrent, ad qvod formare me possem, tum vero etiam, ut mœrorem levarent, qvem mihi incusserat amplissimi viri, qvam feceram, jactura. Propositum hoc meum cum pleriqve communium amicorum, ut fit, explorassent, perurgere cœperunt, ut ne publicæ literatorum rei lucubrationes meas inviderem, Studiosis scilicet omnibus gratas futuras, apud qvos PINELI memoria & grata & sancta jam diu esset. Me vero hæ preces, ut non permulcebant, gnarum videlicet tenuitatis meæ, ita in eam sententiam traxerunt, ut fœtum hunc meum dispiciendum traderem, examinandumqve tibi V. Clarissimo, PINELLI

amico,

amico, bonarum artium Patrono, qvi prudentia, eruditione, & animi candore in consilium advocatis, tum demum pronuncies, an è re PINELLI, an è literarum, an è mea sit, ut in lucem hominum prodire sinam qvalescunqve hasce subsecivarum horarum reliqvias; hoc tibi arbitrium ut deferam, faciunt multa; præstantissimorum, qvo teneris, studiorum amor, impollutæ, qvam nobiscum profiteris, religionis patrocinium, & Princeps in Pinelliana amicitia locus, qvi te potissimum alliciet, ut more majorum his animum advertas, qvæ pro tuo nutu vel abdent sese, vel dabunt in conspectum. Mihi enim, cui non alius qvam JOH. VINCENTII gloriæ observatur finis, si tibi eum me assecutum non videatur, sufficiet voluisse saltem, continebiturqve scriptio hæc mea intra domesticos parietes, contestatio utiqve gentilibus meis non injucunda, fuisse mihi cum ætatis nostræ maximo viro non vulgares præstantissimæ amicitiæ rationes. VALE.

ANTONII QVÆRENGI.

PErpetua rapidis annis obsiste juventa
Musarum pia cura liber.
Qvaqve diem promit, qva mergitur æqvore Titan,
Ter magni super astra decus
Pinelli, non rara altæ sapientia mentis.
Non morum sine labe nitor,

In-

Invida Lethea metuant oblivia noctis.
Promeritus quoque tollat honos
Insignem cælo PAULUM, *quem dulcis amici*
In tantum laus egit opus.
Gloria Germanæ gentis te VELSERUS *heroi.*
Ante alios per docta virum
Agmina dimittat celebrans: illo auspice tuta
Ad Gades ad Bactra viam
Carpe volans, famaque diu te crede vocanti.
Ingressum quacunque feres
Te late excipient urbes, sed lumina Tusci
Præsertim tibi clara maris,
Magnanimi plaudent Ligures, civemque verendum
Posteritas imitata colet.

ALOYSII VALMARANÆ
Vicetini è Societate Jesu.

TE, PINELLE, *reum mortis genuere parentes,*
Et vita ingressus janua mortis erat;
Lactea Lethæis miscebat pocula poclis
Parvuli, eratque viri tempus edentis edax:
Longa brevi moriens traxisti funera vitâ,
Longior at longo funera vita subit:
Nam Gualdus *calamo, quod non potuere parentes*
Stirpe, virum in memori vivere mente dedit.
Qua tibi vita fuit, non est: tibi vita perennis.
PINELLI *inscriptus Vita, libellus erit.*

BER-

BERNARDI STEPHONII
E Societate JESU.

OPACA PINUS, & vetusta, nobilis
Gnidi Paphiqve sylva, sibilantibus
Comis sonora: sic susurrus ingruat.
Tepentis aut Favonii, vel arduis
Serenus Auster implicata brachiis
Volutet usqve ludibunda murmura:
Beata sic perennitas aqva tibi
Amica, semper obloqvente sibilo
Coma volumen humidum secus citans,
Amœnitate fertili riget nemus:
Ut hinc & inde Pinea gravis nuce.
Comas onusqve sustinere vix qveas:
Vige salubre Cypridis nemus domus:
Vige perenne gaudium Liguriæ:
Qvod & benignus educat Gnidi lepor:
Qvod & leporis aura Paulus educat,
Superstitatqve, sospitatqve fœtibus
Tuis suisqve: Paulus unus omnium,
Qvot & fuere, qvotqve sunt, eruntque post.
Amœnitatis instar integellulæ,
Amoris, & decoris, & tui seqvax,
Tenaxqve veritatis, & boni tenax,
Vige; vigebit aureus simul decor:
Vige: vigebit elegans simul fides:
Datura frigus hospitale posteris,
Domus virentis usqve qvaqve textili

Repexa fronde: sive litteralibus
Maritimisque floreum leporibus
Cubile perbenigna garrientibus,
Ut ante, semper apparare gesties:
Alumna seu Cytheris evocaverit
Ligusticasque Romulasque Gratias,
Jocis remixta Lydiis & Atticis.
Tuos ad hosce cespites freqvens ego
Meusque Paulus, ingeni gravis lepor.
Tuos ab usque Regia Cypro satus.
Ab ultimaque Pineos origine
In hoc cacumen editos, in id decus,
Redordiemur invicem: modis ego:
Ut ut libebit ille: sive liberà,
Severiore lege sive mavolet
Rotundiora verba dulce volvere:
Utroqve mirus artifex, tui memor.
Vigebis usqve: spondit id Gnidi Charis.
Et hic vigebis in sodalis hortulis,
Loqvente semper irrigata rivulo:
Ut alba poscit, alba reddit ut fides.
Et has, arata literis fidelibus,
Sodalitatis indices notas geres.
Meane stirpe latiore creverim,
Tua ne PAULI culte diligentia
Amica Pinus, ambigo. Sed hoc liqvet,
Qvod interire posset, id dedit genus,
Qvod interire nescit, hoc AMOR dedit.

FA-

FAMIANI STRATÆ
E ſocietate Jeſu.

AMorem audieram patrem doloris;
Nec dum credidedam, utriusqve mores
Longe diſſimiles, fefellerant me.
Sed jam percipio miſer, qverorqve
Vero verius eſſe qvod negabam.
Nec ſolus qveror, hoc idem qveruntur
Mecum, docte PINELLE, qui te amarunt,
Nam qvis docte PINELLE, non te amavit?
PAULUS ante alios pereleganti
Ne totus pereas vetans libello.
Partum in pectore ſentiunt dolorem.
Infantem ſine lacbrimis dolorem.
Qvi naſci neqvit. Et Catiano
Miſupercilio qvis exprobabit
Lacbrimas oculis perenne fuſas!
Qvid ego? ex oculis Amor creatus
In pectus cadit, hic creat dolorem.
Qvi veſtigia per paterna, ad ipſos
Se refert oculos, & inde adauctus
Lacbrimis, velut annis imbre, prima
Incunabula pectoris reviſit.
Hinc dolore, & amore ſe ſeqvuntur.
Qvi dolor modo natus occidente eſt
Te PINELLE, in Amore delitebat.
Proqve uno dolor occidente, mentes
Munerum muneroſus occupavit.

Sic

Sic quæ sidera per diem latebant,
Apparent moriente Sole, & uni
Plurima face funus exeqvuntur.

IOSEPHI CASTALIONIS J. C.

EDITUS antiqva Ligurum de stirpe parentum,
Parthenope imperii claro qvos auxit honore,
Venerat exemplar morum PINELLUS in urbem,
Qvam posuit pulsus Phrygiis Antenor ab oris,
Ingenii ut cultus caperet juvenilibus annis.
Ac licet in libris illic exegerit ævum
Abditus, & Regum vitarit tecta superba,
Pollicitis magnis, precibusqve vocatus in aulam
Haud latuit, vixitve ullo tamen ille beatus
Rege minus. Testis Germania, testis Hiberus,
Cumqve Italo testis celeberrima Gallia tractu.
Nam qvo non adiit PINELLI gloria? Qvisque
Conspicuæ titulo doctrinæ floruit usqvam,
Cui cum PINELLO fuerint commercia nulla?
Democriti incultos qvis jam mirabitur agros?
At tibi susceptos nemo non, PAULE, labores
Laudibus in cœlum tollit. Tu postera sæcla
Qvod stupeant, seriqve imitentur rite nepotes,
Digeris in libros, & mores exprimis ejus,
Sollicitis qui opibus Regum secura potentum
Privatæ novit præponere commoda vitæ.
Tu pius officium merito persolvis amico,
Cumqve tuo longum producis nomen in ævum

Illi-

Illius, officiantqve caves oblivia neutri,
Hinc qvoqve permultum sumit VICETIA lucis,
Et tanto natale solum se jactat alumno.
Felix qvi caro capiti, patriæqve tibi qve
Struxisti doctis monumenta perenia chartis.

LAURENTII PIGNORII.

O Qvos sollicitat doctarum forma Sororum.
Dulci alit aut sapientia cura,
Qvos juvat emerita splendescere frontis honore.
Decerpta ex Helicone beato:
Si lubet ô longum cœlesti accumbere mensæ,
Atqve animum perfundere sacro
Nectare, non aliosqvam PAULI evolvite chartas.
Qveis pius inclyta nomina amici
Imprimit æternum mansuris, ille perenni
Eloqvio bonus, aurea vitæ
Concludit præcepta, virumqve informat amantem.
Musarum, & laudabilis oci,
Qva valeat certam Sophiæ contingere metam.
Et Famæ decurrere campo.
Non legat hæc cui stat floribus confixa superbis
Mens, effræni perdita luxu:
Non qvi inhiat gemmis, perituroѵe incubat auro.
Qvi patriam, miserosqve penates
Servitio premit infando. Num dicere laudes
GUALDE tuas ego carmine tentem?
Inne idem, mare cum fervet, deprendere norim
Qvot veniant ad littora fluctus?

Hæc ille. Qvæ sane laus, ut ad animi compositionem, & ad institutionem educantium creantur, manat etiam à majorum præstantia, & nobilitate; fortes enim oriuntur fortibus, ut in confesso est. Cujus domestici ornamenti compendium hic attingemus, non qvia monstrari egeat, sed qvod ea demum germana laus est nobilitatis, qvæ inter majorum imagines aditum sibi comparat ad immortalitatem Gentis PINELLÆ unius è duo de triginta Reipub. GENUENSIS nobilioribus & antiqvioribus, meminit UBERTUS FOLIETA, *his verbis: Gens PINELLA nobilis & pervetusta, multos egregios atqve insignes viros, patriæqve perutiles tulit. At encomium hoc, jejunum fortasse visum, extorsit acris judicii viro laudationem illam, qva vix ullam apud eundem reperias ampliorem, ea sic se habet:
„ Gens enim PINELLA apprime nobilis, turbulentissimis civitatis nostræ temporibus, procul ab omni fastu & ambitione, ab omnibusqve civilibus contentionibus remota, cum nullo loco operam & industriam suam Reipub. subtraxerit, nullumqve illius procurandæ aut munus unqvam intermiserit, aut laborem subterfugerit, non tamen aut ex malis publicis crescere unqvam studuit, aut per publicam privatamve cujusqvam injuriam in altiorem potentiæ aut dignitatis locum ascendere contendit. FOLIETÆ præclarum testimonium de familiæ PINELLÆ splendore & vetustate, comprobabit minime novitius scriptor ELUBERIUS MI-

*Lib. de Clar. Ligurib.

MIRABELLIUS, cujus de Gothorum Regibus sermonem habentis hæc sunt; Ex familia PINELLA ortus est ILDOVALDUS sextus Rex Gothorum. Exscripsit hæc FANUSIUS CAMPANUS, auctor nondum editus, cui Gentes Italicas illustriores, earumqve origines recensere curæ fuit. * Ejus mihi copia facta est ab amicissimo viro PAULO TÆGIO, cujus animi candorem, & multiplicem rerum usum, liberalemqve doctrinam, PINELLUS noster magni semper fecit. Sunt autem qvi nervose asserunt (rumorene domestico, an certis argumentis nixi, non satis scio) PINELLOS Cypro oriundos, manasse à Regia Lusitanorum domo. Mihi neqve in horum, neqve in Eleutherii verba juranti, compertum qvidem est, gentem hanc insignibus præditam ornamentis, inter Italicas clariores recenseri jure merito posse. Ideoqve ego domestica PINELLORUM ornamenta consulto prætereo, Senatores videlicet, Militiæ Præfectos, Reip. Duces, & alios complures, optimè de posteritate meritos, qvorum, domi forisqve, ad laudem, & gloriam extant gestarum egregiè rerum præclara monumenta. Summorum item Pontificum, & Regum aliqvot perhonorifica decreta, INNOCENTII scilicet VIII. cujus avia PINELLORUM Gentilis fuit, ALEXANDRI VI. FERDINANDI patris, & ALPHONSI filii, Arragoniorum regum, qvorum mihi omnium diplomata videre contigit, lubens omitto, rem actam minime acturus, illud sane satis superqve fuisset, DO-

* Lib. I. cap. 10.

MINICI PINELLI Cardinalis amplissimi nunqvam intermorituras laudes, Institutæ narrationi aspersisse: at iis, optimo qvidem fato, scriptorem alium tanto oneri parem obtigisse gratulandum. Supra gentilitia ut diximus decora. JOH. VINCENTIUS noster, natalibus Neapolim patriam sortitus est. Urbem Italicarum fere omnium nobilissimam & elegantissimam, qvam loci amœnitas, & urbanæ nobilitatis splendor eo provexerunt, ut Hispanis, qvi nunc ejus potiuntur, vernaculæ vocis, qva Italicè Neapolim appellamus, illud Hispanicum etymon unicè probetur, qvo urbs Neapoli ornatior in eorum ditione extare usqvam pernegatur. Et sane Hesperidum Alcinoiqve horti, præ Neapolitano agro ignobiles inamœniqve fuerunt: nec aliunde videtur maximus Poetarum laudandæ Italiæ, multiplex illud, & nobile argumentum arripuisse. Eximia enim sunt illa, tractusqve hujus terrarum peculiaria. *

Sed gravidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Implevere: tenent oleæqve armentaqve læta.
Hic ver assiduum, atqve alienis mensibus Æstas,
Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.

Et profecto apud non iniquos rerum æstimatores, quid mollius eo cœlo? quid uberius eo solo? quid hospitalius illo mari? **Splendidissimam igitur patriam nactus PINELLUS, nascitur anno MDCXXXV. patre COSMO, animi maximi viro. Huic En-

* Virg. Georgic. Lib. 2. ** Cic. Epist. 7. ad Treb. lib. 6. fam.

Ennianum illud animo volventi, multos rem suam bene gessisse patria procul, Genua placuit Neapolim proficisci, magnam ibi copiosamque mercaturam facturo. Et vero Genuensium privatæ publicæque cum Hispaniarum Regno contractæ rationes Neapolin eos frequenter advocant, cujus regni non contemnenda hodiè portio Genuensibus cessit. Negotiationem autem liberalem illam & minime sordidam, civibus urbium liberarum & probari, & ornamento esse, extra controversiam est. Ex quo capite COSMUS apprimè laudandus, quem Bartholomæus Maranta *probæ vitæ, sanctæque religionis unicum exemplar* appellat. In quam Sententiam Folieta, COSMI enim eximia animi moderatio & nostræ ætati conspecta, & posteritati memorabilis inprimis est, nam nemo in quærendis opibus castius est versatus famamque & mentem ab omni sordium & avaritiæ labe integriorem purioremve servavit; & iis opibus partis, quæ ad cultum honorifice tuendum sufficerent, modo cupiditati salubriter posito, omnique quæstus genere ac sollicitudine valere jussa, præclarum exemplar posteris ad imitandum in se constituit præterea, nulla in re privata ac civilis vitæ modum excessit, præterqvam in ædificiorum magnificentia, sumtibusqve in filiorum cultum, in bellis, in aulis Regum; in gymnasiis magnifice tuendum largè suppeditandis: qva in laude perpetuæ & contestatæ gentilitiæ commendationi proximus fuit. Nupsit COSMO CLEMENTIA RAVASCHERIA è Lavaniæ Comi-

tum nobilissimo stemmate, Bariensis, uti appellant, Prioris filia. Suscepit is ex ea filios sex: mares quaternos, fœminas binas, CORNELIAM & LUCRETIAM: illa JOH. SIMONI CARACCIOLO, hæc ANTONIO GUEVARÆ collocatur: Capuæ ille, hic Nidi primarias eqvestris ordinis curias, (vulgo Seggi) domestica dignitate attingebat, spectat autem ad qvinas patriciorum hasce curias, seu conventus mavis, Neapoli urbanæ annonæ, & civilis juris procuratio, qvibus è stato, & legitimo familiarum numero qvinqve viri ex urbana nobilitate præficiuntur. Eo proceres itare, tum Reipub. tum animi gratia consveverunt, ex qvo fit, ut magnam etiam apud exteros consecutæ sint hæ publici Consilii Sedes sermonis hominum celebritam. Ei fratrum qvi primus natus est, GALEATIO nomen fuit. JOH. VINCENTIUS secundo loco, CAROLUS, qvi admodum adolescens periit, tertio, JULIUS qvarto, editi sunt. JOH. VINCENTIO contigit, ut geminus nasceretur; eodem enim partu, & ut ferunt, octimestri, infreqventi admodum, & dubiæ videlicet, ut medicis placet, vitalitatis, * cum CORNELIA sorore prodiit in lucem. Et sane æqvum erat admiranda vitæ primordia illi obtingere, cujus ingenium, & vitæ rationem posteri nunqvam satis admirabuntur. At COSMUS pater, cum ad CCC. Mil. aureorum summam rem domesticam & familiarem, felici eventu redegisset, JOH. VINCENTIO tum Patavii degente, obiit jam octuagenarius. Is filium, qvi

* Plutar. lib. 5. de placit. philosoph. c. 18.

qui reliquos ætate anteiret, ceterosque deinceps è familia maximos natu, ampliſſima Primigeniorum jura teſtamento ſibi habere juſſit. Dum viveret, oppidum Neapoli proximum comparavit, Julianum nomine, loci deliciis inſigne, & incolarum frequentia: ibi ipſe Prætorium elegantiſſimum, peramœnos hortos, laxa vivariorum ſepta, regio prope more excitaverat. Multo antequam vita excederet, mercaturæ nuncium (quod etiam FOLIETA teſtatur) lubenti animo remiſerat, atque a majori natu filio minoribus certam pecuniæ partem teſtamento legaverat, quam GALEATIUS religioſe perſolvit ſemper, JOH. VINCENTIO præſertim, & quidem magna cum acceſſione, quod fratris enixos ad virtutem conatus vir ornatiſſimus unice amaret: ideoque inter hos fratres ad ultimum uſque vitæ ſpiritum gratia non rara, mutuique amoris ſpecimen perjucundum animadverſa: &, quod mirere, adeo fratrum omnium horum pectoribus JOH. VINCENTII virtus inſederat, ut ſi quando diſſidiorum exordia uxoribus filiisve ſeu affinibus (ut fit) incidiſſent, tunc eum per litteras non conſulere, ejusque reſcriptis non obſequi religioni haberent. GALEATIUS adoleſcens ad bellicam gloriam aſpiravit, navavitque ſtrenuam operam PHILIPPO II. Hiſpaniarum Regi in bellis, Senenſi, Truentinoque, & ad Echinadas nobili illo, navali certamine, quo Turcarum opes debilitatæ afflictæque, noſtris maris imperium veluti precario conceſſerunt. Itaque GALEATII ſpectata induſtria PHILIPPUM

allexit, ut Turonensem Ditionem, quam ille in Lucania sui juris fecerat, Marchionatus titulo ornaret, cui beneficio majus quippiam adjectum volens, eundem Acheruntinum Ducem declaravit, cum Acheruntiam vetustissimam Apuliæ civitatem, cujus Horatius meminit, quæque hodie Acerenza, sibi acquisivisset. Viri hujus encomium ex FOLIETA desumptum exscripsimus, quia narrationi nostræ animadvertimus non minimo ornamento futurum. *GALEATIUM in paterno sinu, paternaque cura & diligentia educatum, omnesque artes non modo libero homine, sed summa fortuna amplitudine dignos edoctum, non magis paterna perampla opes, quam sua ipsius virtutes ac merita extulerunt, quippe qui omnia vitæ munera cumulate impleverit, omnesque officii gradus erga propinquos, & ditioni subjunctos, atque adeo omnes homines, persancte, & diligenter servarit: nam propinquos & amicos liberalitate & hospitalite, subjunctos vero æquitate, justitia, charitate coluit, veritatis in omni vita retinentissimus. Duxit uxorem, LIVIAM nomine, e vetustissima familia Squarciafica, a qua dotis nomine accepit, in Japygia Galatena Marchionatum, Galatena, Cupertino, Velia, & Librano, elegantibus oppidis insignem. Delectatus est is polytropia quadam, & varia peregrinarum rerum experientia, quam ipse sibi, non pervolutandis libris, ut JOH. VINCENTIUS, sed profectionibus pepererat, & gentium externarum moribus indagandis. Et profecto bivium hoc ad civilem prudentiam ducit*

re-

regiis & compendiariis itineribus. Libri enim, ut sensit Demetrius Phalereus, nos de plerisque admonent, quæ ne amici quidem audent attingere: turpia honestaque omnium ætatum exempla ob oculos ponunt, quæ à vitio avocent, quæ ad virtutem impellant. Peregrinatione verò, nisi quispiam secum ipse peregrinetur, tanta rerum vis, tanta undique colligitur Sapientiæ copia, ut quisquis illa afficitur, cæteris excellere videatur. Itaque nobilis ille orbis terrarum peragrator, domo Tyanæus conducere adolescentibus ajebat, voluntarium sibimetipsis exilium indicere; hoc tamen, ut nihil aliud, profecturis (quæ fuit GALEATII PINELLI sententia) ut res admirari desinerent, seposita, quod nemo non præclarum ducat, eorundem ignoratione. Ita mihi ille, cum ipsum officii gratia Neapoli aliquando convenissem. Decessit is de vitæ statione anno MDXCVIII. exactà planè ætate, omnium pene hominum ordinibus Neapoli ejus mortem dolentibus, cujus vitam summo cum splendore traductam probarant; cujus virtutem, cujus prudentiam non semel expertierant.. Unicum filium reliquit COSMUM avi cognominem, qui parta jam gentis existimationi, præstantiori aliquo decore consultum in posterum volens, magni Cancellarii munus è Septenis Regni Neapolitani, post Proregem, insigniorihus, grandi pecunia, LXX. aureorum millibus coemit, successitque CÆSARI D'AVALO, magni illius Vastii Marchionis filio. Proceres Neapolitani permo-*

* Philostrat. lib. I.

molestè tulerunt, honorem eum sibi ereptum, & in peregrinum hominem collatum; egeruntque cum PHILIPPO REGE, ut emtionem irritam faceret, quod advenis hæc capessere non liceret. At COSMUS, & exemplo ANDRÆ AURIÆ affinis sui, qui æquè olim magno munere fuerat Neapoli functus, & gentilitiis meritis, apud Regem obtinuit. At in semitam redeuntes, Lectorem monitum volumus, secuisse nos narrationem hanc vitæ PINELLIANÆ in præcipuas sectiones duas. Continebit altera, quantoperę JOH. VINCENTIUS eruditionem eruditosque amarit, quo conatu in scientias incubuerit, quo delectu nobilium ingeniorum monumenta conquisierit, qua demum via pervenerit ad fastigium immortalitatis. Complectetur altera, tum mores ejusdem, animique ornamenta, tum vitæ, cultus, nobiliumque institutorum rationes, quibus ipse quoad vixit laudatissimè usus est. Perspicuum hinc erit & constabit, primum, ingentem eam esse voluptatem, qua perfunditur serius, qualis ipse omnino fuit, literarum amator: deinde cuilibet qui velit ipsum imitari, latissimum patere (curis & ambitu procul) existimationis & gloriæ campum, in quo summa cum animi tum corporis tranquillitate, Philologia & Musis comitantibus, versari possit. Verè enim ille; Unum esse ex omni laudum genere, ingenii gloriam, qua sine ulla cujusquam querela perfrui ad extremam usque homines soleant. Quibus accedet in corollarii non minimi vicem, mentis molestias, & animi ægritudines levari

sem-

semper abigi plerumque, suavissimis illecebris studiorum, quæ & ipsas eruditorum animi remissiones condire adeò solent, ut quæcunque sine illis aliquando obtigerint, insuavis prorsus animi palato videantur. Optimæ igitur indolis puerum JOH. VINCENTIUM pater eruditis viris, nobili Philosopho JOHANNI PAULO VERNALIONI inprimis tradidit instruendum, qui eum brevi græce latineque doctum, ad eum profectum evexerunt, ut literarum humaniorum periodo Neapoli absoluta, Juri civili, Philosophiæ & Mathematicis non perfunctoriè fuerit initiatus. Vidit hæc prædicavitque Bartholomæus Marana insignis Medicus, qui Methodum suam simplicium medicamentorum evulgaturus, inscripsit eum anno MDLVIII. JOH. VINCENTIO, tres tunc & viginti annos nato. Appellat autem in Epistola ea, quam editioni præfixit, " doctissimum, medicæque materiæ peritissimum: " hæc addens; huc accedit, quod bonam partem " eorum, quæ in meo libro continentur, in tuis hor- " tulis observavimus, in quibus quam plurimas plan- " tas ex variis remotisque regionibus, magno illas " quidem impendio advectas, perpulchrè aliis, de " quibus sæpe etiam inter nos commentati sumus, " innumeras admirabilesque naturæ varietates ma- " gna cum admiratione pensitantes. Illa vero ejus- " dem MARANTÆ * quam præclara: Hanc " plantam, non contemnendis conjecturis, Diosco- " ridis Pistacium credit esse JOH. VINCENTIUS " PI-

* Lib. II. cap. 7.

„PINELLUS, vir, (ut ceteras animi dotes propè in-
„numeras taceam) materiæ medicamentorum ut
„quivis alius peritiſſimus. Neque hoc tantum
„adoleſcens callebat, ſed & alia plurima, ſi eidem Ma-
„rantæ credimus, ita ſcribenti ; Nam etſi in gravio-
„ribus ſtudiis a teneris usque annis verſatus, inpri-
„misque in Jurisprudentia, atque in re tam Philo-
„ſophica quam Mathematica, in quibus ita excellis,
„ut nulli eorum qui ſeſe in iis jactant concedas;
„Medicam tamen materiam ita perfectè calles, ut
„omne ſtudium in hac una ſcientia conſumpſiſſe
„videaris. Hoc vero eo magis verum eſt, quod
„non minus in Græcarum literarum, latinæque elo-
„quentiæ, & poeticarum rerum ſtudiis præſtas. Ut ex his in magnam admirationem traducamur, qui fieri potuerit, ut omnia hæc in adoleſcentem convenirent præter ſuaviſſimos & ſanctiſſimos mores, de quibus ita MARANTA ; *Adde & optimos integrosque mores, quibus omnibus te, nobiliſſimamque familiam tuam, ita exornas, ut pater tuus COSMUS, proba vita, ſanctaque religionis unicum exemplar, hoc uno inprimis ſe felicem prædicet ac jucundam ſe agere ſenectutem teſtetur; nihilque non ſibi de te magnum, quod prudentem virum ſperare deceat, promittat.* At quia muſices cognitio ſapientibus viris non minima Philoſophiæ portio ſemper viſa eſt, eò quod humanas affectiones egregiè curet, animosque ab officio deflectentes in ſemitam revocet, ideo etiam huic operam ſuam impenſam voluit, præeunte domeſtico tunc & familiari præ-

cepto-

ceptore Philippo de Monte; quem vidit nostra ætas Phonascum Cæsarei Chori. Animi recte constituti indicia hæc sunt, quæ usque adeò Philosophorum quidam olim comprobarunt, ut se matutinos ad lyram componerent, somni torporem & somniorum deliria ablegaturi. Animadverterat autem hic noster, domi inter amplexus parentum, & familiarium obsequia, in urbe deliciarum plena, militaribus & equestribus, quam Musarum studiis aptiore, non perventurum sese ad eam gloriæ metam, quam sibi destinarat, ideo Gymnasii Patavini fama permotus, quod ceterorum in terra Italia Policlæteam normam appellaris, captusque nomine, & amore *

Urbis tam nobilis ævo,
Quam studiis & Dardanio positore verendæ.

Profectionem incipit meditari, repugnante tamen patre, jam senio confecto, qui spes suas omnes in hoc uno adolescente collocarat, cui jamdiu redituum amplissimorum procurationem senex optimus mandarat, nullis unquam ab eo exactis rei familiaris rationibus, ut olim narrare JOH. VINCENTIUS consueverat. Perstabat, uti diximus, in sententia pater, ægreque charissimum filium à se divelli patiebatur, cujus rei testem damus ** SCIPIONEM AMMIRATUM, qui in dialogum vernacula lingva conscriptum, Marantam Medicum narrantem induxit, JOH. VINCENTII patrem profectionem, hanc summopere aspernatum, quod eum Neapoli etiam

* Jacob. Rufin. Patav. ** Dialog. Symb. Heroic.

etiam putaret proficere in literis posse. Subdit idem filii voluntati tandem obtemperasse indulgentissimum patrem; & sese tunc nobilissimi adolescentis precibus, hoc propositum, crescentis lunæ symbolo expressisse, adjecta Epigraphe: REDIDO PLENIOR. JOH. VINCENTII virtuti (cujus se olim prædicat conjectorem) id symbolum datum. Nam ibidem Maranta, intuenti sibi gloriam, qua hic adolescens maxime excellebat, emblema hujusmodi excidisse; arcum videlicet ita intentum, ut cornua propè coire videantur, imposita sagitta, cujus ferri acies in cœlum tendat, & omen inscriptum, SIC ITUR AD ASTRA. Hæc, quæ ille pluribus, hic ea mente recensui, ut ex illis, patris in JOH. VINCENTIUM amor, ut quæ Neapoli discessuro impedimento fuerint, ut qua famæ celebritate motus fuerit, adolescens annos natus quinque vel sex supra viginti, deprehendatur. AMMIRATI dialogus prodiit Anno MDLXII. quo, si, lunæ plenæ instar, absolverat universum orbem disciplinarum, asserente Ammirato vaticinatum se, & multò ante prospexisse præclaros JOH. VINCENTII ad gloriam, & immortalitatem conatus, quo pervenisse dicemus eum, qui spatio XL. annorum iisdem vestigiis insistens, eadem studia, nunquam remissa, vehementi illa animi contentione, fuerit amplexatus?

Uno se pectore cuncta vetustas
Condidit, & major collectis viribus exit. *

Huc

* Claudianus Panegyr. in consul. Manl. Theodor. in Princ.

Huc pertinet aliud emblema, qvod ipse sibi Patavii degens concinnarat; terrarum orbis, qvem serpens ambiret horizontis in morem, & huic superstans radiato capite albens columba, adscriptis sacro sancti Evangelii verbis, ΓΙΝΕΣΘΕ * ΦΡΟΝΙΜΟΙ ΩΣ ΟΙ ΟΦΕΙΣ ΚΑΙ ΑΚΕΡΑΙΟΙ ΩΣ ΑΙ ΠΕΡΙΣΤΕΡΑΙ, docturus, prudentiam sibi non vafriciem placere. Oderat ille veriutos, fallaces, & veteratores, qvi subdolis ingeniis virtutis nomen obtenderent, informi persona virtutum parentem prudentiam dehonestantes: aliud agere, aliud simulare improbum ducebat, cui nefas fuit semper, non ita se gerere, uti inter bonos viros bene agier oportet. Prudentia autem sine simplicitate calliditas est, simplicitas sine prudentia, stultitia. Symbolum hoc, in auctarii vicem imagini JOH. VINCENTII, qvam amici ΜΝΗΜΟΣΥΝΟΝ, in æs affabre incidi curavit, adjunxit MARCUS VELSERUS II. VIR Augustanus, humaniorum literarum, & Catholicæ religionis laude clarissimus. Gestabat ille qvandoqve aureum annulum signatorium, in cujus pala itidem aureus hic idem columbæ orbis & Serpentis character extabat, nullis tamen adscriptis literis, nisi qva circuli pars interior digitum amplexatur, ubi hæc è Pindaro incisa: ΜΑΚΥΝΩΝ ΤΕΛΟΣ ΟΥΔΕΝ. Utebatur hoc ille, qvoties se rei alicujus commonefieri opus esset, excitans sese Pindarica gnome, ut innueret, momentum præcipuum conficiendi negotii, in ** arripienda occasione consiste-

X re.

* Matth. c. 10. ** *Pind. ode.* 1. v.

re. Venit ergo Patavium PINELLUS vergente jam anno M.D.LVIII. indicante id Maranta, qvi sub initium Julii mensis ejusdem anni, ita ad Gabrielem Fallopium Medicum primarium scribit ;* DE PINELLO, est enim juvenis, præter antiqvam generis nobilitatem, & Græcis, & Latinis literis impense eruditus, & cum liberalium artium fere omnium cognitionem profiteatur, tum in hac ipsa de simplicibus medicamentis scientia plurimum excellit, in primisqve in expendendis doctissimorum virorum sententiis acri pollet judicio, qvod & tute ipse fatebere, cum illum intus & in cute (ut dicitur) noveris: paucis enim post mensibus Patavium studiorum causa se recipiet. Hoc postremum caput confirmat Epistola Hieronymi Seripandi** Archiepiscopi Salernitani, & maximi Cardinalis, qva ille anno M D LIX. Patavium ad JOH. VINCENTIUM Italice ita scribit; inter cetera; gaudere se sibi, qvod ex laudatione sua in funere CAROLI V. optimi Imperatoris, arripuerit occasionem amicitiæ cum PAULO MANUTIO contrahendæ. Hinc duo præterea eliciuntur: alterum; jam tum à magnis viris PINELLI habitam rationem, alterum hoc anno eam cum MANUTIO consvetudinem & amicitiam junctam, ut hic nunqvam Patavium venerit, qvin ad PINELLUM hospes familiaris diverteret.

Placebat patri, ut in Gymnasio Patavino Juris prudentiæ operam daret, spectanti nimirum opes & exi-

*In princ. Method. simpl. Medicament. ** Lib. 4. Epist. selectior. virorum illustrium.

existimationem, qvas I. C. nostro & patrum ævo longe maximas habuere. Aulæ Romanæ amplissima munera animo revolvebat COSMUS, qvibus filii Studia pridem destinarat, ideoqve cogitabat (ut ALPHONSUM SOTUM Dominicani instituti Sacræ Theologiæ in Gymnasio Patavino Professorem narrantem memini) Apostolicæ Cameræ, ut vocant, Clericatum ipsi comparare, qvæ Sententia jamdiu sederat & GALEATIO fratri, Duci Acheruntino. Neqve patri aliqvandiu non obtemperavit JOH. VINCENTIUS, ut ex Paulo Manutio * discimus, cujus hæc verba; „ Magna fuit, atqve etiam nunc in-„ter homines est de genere vitæ controversia, cùm a-„lios ita doctrinarum cognitio delectet, ut ab agen-„dis rebus adhorreant: alii non sibi tantum, verum „etiam amicis, & patriæ, planeqve omnibus homi-„nibus homines esse natos existiment, ex qvo seqvi-„tur, ut scientiarum studiis usum rerum anteponant; „hoc discrimen, in qvo valde pro sensu partium du-„bia veritas fluctuat, tu qvidem, qvod ad te attinet, „optime PINELLE, optimisqve & eruditis viris „merito charissime, egregia qvadam, vulgo non „satis cognita, ratione sustulisti; simul enim utrum-„qve studium complexus es, tum earum disciplina-„rum, qvibus exculta mens uberrimos in omni for-„tuna ferre fructus solet, tum Juris civilis, qvod alie-„nos ad usus maximè porrigitur: ardua res & opero-„sa, qvod exemplorum declarat inopia; sed ingenio „tuo nihil difficile. Hæc ille ad PINELLUM,

* Lib. 4. epist. 5.

„ uti patet, adolescentem; cum pergat scribere: in
„ Philosophiâ qvidem, cum operam studiose des M.
„ Antonio Genuæ, cui veterum doctrinarum arcana
„ patent, qvo nemo peritior Aristotelis interpres,
„ nemo vir melior usqvam vivit. Et Inferius: Hau-
„ ries enim ex eodem fonte non ea solum, qvæ vel o-
„ lim in Lycæo, vel etiam in Academia disputaban-
„ tur; Sed id, qvod longe præstantius est, Christia-
„ nam pietatem, à qva manat una, & in qva item una
„ Philosophia perficitur. Obiit autem Genua An-
no M. D. LXIV. Jam verò, cum Philosophiæ Phi-
lologiæqve svavissimis fontibus labra admovisset,
Juris consultos cum operosis illis suis voluminibus
res suas sibi habere jussit eo animi ardore, ut cum i-
psi pater pecuniam curasset, qva Juris interpretum
libros coëmeret, in Græcos ille codices, Eustathium
præsertim, nobilem illum Homeri explicatorem im-
penderit. Scio ego non deesse, qvi hæc studia effu-
sius rideant, perinde ac inania qvædam, & fluxa, qvæ
neqve nobis ornamento, neqve aliis usui sint: dede-
cere hæc Principes viros, & vere nobiles, ad qvos pu-
blicæ rei administratio pertinet, qvorum operam fa-
miliarium & cognatorum commodis inservire par
est. His Picus, Italiæ nostræ Phœnix, unica re-
sponsione faciet satis. * Scripsit is olim ad Andre-
am Corneum, „ studia hæc non ad ostentationem,
„ sed ad cultum animi dirigi, in qvo uno consistere
„ legitimam felicitatem; cum ipsius Philosophiæ stu-
„ dio nec ad vitæ constantiam, nec ad delectationem

* In lib. epist.

„ animorum ullum majus, aut melius à Deo munus „ homini datum sit. Et nemo certe negabat, qvin PINELLUS recte fecerit, & sapienter, genio, qvo se ad has artes raptari intelligebat, indulgendo. Carnificina ingeniorum nulla major, qvam promiscue, & sine ullo delectu impellere hominem in ea studia, qvæ ipse fastidiat, & aversetur. Hinc torpent animi juvenum pestilenti hoc sidere afflati; hinc bonarum artium, & bonæ mentis verius, contemptus, & odium; hinc rerum rumor, & sententiarum vanissimus strepitus, ut ille ait. Neqve aliunde fœdi plerumqve exitus, qvos tum demum vitare liceret, si patris sapientis naturæ monita non aspernarentur. Prodit in hanc sententiam gravissimus auctor *Plutarchus Apollinem Delphicum Romanæ eloqventiæ parenti, qva ratione ad immortalitatis fastigium pervenire posset consulenti respondisse, hoc illum assecuturum, si ad propensionem, præscriptumqve naturæ, non ad sententiam aliorum vitam institueret. At is, famæ & gloriæ præpostere sitiens, vulgi rumusculis percitus, & domesticorum commodis consultum volens, ultro se perditum ivit non secus atqve ille **

Qvem pater ardentis massæ fuligine lippus.
A carbone & forcipibus, gladiosqve parante
Incude, & luteo Vulcano ad Rhetora misit.

Illud sane observandum (ut in orbitam redeamus)

 fini-

*Plutarchus in princ. in Cicerone. ** Demosthenes Juvenalis Sat. x.

ſiniſtro genio, & invita Minerva aliqvid agere dicereve temerarium eſſe, ne qvid dicam majus. Patavii PINELLUS cum Dominico, gentili atqve affini ſuo conjunctiſſime vixit, qvem non multo poſt vidit, & lubens, clariſſimum Cardinalem; amicosqve tum primum habuit excoluitqve officiis ſane omnibus, Guidum Ubaldum è Marchionibus montis, Cæſarem Benedictum poſtea Piſaurenſem Epiſcopum, AUGUSTINUM VALERIUM, doctrinæ etiam tum ſanctitatisqve meritis ad Veronenſem Epiſcopatum, & ad Cardinalis honorem proludentem; Johannem præter hos, & HIPPOLYTUM Aldobrandinos, qvorum alterum vidimus Cardinalem, Summum Pontificem alterum. Vixit Patavii annos III. ſupra XL. per qvos nemo fuit apud Italos vel exteros, qvi ingenii laude clareret, qvi non PINELLUM officiis ſe obſervarit, & qvamvis conſilium mihi ſit ab eorum indice contexendo abſtinere, ne lectores tædio afficiantur, eas tamen parce admodum recenſebo, qvas narrationis ſeries ſive rerum geſtarum fides, ad finem properanti obtulerint: Id unum, exqviſitum ſane & ſingulare, haud ſilentio prætereundum, anno videlicet M. D. XCIIX. CLEMENTE VIII. Ferrariam Roma profecto, ut eam urbem ex morte ALPHONSI II. Ateſtini caducam reciperet, Cardinalium & inſignium virorum pleroſqve omnes, qvi ut Venetias ſe conferrent, Patavium attigerant, ad PINELLUM honoris gratia divertiſſe CÆSAREM Baronium Card. inprimis, ampliſſimi ordinis decus, qvem ævi noſtri Lumen nos Romæ nuper morte inter-

terstinctum cum bonis adeo omnibus doluimus. Baronio aderat Robertus Bellarminus, doctorum votis, & propriis meritis diu olim designatus Cardinalis, qvi & ipse congressus est cum PINELLO, gestiente præ gaudio, qvod tunc temporis domi sibi invisere contigisset, qvos non nemo in dissitis undecunqve regionibus maxima cum admiratione veneraretur. Meminiqve ego Card. Barromæum juniorem, probum illum non minus qvam eruditum, & alios complures literatos viros, audisse me Romæ dicentes, sibi non alia de causa Patavinam urbem videre in votis fuisse, qvam ut Pinellum fama notum, de facie agnoscerent. Percupivit hoc J. Lipsius,* qvi id scripto etiam testatum voluit; „Spero „enim (ita ille) qvia pene decretum mihi, sub an„num instantem sæcularem in Italia me sistere; & „absit ut ea exeam, nisi te videam & amplectar, qvid „exeam; imo cum inibo, hoc fiet opinor: & inter „prima & calida desideria mea est, ut hoc reddam „affectum. Vive, Vivam: nisi casus aut vis impedit, videbo. Et vero tantam eruditorum consensionem qvis admiretur? nemo opinor, nisi qvi ignorabit, Pinelli domum Patavii animorum Prytanæum, Bibliothecam ingeniorum, Musæum doctrinæ fuisse & eruditionis. Vix dum Joh. Vincentius Patavii domicilium collocarat, cum accerrimo studio ductus nobilium qvotqvot erant rerum dignoscendarum, qvo ipse ad extremum usqve vitæ spiritum honestissime flagravit, Tridentum proficisci decrevit,

* Epist. cent. 3. ad Italos & Hispanos.

ut ibi ſapientiſſimos, & religioſiſſimos orbis Chriſti-
ni viros de maximis Catholicæ religionis dogmati-
bus conſultantes, & agnoſceret, & audiret. Socium
ſibi peregrinationis aſcivit Joh. Franciſcum Mu-
tum Patricium Patavinum, Philoſophum cog-
mento, literarum omnium apprime ſcientem, qui
morum elegantia, & vitæ innocentia Pinello ſi-
adeo devinxit, ut nihil ſupra. Contigit au-
ſato Joh. Vincentio ſuperſtiti eſſe, ut nimirum
cti vicibus in re literaria tuenda & exornanda, fe-
cit, perfungeretur. Lingvas hic noſter non t
Græcam, & Latinam callebat, ſed & exoticas qu-
qve, Hebræam, Gallicam, Hiſpanicam, qvarum
auctores perpendere, & ſpeciem formamqve am
& intueri jamdiu noverat. Vernaculum ſermo
ita pridem excoluerat, ut nitorem in eo ſuſpicere
elegantiam, non elaboratam concinnitatem; & ſi-
ne prodit animum freqventer oratio: nec aptius
tro facies, qvam ſermone mores exprimuntur. *

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat aut impellit ad iram
Aut ad humum mœrore gravi deducit, & an-git:
Poſt effert animi motus interprete lingva.

Neqve vero pœnituit Patavium ſeceſſiſſe. Hic e-
nim eousqve in ſcientiarum cognitione profecit, do-
nec

* Hor. ad Piſones.

...omnibus admirationi esset. Audivi ego eum ... sæpe sæpius maximis de rebus in eruditorum ... differentem, animadvertiqve, mirari omnes ... aderant, rerum selectarum copiam cum o... splendore certantem. Proprium Græco... fuit, ex tempore dicere ad proposita omnia. Ex... poralis hujus eloqventiæ auctor laudatur nobilis ... Gorgias Leontinus, à qvo arripuere Græ... qvibus Romani. Abstulit autem secum bona... artium interitus exercitationem hanc, qvæ lin... acueret, excogitandiqve celeritatem compara... . Excitavit vero Pinellus magno cum fructu, ut ...cationem mente, & scientiarum gravitate ho... ...aret. .. Hinc *Hieronymus Mercurialis*, magnus ... sine controversia Iatronices, cui medica ars or... ...ium debet selectum illum & peculiorem, qvo pri... ...um dignitatem nunc demum abunde testatur, admirationem actus aliqvando, cum Pinellum do... ...audisset, egrediens (aderant ibi forte communi... amicorum pleriqve) ecqvem ait vidistis viro ...ic multiplici doctrina conferendum? comproba... ...re qvi audierant, nec injuria profecto. Hæc e... ...m qvæ diximus ita eminebant in ipso, ut in his re... ...nare prope omnibus videretur. Ostentatio tamen ...ejus dictis factisqve procul aberat, nihil de se ma... ...nificum, præclarumve sentientis; qvo fiebat, ut e... ...regium duceret senescere se, ut ille olim, semper ...ddiscentem. Si qvando vero, ut inter loqvendum ...t, animadvertebat, asservari à se libros, scripta, alia... ...e qvæpiam recondita ac singularia, qvæ amicis visa

hactenus non essent, ea promere, atqve adeo commodare ultro nec petentibus avebat. Qvo studio incitatus, in usum omnium, difficile dictu est qvantis laboribus vir natus ad literariæ reipub. commoda fuerit perfunctus. Vera hæc, & citra assentationem dicta. Is enim, qvæ volebat valde volebat; Lydium ingeniorum lapidem dixisses, amicorum omnia non secus ac sua ad amussim explorantem. Reposcebat ille ab amicis eandem sedulitatem, qvam tamen præstare contigit admodum paucis, qvos ille (ut par erat) aureos homines appellabat. Et profecto plerosqve eximia illa diligentia, ne dicam morositas deterrebat, non æstimantes qvanti intersit temerene, an consulto qvidpiam agas. Instruxerat ille præclaram hanc suam discendi cupiditatem ope multorum, qvi eadem voluptate afficerentur. Hos non in Italiæ, Europæqve urbibus modo, sed & in oppidis, vicisqve selegerat, qvorum industria continenter uteretur, ad qvos Epistolas schedulasve opportunè missitaret. Illud sane in Pinello mirandum, qvanam ratione ipsi per imbecillam valetudinem liceret tot rerum meminisse, tot negotiis sufficere. Et vero hanc ille sibi præter ceteras methodum præscripserat, ut perlectis amicorum literis, earum capita compendiaria via in codicem referret. Hunc sibi proponebat responsurus, sepositis Epistolis, in qvarum mox tergo adnotabat nomen ejus qvi scripsisset, annum, diem, locum, & negotiorum indiculum. Harum fasciculos singulis hebdomadis in cistulas transferebat. Ad literas cum demum re-

sponderat, selectas in manipulos cogi, annorum, ensium, septimanarum, dierum habita ratione di-tri, & in unum secludi imperabat. Consveverat super tabulas sibi qvasdam conficere, in qvas re-erret ea omnia, qvæ ipse ab amicis, qvæ ipsi ab eo vi-issim postularent; descriptisqve summis negotio-tum, petentiumqve nominibus, uno intuitu discer-ebat qvid actum esset, qvid agendum restaret: re-onfecta, nomina inducebat, postqvam rescripta um codice contulisset: & omnia manu plurimum ia conscribebat, (duobus quibus ægrotavit annis cceptis) ne scilicet ulla in re officio deesset, neve cui-iam minus diligens videretur. Et qvamvis firma istis non sit amicitia, si qva, velut tibicines, ultro citroqve concursantium literarum sibi vicissitudi-les postulat, qvæ nutantem* infirmusculamqve-arcillent, frustrari tamen desideria amicorum inur-ianum sane est. Negociorum refertam Episto-am scriptitanti, mos erat præcipua capita subdita li-iea indicare, ut eo confestim excurreret legentis o-ulus. Ego profecto neminem novi, tum in scri-iendo, tum in respondendo, Pinello diligentiorem; um enim annum Romæ sæcularem integrum exe-erim, neminem omnino tabellarium, cui non ad ne literas daret, sibi unqvam elabi passus est, qvan-umvis æger, & medicis conclamatus decumberet. d omnem superat admirationem, qvod cum per-nnum è lecto surgere non licuisset, febrienti sine ntermissione, vexato stranguria intimisqve dolori-bus,

* Joan. Picus in epist. ad Andr. Corneum.

bus, lithiasi in vesica, & renibus laboranti, ad ex-
mum tandem qva tabe, qva nimiis vigiliis red-
qvod inqvam hæc & non minora patienti, libri,
men, scriptiones, plantæ, semina, fossilia, num-
teres, & alia hujusmodi, nunqvam ex animo
derint. Dolori (qvod mirum) ita imperab-
unis medicis proderet, non ostentaret; mecum
interdum, & cum amicorum nonnullis stricti
aliud agens, de morbi gravitate conqvestus,
digrediebatur, hilarem se, & communem pr
ad miraculum usqve. Hinc, ni fallor, patet q
intersit præclaris actionibus consvevisse. Am-
ctitur enim eas animus, neqve se ab iis ullo pati-
commodo divelli. Obstrepent licet, obtundant
hinc animi ægritudines; inde corporis morbi:
semel, serioqve literarum svavitate animum adj-
rit, attendet uni sibi non minus, qvam fidicines,
circulatores in magna hominum celebritate. A-
ctum sane de bonis artibus esset, nisi ipsæ id amato-
bus suis præstarent, qvod de plebe sordidis & illib-
ralibus non paucis lucri cupiditas. In eam curam
dum vixit, ardenter incubuit, ut libros editos, ma-
nuscriptosqve, lingvarum doctrinarumqve omnium
in unum cogeret, cui operi destinarat scriptores li-
brarios plerosqve, qvorum ipse unus operas ferè o-
mnes mercede conduxerat. Bibliotheca ejusdem,
qvæ inter omnes pene Italicas, ac fere dixerim Eu-
ropæas, una eminebat, qvinqvaginta annorum opus
fuit, magni ex eo saltem æstimandum, qvod acuratis-
simus vir in illud unum contulerit curas suas omnes

&

cogitationes. Effinxerat eum ad hoc munus natura, qvam ipse solertia & ingenii acumine eo usqve provexerat, ut non magis freqventes olim Apollinis tripodas consulentes, qvam Bibliothecas instructuri Pinellum inviserent, a qvo veluti à cortina Musarum, circa hujusmodi rerum præcepta domum referrent. Librorum numerum mihi incompertum, [illegible] investigare qvis poterit, qvod Neapolim post ejus obitum capsæ librariæ plus minus centenæ tri-[illegible] delatæ sunt. Et sane librorum qvos probitas, [illegible] probitatis plerunqve comes raritas commenda-[illegible], paucos admodum in ejus Bibliotheca desideras-[illegible]. Jurisconsultorum commentarios non passim, sed parce admodum, & cum delectu admittebat, ve-[illegible]ti Alciatum, Budæum, Cujacium, Duarenum, Goveanum, Augustinum, & ceteros, qvi jus civile in pristinam dignitatem restituerunt: alios ab his longiam valere jusserat. Hanc illi * fortasse mentem Paulus Manutius injecerat; „ Non enim te arbitror „ studiorum tuorum elegantiam ineptissimis, pla-„ neqve barbaris qvorundam scriptis inqvinare vel-„ le, qvæ cum immensa sint, pleraqve tamen ina-„ nia, laboris & molestiæ plurimum, utilitatis & „ oblectamenti minimum habent. Hæc ille. Nundinarum Francfurtensium, Venetorumqve bibliopolarum librarios qvotqvot erant indices sedulo perlustrabat, & ab amicis qva Italicis qva transalpinis omnia diligenter in bibliothecæ ornamentum percunctabatur. Si qvid Romæ, Florentiæ, Parisiis, An-

* Libr. 4. Epist. 5.

Antuerpiæ, Auguſtæ Vindelicorum, Venetiis & alibi, Pinelliana bibliotheca dignum prodiret, non deerant, qvi vix dum edita volumina, & qvaterniones aliqvando è prælo recentes Pinello miſſitarent. Vidimus etiam doctorum hominum pleroſqve egregios dico & nominis magni, ad ſuam dignitatem pertinere arbitratos, Muſæum Pinelli exornavi commentario qvopiam e ſuis. Vidiſſes ibi ſphæras cœleſtes, terrarum globos, organa Mathematica, tabulas geographicas, hydrographicasqve, antiqvorum ædificiorum typos, ichnographias Orthographias, foſſilium rariorum prædivitem metallothecam; loculos præterea formulasqve, in qvibus plurima eorum, qvæ ars, naturave ad oſtentationem elaborarunt, condebantur. Veterum numiſmatum copiam non affectavit: ſelectioribus tamen nonnullis unice delectatus, queis antiquariis figeret crucem, ſtudioſius quæſituris, ſi quid in ipſis reconditi eruditive lateret. Uno ille Neronis nummo inviſo hactenus & valde ſingulari, ingenia provocavit complurium eruditorum, obtinuitqve ut ſymbolum perobſcurum, amici conſcriptione qvatenus licuit, illuſtraretur. * Recentiorum libros emturus, diſqvirebat an habenda eſſet fides titulis, qvi ſpecioſis plerumqve verbis, ineptiſſimis voluminibus lenocinantur. Ideoqve bibliopolarum conſenſu inveſtigationi huic impendebat horas aliqvot, malæ emtionis faſtidiis obviam iturus, qvæ exprobare jugiter ſtultitiam domino ſolet. Librorum qvi olim prodierant itera-
tas

* Laurentius Pignorius

editiones cum primis conferebat, & si qvid addi-
sset demptum intellexerat, in eorundem margi-
referebat, magno cum sui tum aliorum fructu.
cidit enim sæpe numero, ut optimæ notæ libris
qventes editiones svavitatem adimant, & probita-
. Bibliothecam hanc suam conspici, aut con-
haud patiebatur, qvod, ut ipse dicebat, vari-
congeriem informem contineret, cum tamen
apte disposita essent, & suis qvæqve regioni-
collocata. Artium porro, qvas ingenuas ap-
unaqvæqve suas hic, easqve perpetuas sta-
habebat. Grammaticem dico, Rhetoricem,
ticen, & ceteras; qvarum agmen claudebant
iores illæ, qvibus mores formare curæ est, & re-
humanarum divinarumqve arcana contempla-
Harum omnium scriptores in varias dialecto-
ctationumqve classes distributos, antiqvos à
tioribus ætatum series distingvebat. Arma-
teris qvadratis, loculi numeralibus notis insi-
, elementario indici respondebant, in qvo libros
riptos omnes habebat. Perqviramus cum Pi-
si lubet Plinii codicem; syllabus ipsum dabit
lemento P, cui scrinium adscriptum T. cum lo-
III. & ad hanc rationem omnia. Libros ma-
scriptos tum chartaceos, tum in membranis, seor-
ab impressis in blibliothecæ umbilico, ut ita di-
, collocarat. Incluserat vero capsis, extractis
altitudinem, ut in summis, tanqvam in men-
acove, locari orbes cœlestes & terrestres, & alia
modi statui commode possent. Commenta-



pretium duxi. In fafciculos ille fing
bat commentarios aliqvot, qvorum f
rationis alicujus, bellicorum verbi gra
um, rerum hortenfium, fimiliumqve, f
fitus effet. Hos fafciculos in libri mo
men compacti, charta emporetica ope
fcripti unus pluresve characteres elem
manipulorum numerus exigebat. S
qvotqvot erant, chartæ puræ folia difpa
afcripta numeri cujuspiam barbarica
omnia uno aut altero exemplo illuftra
erant congeriei, A, nobilium Mathema
pta, inter qvæ commentarius *Carolli*
cini ufu, notatus 18. In codice F. qvem
nicis deftinarat, numeralis nota 31. Efc
ptionem, aliæ qvæpiam Caroli V. Tun
ditionem indicabant. Ad manum erai
ope codicis, qvem in elementarias fectio
tum indicem vocamus. In hoc fub lit

quem ordinem redegerat ea omnia, quæ primo elemento complexus erat. Subſequebatur lit-a B. qua ſub iisdem numeris alia continebantur, ta nihilominus inter ſe convenientia. Ne-e vero ad calcem codicis hujus deerat libellus al-r, in quo, elementaria ratione, ſumma quædam ca-ta deſcripta eſſent omnium quotquot erant Mani-dorum, hac methodo. Nota, V, res omnes Ve-tas indicabat, conjectas, in faſciculum GG. De-as ergo, collubitum fuiſſe illi commentarium per-pere de æſtu Veneti maris, quod Hadriaticum vo-nt, ad alterum ille indicem hunc actutum confu-ebat, a quo ad priorem illum amandabatur, ele-enta GG inſpecturus. Hic ille rerum Veneta-m breviario perlecto comperiebat, latere com-entarium de æſtu maris ſub numerali nota 28. ngeriei illius, cujus character duplex G. Non leo faciles aditus (ut diximus) præbebat ipſe ad nc ſuam bibliothecam inſpiciendam. Iis vero, ui illaudata periergia ducti, nullius pretii homines, ám videre affectaſſent, omnino intercluſam vo-bat: ſufficere dictitans commonſtrari illis imagi-es illuſtrium virorum, quarum decurias aliquot in meſticis conclavibus aſſervabat. Hoc idem Ur-no Duci propoſitum olim audivi. Inviſenti nim mihi aliquando Piſaurenſem ejus bibliothe-m, refertam optimorum librorum, admirantique od eſſet ornamentorum, tabularum videlicet, ſi-rumque inanis, bibliothecæ Præfectus reſpondit, dita opera id factum, ut ne illuc convolarent, qui

re literaria non afficiuntur; multos enim b
cas inſpectare, ut oculos, non ut anim
ctent. Illud ſane in Pinello apprime l
quod libros libenter commodabat, do
tim & iis quos brevi reſtituturos opinaba
rum ſiqui opinionem feſelliſſent, librosve
ſent, aut corrupiſſent, his iterum petenti
ſculum ſe præbebat, velut & illis a quib
quidpiam impetrare non potuiſſet, vel q
& imperitos arbitraretur; Ennianæ ſent
mor: * *Benefacta male locata, male f*
Cum vero commodare aliquid nollet,
communibus quibusdam non inurbanæ
nis locis, quorum ille princeps, librum qui
tur jamdiu cum aliis Romæ eſſe. Annis enim
me viginti antequam decederet, affinium flagi
nes eluſurus, amandavit Romam capſas librorum
duodeviginti, quas illic quoad vixit manere vol
ut affines negotium ſibi faceſſere deſiſterent,
aliquando ut ipſi rebantur migraturo. Stati
atque librum commodaverat, deſcribebat in ſched
la præter diem, nomina tum auctoris, tum illius qui
accipiebat. Quæ omnia adjuncto conſpicuo ali-
quo ligneo, vel chartaceo ſegmento inibi repone-
bantur, ubi ſtatio libri erat, ut mittamus, relata hæc
in codicem huic uni deſignatum. Didicerat hæc
ille ab Attica Muſa Xenophonte, cujus verba Latine
reddidit nobis maximus Oratorum Cicero in hanc
ſen-

* Cic. lib. 2. de off.

tentiam; * Hæc postquam omnia secrevimus, in suo quæque loco dispoſuimus, deinde quibus otidie servuli utuntur, quæ ad lanificia, quæ ad cicia coquenda & conficienda pertinent, hæc ipsa qui uti solet tradidimus, & ubi ea poneret demonavimus, & ut salva essent præcepimus. Addit tem; Hæc annumerata ipsi exscripsimus, eume admonuimus, ut quodcunque opus esset sciret de daret, & meminisset, atque annotaret quid & modo & cui dedisset, & cum recepisset, ut quidque loco reponeret. Et sane quis non videat plura ordine destituta pessumire? Vetus est proverbium, paupertatem certissimam esse, cum alicujus digeas, uti eo non posse, quia ignoretur ubi proximum jaceat quod desideratur. Pergit porro gravissimus Philosophus sententiam suam obviis & de media hominum vita arreptis exemplis comproba-; in choro canentium, exercituum, militum, armamentorumque in navi, quæ omnia rite dispota & usui sunt, & voluptati. Hæc omnia aptus t conveniens rerum ordo præstat, & alia non minora, veluti expediri citra laborem omnia, omnia celerrimè confici, servosque rudes quanmvis & ineptos imperatis esse omnino pares. Vidi ego apud Pinellum nostrum, decennem puerum Hieronymum nomine, qui refertissimè (ut diximus) Bibliothecæ seriem ita mente & memoria complexus erat, ut omnia Domino, nutibus penè poscenti, protinus exhiberet. Invidit mors cona-

* Apud Columel. lib. 12. de re rustic. c. 2. & 3.

tibus pueri, qui Joh. Vincentio triste sui desideri reliquit. At quia ad ordinem, quo vir clarissi est egregie usus, nostra delapsa est oratio, quid v prodere nos minuto, at sane concinno exem quanto is odio perturbationem prosequeretur? Pecuniam si quando vel dare vel exigere necesse antequam numeraret, disponere per series, num rum & metallorum classes consueverat prim gentum videlicet ab auro, majorem a min cunia dissparare, componere deinceps eas mo quæ idem penderent, postremo adnumerare. ro ut narrationibus hujusmodi in futurum absti mus, illud faciet ab eodem fonte haustum, Pi no videlicet, à quo nihil impurum, turbidum nos unquam manare animadvertimus. Æstim ille ex rei veritate temporis jacturam, quam is fa necesse est, qui nullam sibi proposuit actionum rum rationem. Sunt in hac vita plerique male f riati quos non pudeat bonas horas nihil agendo, m le collocare; eos non inepte similes iis dixeris, q pecunias, qui patrimonia prodigunt. Ut enim his frustra effusarum pecuniarum rationem extor queas, cum multas liqueat, impensas esse, ita illos vitæ lapsus, temporis fuga, nequaquam admonet perire sibi non cogitantibus rem adeò pretiosam, & contra humanum votum, aditum immortalitatis obserari. Rem sane dignam Democriti risu. Sunt qui nummi unius jactura non parum affliguntur, diei vel horæ, atque adeo anni non item: cum tamen hæc abeant in præceps haud unquam remea-

tu-

i. At quia non sunt hæc publici gustus, ad Pi-
lum revertamur. Is à me cum audisset Mar-
a Cornelium Episc. Patav. clarissimum lumen
inis sui, frequentibus adeuntium, & salutan-
m officiis distineri; monuit, ut ipsi Antonii Pe-
noti Card. Gravelani factum ob oculos propone-
t. Is dum pro Rege Neapoli esset, matutina-
n horarum statas quasdam, & certas, quibus se
nveniri volebat, constituerat. Jusserat etiam, ut
uri vespere præcedenti nomina profiterentur,
iorum ipse agmine XII. aut XV. seligebat, quos
nitteret. Curabat autem, ne inanibus exordiis
npus sibi & reliquis profuturum dilaberetur.
o factum, ut cum aliquando admissus nescio
s jactare cœpisset, se Archiatrum esse, conductum
blico ære, & alia quædam ad dignitatem, ut ipse
nabatur suam, non exigui momenti, exceperit
rdinalis, per me esto ut lubet, rejicienda hæc in
ud tempus, nunc ad rem de qua agimus aggredia-
r. Ita ille garrulos, & molestos in publica
nmoda peccantes, coercere solitus. Curabat
Pinellus librorum editorum inventu difficilium
tquot comparari poterant exemplaria, tum ut
eret quod substitueret his, quæ casu vel furto
sunt, tum ut prospiceret, si quando iis egerent,
nmodis amicorum. Quod de libris diximus,
ommentariis calamo exaratis dictum puta. Au-
rapha enim perire sibi nolebat, exempla libens
nmodare, atque adeo largiri consueverat. De-
am & torporem ingeniorum maxime insectaba-

tur, quo fiebat, ut amicorum eruditos impelleret semper, ad novi quidpiam vel pangendum vel meditandum. Si quid vero animadverterat dignum, quod hominum manibus tereretur, in amicorum pluteis latere, tum demum omnes machinas admovere, ut ne studiosis diu invideretur, libris, opera & præsenti pecunia juvare. Huic Pinelli rei literariæ promovendæ studio, non pauca doctorum virorum monumenta accepto ferenda. Testis de semetipso Carolus Sigonius,* Me vero ut hæc facerem (Joh. Vincentium alloquitur) cum res ipsa per se cognitione dignissima, tum tua inprimis auctoritas impulit, quæ in omni re semper apud me plurimum valuit. Et infra. Quod autem meа sponte propter summum meum erga te studium, tuamque constantem erga me voluntatem eram facturus, ut aliquo te scriptorum meorum genere appellando, veterem meam necessitudinem notam posteris facerem, id mihi multo justiore ratione in hoc libro retinendum esse duxi, ut quod te potissimum hortatore opus ad exitum perduxissem, id etiam in manus hominum in tuo multo ornatissimo nomine darem.

Hieronymus etiam Mercurialis hæc olim præfatus: ** Complures aguntur anni, ex quo Patavii, atque etiam in ædibus tuis, ad quas veluti ditissimam quandam disciplinarum omnium officinam, & cunctorum literatorum celebrem conventum, quotidie concurritur, de vini abusu semel differentes, in

eam

* Præfat. de jure Provinc. ** Lib de vino & aqua.

am incidimus disputationem, utrum ad nutrienda orpora hominum adeo conduceret, quemadmodum à veteribus esse putatum passim existimatur, umque recepissem, interdum me ea de re publicè sse in prælectionibus meis seriò locuturum, ad periciendum non modo es adhortatus, verum etiam æpenumero ita acriter inflammasti, in negotio admodum utili & jucundo potissimum esse parendum udicaverim; Et in fine ipsius Epistolæ, inquit; ollacis simul pluribus scriptorum exemplaribus, ublicari mandavi, tibique primario similis hujus aboris & auctori, & patrono dedicare volui, ut am ab hoc dogmate minimè prorsus coram me versus sis visus, si non mordicus tueri, saltem non fructuosum penitus fuisse conatum ostendere ossis. Emisit conscribentibus hæc nobis librum, ui titulus: INDAGATIO VERÆ ET PERFECTÆ DEFINITIONIS LOGICÆ, Horatius Cornacchinus, vir pietate & doctrina nsignis, in quo studium hoc sibi compertum Pinelli nostri extare voluit, honorificis hisce verbis: Non defuerunt etiam, qui accerrimis stimulis me d inceptum prosequendum incitarunt. Præ ceteris, dum viveret Joh. Vincentius Pinellus, immortalis memoriæ vir, atque in omni optimarum artium genere versatissimus præcipuè vero in rerum bditarum causis, naturæque arcanis perscrutandis, studiosissimus & curiosissimus, cujus optima, & suavissima consuetudine utinam mihi diutius frui li-

 cuis-

* Præfat.

quisset. Sed hanc mihi felicitatem mors in
quæ eum rapuit, cum miram hominis eruditi
morumque suavitatem degustare vix cœpissem.
hunc quasi, ad oraculum confluebant omnes li
rarum studiosi, non Italiæ modo, verum etiam
tius ferè orbis terrarum: cujus rei testis est
Epistolarum vis, quæ undique ad ipsum q
mittebantur. Cum hoc itaque præclarissi
ro, hasce meas cogitationes cum quandoqu
municassem, vererique me dixissem, ne nov
mulgando sermonem alicui de me darem, ill
valde hortatus est, ne ab incœpto deterreret, q
diceret, novi aliquid proponere, si tamen id ne
temere neque sine ratione proferatur, haud
quam verendum esse. Et quoniam studiorum
militudo amorem parit, literatos explicari non
test quantum amaverit. Non ille se inconditis
fectuum impetu raptari patiebatur, noverat quid
quatenus amandum. Vetus dictum haud de
dictum: Amans quid cupiat scit: quid sapiat
videt. Antonium Quærengum Can. Patavin
dilexit unicè allectus suavitate morum, animi can
dore, divinarum humanarumque rerum, & nob
lium linguarum notitia penitiore. Vidit hæc pro
bè Ranutius Parmæ Dux, non paternis tantum lau
dibus insignis, à quo est evocatus Quærengus ad hi
storiam conscribendam, quæ res ab Alexandro ejus
patre clarissimo Imperatore in Gallia & Belgio for
titer gestas, pro dignitate complecteretur. Ejus
ego specimen historiæ, ac veluti universæ narratio-
nis

is typum, visum & laudatum magnis viris, perlegi summa cum voluptate gratulatusque sum sæculo nostro extare quod in hoc genere conferre cum optimis antiquorum possimus. Cum Quærengo eximiè amavit Claudium Puteanum Nob. Gallum, cujus non fictæ laudes, & amplissima munera, recensentur a Jacobo Augusto Thuano, e quo hæc descripsimus: * arctissimam in Italia amicitiam coluit cum Joh. Vincentio Pinello Patric. Genuensi, omni literarum genere ac rerum cognitione viro excultissimo & Philologorum fautore eximio, quam crebris officiis postquam domum rediit, semper renovans, ad mortem usque servavit. Oderat Pinellus eos, qui in hoc universitatis theatrum, quem mundum vocamus, spectatum introducti oculis tenus, tanquam hospites, minime curiosi, eo munere fungerentur. Allicit nos ad sui spectaculum natura variis admirandisque imaginibus, quas qui despiciat, idem se brutorum plerisque inferiorem fateatur necesse est. Haud ita hic noster. Quicquid enim natura aut arte admirandum, quicquid bello paceve insigne in Europa dum is viveret uspiam contigit, id penitus scrutari pulchrum ducebat. Multiplices amicorum narrationes, delineationes varias, eo studio congerebat, ut nihil supra. Exemplum sit in multiplici iride, & tergemino sole anni M DCI. VII. ID. Februarii. Patavii, Venetiis, Romæ, & alibi, phasma illud sibi describi, & commentariis explicari curavit, ab amicis, quorum periergiam alias probave-

* Ex libro CIIX. historiarum.

cat. Ætas noſtra librorum tum veterum, tum re-
centiorum oppido ferax, paucos vidit in eo g[illegible]
literarum, quas humaniores vocamus, quibus n[illegible]
inſcriptum alicubi eſſet Pinelli nomen: & fama [illegible]
cebat honorificè appellari eum, in cujus Bibliotheca
viri docti maxima ſtudiorum ſuorum præſidia [illegible]
locata intelligebant. Nimium hic & faſtidi[illegible]
ſit, recenſere PANCIROLOS, SHOTTOS, [illegible]
SIOS, SALVIATOS, & alios non paucos, [illegible]
placuit eam Pinello mercedem rependere, quam [illegible]
leſius Thales ſibi perſolvi optavit.* Unius ce[illegible]
gonii teſtimonium quin adſcriberem mihi [illegible]
imperare non potui, adeo luculentum eſt & ſingu-
lare. Omittam, inquit,** illud, quod vere mihi vi-
deor poſſe dicere, eum eſſe te, quem ego cum pro-
pter veterem erga mei animi propenſionem [illegible]
ce diligam, tum propter variam præſtantium mul-
tarum artium cognitionem, & incredibile ac con-
ſtans virtutis ac ſcientiæ ſtudium, omnibus iſtius
ætatis ac dignitatis hominibus anteponam. Itaque
cùm in te omnia eluceant, quæ præclara videri ho-
minibus atque eximia ſolent, Genuæ patriæ digni-
tas, Pinellæ familiæ decus, Coſmi patris óptimi ac
magnifici viri ſplendor, fortunarum amplitudo; tu
hæc omnia perpetuo virtutis, ac doctrinæ, quas
flores ſtudio ita obſcuraſti, ut qui te laudant, hoc in
maximis tuis ornamentis ponant, quod his omnibus
quæ vulgo homines ſuſpiciunt poſthabitis, ſolam
lau-

* Apulejus in Florid. lib. 4. **Sigon. in præf. Lib. I. de antiq. jur. provinc.

laudem ex beneficentia, comitate, multarumque atque egregiarum disciplinarum notitia consecteris. Fuerunt plerique qui ne de facie quidem noto librorum suorum patrocinium commendarent: tum ut cum eo amicitiam inirent, tum ut ex ejus nomine libris quos edebant existimatio non vulgaris, sed doctorum hominum accederet. Quas rationes Ludovicus Septalius, clarissimus Medicus obversatas sibi profitetur, cum Pinello suos in Hippocratem commentarios nuncupavit. Neque minus laudatum quod mox narraturi sumus. Ab ipso tanquam tabularia Musarum asservaret, exquirebant quibus id curæ, quid editum, quid non, scriptorum ætatis, nomina, & alia sexcenta, quibus ille scrutandis cum sibi reconditarum rerum apparatum congesserat, ut nulli non faceret satis. Expertus hæc idem Sigonius, qui ad calcem aureorum librorum quos inscripsit de regno Italiæ, hæc habet: Joh. Vincentius Pinellus, vir plane in omni studiorum genere singularis, ac propter eximiam humanitatem inter omnes maxime memorabilis, qui non solum pretiosissimum ingentis suæ bibliothecæ thesaurum totum explicuit, sed nullum etiam diligentiæ atque impensæ officium in hoc opere provehendo reliquit. *Experti Antonius Possevinus, & Guidus Pancirolus, viri nunquam satis laudati. Petrus Pitheus vir rei literariæ studiosissimus, ad novellas Juliani antecessoris hoc abunde testatus, sed & permulta debeo viro clarissimo, & nunquam laudato satis Joh. Vincen-

* Biblioth, de notit. utri Imper.

centio Pinello, ex cujus unica bibliotheca plura [mi]hi de Justiniano didicisse contigit, quam ex omnibus.

Neque libris tantum inquirendis navavit operam Pinellus; Caroli Clusii, Vlyssis Aldro[vandi], Ferrantis Imperati, & aliorum hortos, metall[a] instruere ornareque satagebat: labores [...] que optime impensas arbitratus, quæ in [...] rum commodum, & publicam cederent [...] tatem.

Borromæus jun. Card. cum insigniorum [...] rum autographa schedia disquireret, dignosc[...] marginalibus librorum annotationibus calamo [...] aratis usui futura, uni Pinello negotium detulit, [qui] diu gravissimeque ægrotans, brevi tot nobili[um] scriptorum manus congessit, ut & Cardinali m[...] transmiserit, & sibi non pauca in bibliothecæ or[na]mentum reservarit; Cujus rei gratia hæc ad Pinel[]lum Josephus Scaliger; Duo autographa patris [...] mitto, fragmentum Epidorpium, & indicis cuj[us]dam, quem locupletissimum in Galenum confece[]rat, ut una opera perspiceres, quæ fuerit ejus *ἰδιογρα[φ]ία* tam in mundo quam in litura. Libros idem [...] à Pinello sibi comparari exoptans ita scribit; N[os] magna in penuria librorum sumus, qui immanibus sumptis bibliotheculam nobis paramus. Neque vero nos tam charitas afficit, quam raritas, quæ his accendit pretium eorum librorum, quos alibi copia viles facit. Itaque sæpe cogimur inviti ad opem amicorum confugere, quod fecit, ut & tuam im-

plo-

plorarem. Itaqve qvanqvam sentio qvam incivilem rem faciam, qvi tuas meliores curas morer, ut te meis rebus adjutorem parem: tamen, nisi grave est oro te, ut tua opera Judæi curent mihi illos libros qvorum nomina in schedio seposui. Ego frustra illos libros in Germania, Anglia, & Italia conqvisivi. Et infra. Non satis est semel perfricuisse frontem, nisi rursus orem te, ut si qvi nummi priscorum Principum Scaligerorum reperiri possent, qvales apud patrem vidi, eorum aliqvot, aut unius saltèm copia mihi fiat, qvod mihi non solum majorum meorum, sed etiam tuo nomine charissimum κειμήλιον erit. Franc. Maria Urbini Dux, qvem veterum Regum studia æmulantem admiratur ætas nostra, Pinellum consulere, haud gravabatur. Idemqve cum acta rerum in orbe nostro qvotidie gestarum, qvæ Imperiorum olim instrumenta qvi rerum potiebantur, in arcanis habebant, colligenda sibi decrevisset, ad unum Joh. Vincentium confugit, qvi ejus votis egregie respondit. Is horum actorum per annorum seriem compositorum, non modicam ut ita dixerim struem asservabat, in qvam non ea tantum, qvæ ipse singulis hebdomadis accipiebat, sed & qvæ amici, descripta conjecerat; ut auctior minimis etiam rebus, seu alia interdum a suis, animadverterat. Minuta hæc, & alicui forsan leviora, at cordatis viris secus. Spero Speronius, Patavinæ urbis decus & Pinello persamiliaris, Plinianum illud commendabat plerunqve; * Nullum esse librum tam malum, ut non aliqva parte prosit. Qvi enim hac rerum gestarum cognitione delectantur,

* *Plin. jun. lib. 3. epist. ad Marc.*

ctantur, non oculos tantum aureſqve inani lecti[illegible]
paſcunt, ſed & animos exemplis inſtruunt, pretio[illegible]
ſibi theſaurum civilis prudentiæ comparantes. Con-
templatur animus, è præteritis eventibus doctior [illegible]
ctus, eaqve in conſpectu ſunt, & mala ſi qva [illegible]
dent, minus fractus, bona ſi qva adventant, [illegible]
inſolens opperitur. Si qvando ipſi aliqva de[illegible]
bitare contigerat, omnes qvos penes ejus rei [illegible]
um eſſet, conſulebat, qvorum reſponſa comp[illegible]
& examinare ſolebat. Si qvod denuo non liqv[illegible]
monebat modeſtè & cum fructu. Unus N[illegible]
nummus, de qvo dictum ſupra, fuit in cauſa, & [illegible]
Romæ non ſemel Pinelli nomine Fulvium Urſ[illegible]
convenirem, cui uni, & non immerito, detul[illegible]
noſtra primas in antiqvitatis reliqviis cenſend[illegible]
diſqvirendis. Admonuit ille me, ut ad Pin[illegible]
qvem is magni faciebat, ſcriberem, non uni [illegible]
ut omnia ſciret, relinqvendas & poſteris aliqv[illegible]
geniorum exercitationes, laudatum illud Ne qvi[illegible]
mis, in literis etiam ſibi locum vendicare, in qvi[illegible]
perqvirendi modum qvi ſibi non conſtituit, is ſe[illegible]
rumqve inaniter diſcruciet neceſſe eſt. At non [illegible]
ſe limitibus contineri volebat hic noſter, qvi p[illegible]
ma, abjecta aliis & deſperata, hac actione protul[illegible]
in lucem. Accidit qvandoqve, perraro tamen, [illegible]
amicorum qviſpiam expoſceret ab ipſo librum
commentariumve, qvos ipſe non noſſet, qvo veluti
claſſico excitatus, perqvirere, ſcriptitare, omnia no-
ſcere conſvevit, eo ſtudio, ut & ipſum non lateret, ſi
qvid ejusmodi extaret, & pleraqve ejus generis præ-

cla-

clara alioqvi a tenebris & ſitu vindicaret. Ad ejus arbitrium diremptas vidimus omnes fere de humanioribus literis controverſias, qvæ inter noſtri ævi doctos viros in gymnaſio Patavino, exortæ: in qvibus tamen æqvum ſe adeo & officii non immemorem præbuit, ut Biante major, amicos amiciores habuerit ſemper. At vero ut bibliothecam ſuam, qvam in oculis ferebat, qvotidie locupletaret, hanc ſibi inter alias rationem propoſuerat, ut à literatorum, qvi diem nuper obiiſſent, heredibus, librorum indices compararet, ex qvibus ea omnia perdiſceret, qvæ ſibi in bibliothecam eſſent transferenda. Qvod tamen raro admodum accidit, cum haud æqve dominis, ac ipſi nota eſſent, qvæ in cujusqve bibliotheca latebant. Is his vero perqvirendis qvam fuerit accuratus, declaratum volumus unico exemplo. Vir clariſſimus Venetiis idemqve doctiſſimus annis præteritis vita functus eſt Pinello charus, ut pleriqve omnes Venetorum, qvos doctrinæ illicio, & nobilium ſtudiorum amore ſibi devinxerat. Libros aliqvot magni nominis manuſcriptos ille diu in deliciis habuerat, qvos Joh. Vincentius divenditos redemit, & cum ejusdem bibliothecæ reliqvias bibliopola neſcio qvis, ſchedas videlicet, atqve alia ejus generis coemiſſet in gratiam ſalſamentariorum, re comperta, illico hic noſter nobiles illuſtrium virorum Epiſtolas perire non eſt paſſus. Emiſſarios ille habebat, qvorum induſtria ex orci faucibus ſæpe ſæpius eripuit inſignium virorum liberales labores, in qvam curam qva ſedulitate incumberet, ex eo patebit, qvod

mox narraturi ſumus. Cribrorum, cymba
& cithararum artifices, qvod non modic
membranarum in artificium ſuum abſumeret, ſi-
gulis ſaltem menſibus conveniri a ſuis volebat,
id optimo ut plurimum eventu. Amicos Pi
ſibi conciliatos ſimilitudine ſtudiorum, tanqv
emplar, aliqvod intueretur ſui, ſingulari be
tia proſeqvebatur, eos præſertim, qvibus cu
rerum admirandarum, qvæ ab arte vel nat
ciſcerentur, accurata diſqviſitio: Edmundum
um in his nobilem Anglum, diſciplinarum M
maticarum, rerumqve militaris, & herbariæ
me ſcientem, cujus ille commentationes non
ſuſpexit, cujus ſe qvandoqve imparem curioſit
ingenue, profeſſus. Hujus qvam diximus diſqv
tionis ille in Pinello character; qvod cum is aliqv
do neſcio qvo proficiſceretur, animadvertit non
colarum mores tantum regionibus diſtingvi;
& herbas, arbuſtaqve alia in aliis locis naſci, ſu
tuiqve a natura in denaſcentium locum qvotidie
centiora, qvæ ſuis tamen limitibus contineantur,
ſi externi ſoli horreſcerent peregrinitatem. His qvi
animum advertit, confectum plerumqve itinerum
moleſtiis, næ ille in ſinu Muſarum conqvieſcens o-
mnia rimabitur, abdita licet ſemotaqve, nullumqve
ſibi temporis articulum ſine fructu diffluere patietur.
Hominum qvo qviſqve inclinaret atqve propenderet
illico pervidere ſolitus, non è Metopoſcopi alicujus
traditionibus, ſed præſtantium tot virorum conſve-
tudine congreſſibusqve eruditus. Unica illi allo-

cu-

io penetralia ejus cum qvo loqvebatur in con-
ſtum dabat; verebat enim ſermonibus variis,ſeria
oſis temperabat,Protea dixiſſes multiformem il-
n,nec præſagientem minus atqve divinum.His ve-
qvos intime noſſet, inſignia cognomina certas re-
m notas plerumqve procudebat,qvibus animi pro-
nſiones, corporis formas, aliaqve id genus indica-
: ·Modeſtos ille & verecundos ſuſpiciebat; a gar-
is & glorioſis, ut à peſtiferis & nocentibus refugi-
t. Bardos, & inelegantes formidabat, odio inſi-
penitus à natura, qvod in horridos etiam incom-
sqve præpoſterè inurbaneve aliqvid agentes e-
mpebat. Tu illum elegantiarum patrem merito
pellaſſes, ita omnia cum modo & ad præſcriptum
ionis ſibi gerenda conſtituerat. Communibus
urbanis mirum in modum delectabatur, ſannio-
s à congreſſibus ſuis abigebat, turpe hominum
nus, cui in gratiam alieni riſus, inſania perpetuo
nvenit in manum. Eruditos qvantumvis, male-
cos tamen & intemperantes, oderat odio Vatinia-
, qvorum pridem conſvetudini renunciarat, qvi
m honeſtiſſimam fœditate morum dehoneſtarent.
os ſi qvando neceſſe habuit,invitus tamen admiſit,
itqve data opera,ut animadverterent, illorum ſibi
ngreſſum,colloqviumqve haud probari, malle ſe
um illiteratis at bene moratis multum eſſe,qvam il-
s tantillum. Et ſane qvi literis & probitate ani-
um excoluerit, is ſupra faſtigium mortalitatis ela-
s, Dei opt. max gentilis videri ſolet; & vero ſi qvis
ihi poteſtatem optionemqve fecerit; ut eligam u-

tras velim, literas an probitatem, ineptus profe- sim nisi posthabeam illas huic. Qvid enim di- literatus vitæ informis à geniis malis? Dixerunt illos Græci Dæmonas, appellatione à scientia ducta, im- probos licet artifices, omnium scelerum libidi- numqve. Alexandri Clivæ Cardinalis dictum ex- tat, præclarum illud sane & m moria dignum, * Pro- bum ægrius evadere qvempiam, qvam doctum: At illud huic longè præstare, cum ex integris mori- uberes magis, qvam ex bonis literis fructus perci- amus. Doctrinam ergo & mores qvi coagmenta- verit; glutino pietatis religionisve, omnium ille- amorem conciliet necesse est. Hæc fuerunt in cau- sa, ut Pinellus nobilissimam Societatem qvam J- appellamus, diligeret charamqve haberet, in qva i- le amicos habuit; Antonium Possevinum, Augusti- num Justinianum, Julium Negronum, Paulum Co- mitolum, Laurentium Tertium, Fratres Galiardos, Barisonos, Bisciolos, Franc. Forteciam, Alexandrum Granellum, Richardum Esium, aliosqve non paucos, qvi morum sanctitatem cum doctrinarum cognitio- ne sociarant. His officia omnia præstare, de his ho- norifice multa prædicare jamdiu assveverat; hujus Societatis non Patres tantum sacerdotesqve, sed & fratres qvos vocant maxime admirabatur, ut qvibus modus decorumqve in omni vita sit in promptu. Ex hac Pinelli cum his Patribus consvetudine, suspi- cati sunt nonnulli fore, ut ipsis bibliothecam suam testamento legaret. Qvod utinam factum, & me-

mo-

* Hier. Garimb. in vita ejusd. Card.

moriæ profecto suæ, & publicæ utilitati optime consuluisset. Domi. Joh. Vincentius qvotidie conveniebatur ab omnibus, qvotqvot Patavii literarum ingenuarum ornamento nobiles erant, neqve ab his solum, sed et ab advenis, qvi eo ventitare gloriosum ubi ducebant. Hic docere & doceri pulchrum, qvo nemo asymbolus veniebat unqvam, nemo sine recondito aliqvo munere literario, qvibus ille ut erat instructissimus ad docendum, parem gratiam retulit semper. Transalpinis hominibus, qvi bonas artes non tralatitiè amarent, curæ erat, cum primum Patavium venerant, hunc nostrum de facie noscere, ab eoqve in albo, ut vocant, amicorum tesseram philothesiam sibi comparare. Has ille elegantiæ & amoris plenas concinnare solitus, in gratiam studiosorum, qvos etiam munusculis plerumqve proseqvebatur. Religioni in congressibus habebat digredi, qvantumvis necessario, tantisper ab iis qvi eum convenerant, nisi prius libros aliave illis e bibliotheca prompsisset, qvibus moræ tædium levaret. At qvam officiosus fuerit ex eo possis arguere, qvod cum ipsi cum plerisqve, qvi in Patavino Gymnasio profiterentur, amicitia intercederet, ipsorumqve aliqvi (ut fit) alter alterum non omnino amarent; haud tamen unqvam is officii lineas transiliverit. Qvo factum, ut & ipsi Pinello certatim bene vellent, & is pacem inter ipsos non semel conciliaret. Pacis vero, concordiæqve adeò fuit studiosus, ut illi valde soleret in ore esse, dissuere qvi possit, si incidat minus rectè facere: comitate, ut innueret, facilitateqve ni-

hil non expugnari. Et sane de Pinello id prædi[care] possumus, qvod de Solone Plutarchus, * nullis ... se in civitatis dissidio immiscuisse factionibus, ... magis huic, qvam illi favisse, sed conatus ... suos parasse in civium concordiam. Qvos invi... vel occupatior admittebat, in vestibulo domus ... piebat, stare vel deambulare solitus. Homine... nim præclara cogitantem nihil æqvè torqvet ... poris jactura, qvam tum maxime percipit, cum ... sis ineptisve aures suas dedere cogitur. Jure ... stive Horatius, ** qvem nescio qvis de gener... miserandum in modum obtuderat.

Hunc neqve dira venena, nec hosticus auferet en-
sis,
Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra:
Garrulus hunc qvando consumet cumqve; loqua-
ces,
Si sapiat, vitet simul atqve adoleverit ætas.

Moris ipsius fuit, omnes qvi eum venerant salutatum ad intimos usqve scalarum gradus comitari, domesticos ut libet atqve familiares. Irascebatur qvippe ineptis qvibusdam, qvi nescio ejus existimationis magis, qvam amicorum rationem habentes, sanctissimum amicitiæ nomen inani verborum gessivulationumqve observatione turpissimè polluunt. Ne vero fructus illos, qvos ex amicorum congressu perceperat, ulla sibi abriperet oblivio, cum illi abiissent, se-

ce

* De instit. Trajan. Imper. ** Lib. 1. Satyr. 9.

bat is in cubiculum interius, ubi qvæ præclara in loqvendo animadverterat, in commentarium sua referebat. Imo ut cum amici adessent, nqvam non illi ad manus fuit calamaria theca, ut numerum qvæ placuissent capita ne exciderent, notaret. In hos commentarios si qvis fortè studiosorum inciderit, istum deniqve leonem ex ungvi, ut dicitur, æstimabit. Testatus sane mihi est onius Persius, selecta doctrina non minus qvam illi antiqva familiaritate illustris, consvevisse Joh. entium adnotare ad omnes qvotqvot nancisce- e alicujus pretii auctores, uberiores & politiores s, qvas acerrimo studio ab aliis non conqvirebat o, sed & excogitabat ipse doctè & eleganter. otelis libellum commonstrans amico, ejusdem ubernalis Paulus Aicardus, & qvidem ad eum lum compactum, ut pagellæ puræ in usum scri- nis essent interjectæ, subdidit; en qvæ Joh. Vin- ius elaborat Aristotelis interpretamenta. Fu- t sane qvi crederent, habere præ manibus histo- m qvidpiam, qvod riderent anxiè propemodum virentem qvidqvid ubiqve terrarum contingeret is factisve memorabile, Nomothesiam præterea orantem, & Topographiam regnorum insigni- n, urbium, oppidorumqve. At qvid Aristote- n interpretaretur, qvidve operis ille sepofuisset in qvod unum præclaras studiorum suorum o- onferret, nos adhuc ignoramus, ut ut simus an- ercunctati. Qvo circa in eam devenimus, ut tremur cum Juliano Medice, Leonis XI. magni

Pontificis chariſſimo agnato, juvene qvidem ornatiſſimo, qvem Pinellus ipſe unice amavit, doctum probumqve expertus, diſplicuiſſe qvidqvid vel olim adoleſcenti, vel jam ſeni exercitationis gratia excidiſſet, aſſveto nihil probare, qvod non eſſet numeris omnibus abſolutum; cum qvotidie magno rei publicæ literariæ detrimento, nec minimo cum faſtidio: videret ſcripturientes eos,& inepte paſſim volumina procudentes, qvi literas vix à limine ſalutaſſent. Tantis curis implicitus, non abjecerat hic noſter,ut pleriqve faciunt,familiarium curam,in qvibus probandis mihi ſemper diligens, nonnullis plerumqve difficilis viſus eſt. Et ſane formas ſpeciesqve verius rerum qvam res ipſas intueri dixiſſes: adeo nihil non eximium perfectumqve ſpectare didicerat. In his, ut probitatem mittamus, nihil æqvè diligebat ac vigilantiam & attentionem, qvas ut acueret, nutu qvandoqve ſi qvid fieri vellet,ſignificare ſolitus. At ſi qva minus exaudiſſent, repetebat,ſubiratus tamen, & ſtomachanti ſimilis; qvæ omnia eò tendebant, ut illis ſocordiam excuteret. Qvidqvid imperaſſet ad ungvem factum volebat, ferebatqve permoleſte, ſi qvid ipſi aliqvando non ex præſcripto actitaſſent. Nihil non componebat ipſe & qvidem meditatus, ad normam rationis: hanc abjici, compendii vel ſapientiæ obtentu pati haud poterat. Qvo facto familiarium faſtum, nimiosqve ſpiritus obtundebat,qvorum eſt ſpe fortunatioris eventus, conſiliiqve, ut ipſi arbitrantur præſtantia, ab imperatis diſcedere, cum detrimento ac pernicie eorum, qvæ ipſorum fide com-

committuntur. Servis enim, ut *ille* ajebat, utilius est parere qvam consilium afferre. Cavebat autem hac in re, ut in ceteris, à perturbatione confusioneqve, tum ut familiares sibi qvisqve attenderent, tum ut clamoribus & jurgiis abstinerent: qvod ita executus est. Locos plerosqve insigniores in templo D. Antonii, qvod in ejus vicinia situm, memoriæ commendarat, in qvibus qvotidiana omnia, tum dicta, tum facta ordine collocabat. Qvo subsidio munitus, ad vesperam in summa scheda notabat literam I, præcipuam nominis sui, qvæ agmen duceret eorum, qvæ in crastinum peragere constituerat. Hæc demum linea concludebat, sub qva per classes familiarium nomina, litera ut diximus capitali adnotabat, cum indiculo eorum qvorum curam cuilibet demandasset. Qvæ tamen sibi reservarat, ut emissitios famulorum oculos celaret, Græce scribebat. Exinde die crastina primo diluculo serius in cubiculum accitis, curabat ut ipsi in schedula exscriberent, qvæ singulis obtigerant, ea prope serie, qva & ipse descripserat. Si qvi scribere nescissent (qvod tamen raro admodum contingebat) scribebat ipse non invitus. Qvibus peractis, curabat unusqvisqve sua, qvorum ipse dominus exitum in secessu bibliothecæ præstolabatur. Qva methodo citra confusionem, & omnes qvod sibi qvotidie faciendum noscebant, & familiares, rudes licet, imperitiqve, ingeniosi exercitatiqve brevi evadebant. Torpentes ille tardosqve Lentulorum gentiles appellabat; & narrabat subinde, Ferdinandum Regem, Catholi-

cum cognomento, ea ratione familiarium novitiorum ingenia exploraſſe, ut omnes juberet officii negociive gratia convenire: & ad magnatum plerosqve amandaret, à qvibus cum demum rediiſſent, qvæ dicta qvæ facta ſciſcitabatur, atqve eadem opera qvi aptus ad ejusmodi munia obeunda, qvis ſecus, obſervabat. Servorum peccata, qvæ modo alicujus eſſent momenti, memoriæ mandabat hic noſter atqve adeo, ut nunqvam ex illius animo diſcederent. Meminerat eorum multis poſt annis, interpellabatqve ſæpe ſæpius, ut eorum reprimeret confidentiam, meminiſſentne qvid peccaſſent, qvid præpoſtere egiſſent ſuperioribus annis eodemmet die? Horum familiam ſatis freqventem aluit, & qvod mirere, altum domi ſilentium inter tot capita, qvorum plerunqve eſt non modo eadem non ſentire, ſed perpetuo diſſidere. Hos ille fidos licet, minimeqve loqvaces, ita inſtituerat, ut advenientibus amicis decederent ſtatim, ne videlicet aut illi obliviſcerentur conditionis ſuæ, aut hi ſe adhibitis arbitris exceptos ſuſpicarentur. Iisdem tamen ope vel conſilio, indigentibus ægrotantibusve defuit nunqvam, imo ſumma benevolentia illis opibus, his adhibita medicorum opera, ut convaleſcerent, ſedulo curabat, qvo factum, ut qvod raro contingit, metueretur idem & amaretur à ſuis. Horum agmen ſecum trahentem nemo unqvam vidit, vix uno cum proceſſerat contentum, eoqve freqventer amandato, cum copia comitis eſſet, qvi cum deambulare & colloqvi liceret. At qvia, ut diximus, docere vel doceri eximiè avebat, recepit

hu-

jubenti animo in contubernium doctos aliqvot viros, qvibuscum differere de re literaria continenter & per otium posset. Nec sane minimum hoc ingeniorum incitamentum; cum intra domesticos parietes monitores alimus, qvi forment studia nostra, qvi animum excitent reverentia sui, qvos neqve subrusticus pudor, neqve inanis assentatio a dicenda sententia deterrerat.

Horum primus (qvod ego sciam) Michael Sophianus, a qvo Græcè peritissimo ejusdem lingvæ hausit intimas notiones: cui deinde successere non magno intervallo, Theodorus Rendius, Constantinus Patricius, Nicasius Ellebodius Belga, qvi Latinè nobis Nemesium de natura hominis expressit, qvem apud Pinellum degentem anno M. D. LXVIII. magni, ut par erat, fecit Paulus Manutius,* callidus elegantium ingeniorum æstimator. Præter hos domi habuit Benedictum Octavianum, res Philosophicas Theologicasqve doctum, Joannem Caresium, & Leonardum Sguttam, domo Chios, optimarum artium studiis impensè eruditos, Mariangeli Accursii filium Franciscum ni fallor, insignem moribus & doctrina. At egregium hoc studium doctorum hominum juvandorum, mala valetudo intercipere aggressa, obtinuit, ut præter binos I. Lipsii alumnos, neminem amplius domi habuerit. Horum alteri Thomæ Segeto nomen, alteri Erycio Puteano, cui eruditio modestiaqve adeo suffragatæ, ut primum artis Oratoriæ interpretem Mediolani, & Chronographum

* L. 8. epist. 15.

Regium, deinde suffectum in præceptoris loc[um]
Lovaniensi Schola declararint. His grave[m]
rumqve testimonium impartitus I. Lipsius.

Qvicunqve hæc legetis.

Testor apud vos ex animo, Erycium P[uteanum]
bene honesteqve natum, educatum, i[n]
Ingenio ad optimas artes facili, & tenaci, i[n]
lingva Græca, & Latina peritum, versa & p[rosa]
num, vita moribusqve modestum, & plura d[e]
periendo in eo si qvis pernoverit, qvam lic[et].
Habet Mathesim, Philosophiam, Musicam q[ve]
& plane dignissimus est cui bene velis, sive ben[e]
at, qvisqvis doctrinam, elegantiam aut virtut[em]
mat. Commendo vobis talibus hunc juvenem
mea qvoqve institutione & manu probatum
tiperis, vel commodo pecus. gratiam me de[bere]
qvidem, si qvis mea causa bene fecerit, sed & i[n]
res meas, si qvi precibus aut familiaritate ibi ung[...]
Rege ... sincere scribere ... rogo gra[...]
liqva & ... in mea ... Lovani[i]
an. M. D. XCVI.

L. Lipsius Professor. & Histori[o]-
graphus Regius pie scripsi[t].

De Segero vero hæc ille. **

* ... apud ... Francos & Hispanos. ** Erat ...

Qvi hæc legetis.

TEstor apud vos seriò, hac mea manu, Thomam Segetum, gente & domo Scotum, notum mihi à pluribus annis fuisse. Immò ab ipsa prima ejus adolescentia meum vel discipulum, vel auditorem. Eo omni tempore, probis se probasse, ac mihi inprimis, ob acre, & excellens ingenium, ardorem studiumqve discendi: atqve ita profecisse, ut in meliori omni literatura, paucos sibi æqvales habeat, in æqvali ævo. Addo & moribus modestum ingenuumqve esse, & dignum qvem tales omnes æstiment, atqve ament. Peto igitur atqve absens rogo, uti hunc in occasione adjutum velitis, favere animis, consiliis, factis; bene locaturi beneficium qvodcunqve in eum conferetis. Stirpes istæ fovendæ & attollendæ sunt, in commune rei publicæ bonum, cui bono omnes studemus Lovanii.

I. L.

Idem Lipsius eidem alibi * gratulatur, qvod fuerit receptus in Joh. Vincentii domum. Gaudeo in Italiam incolumen venisse, gaudeo in domum magni Pinelli admissum qvem virum, ævo & gloria jam veterem, Italia vel inter veteres suos præferat & jactet. Idemmet Pinello gratias agens, qvod Segetum apud se voluerit esse in unius testimonii sui gratiam, ita præfatur: ** Si qvis in Italia hodie veteri &

* Epist 64. ** Epist. 76.

& merita fama eſt, eum ego te cenſeo Vincenti Pinelle, & ideò jam à pluribus annis tacito qvodam affectu & colo & amo. Ejusdem qvam præclara illa, & luculenta? * Malo fato & raro factum eſt, ut una Epiſtola bis miſſa, nec ſemel pervenerit. Haud magna alioqvi jactura, niſi qvod teſtimonium cultus mei, & affectus retardarit, non tamen oppreſſerit, vel nunc ecce revelandum. Nam ego tuum nomen adoleſcentia prima & novi, & amavi, & veneratus adeò ſum: ut debui ejus, qvi virtutem, & doctrinam eximiè coleret, & in ſe haberet, & in aliis excitaret. Sunt iſtæ breves, ſed veræ tuæ laudes, qvas in his annis, & maturiore ævo, qvia pernovi, magis etiam amo. Si aliqva ſimilis affectus tui ſcintilla in me; triumpho, non ſolum gaudeo, & eſſe cum aliorum literæ, tum tuæ loqvuntur, ante duos menſes plus minus ad me amanter ſcriptæ. Ergo amare amatum me poſſum dicere, & ut ſemper poſſim, te per genitum, virtuti & honori ſic amicum, rogo. Lovanii Kal. Decemb. 1599.

Mihi vero animadverſum qvod eſt, haud videtur prætereundum, Lipſium qvoties Pinelli inciderit mentio, magnum fere vocare, ut proximè vidimus ad Segetum; & ad Cluſiam: ** Illuſtri viro Vincentio Pinello cum ſcribes, qvæſo te ſalutem ei à me dicito, ignoto de facie, non de fama, amo virum magnum apud omnes magnos. In eadem cent. ad Mercurialem: Abiiſſe te honeſtiſſima vocatione Bononiam audimus. Ni id eſſet, valde rogarem ir

vi-

* Epiſt. 78. ** Cent. 2. Epiſt. 24.

viri magni Vincentii Pinelli amicitiam me insinuares, qvem ego jure æstimo inter Italorum primos. Qvem vero eorum Pinelli contubernalium qvos supra recensuimus, designet Paulus Manutius, haud sane novi. Is hæc ad Joh. Vincentium in calce Epistolæ; Vale, & familiarem tuum, cujus doctrinam, & ingenium in Lucretiana interpretatione mirum in modum probo, saluta meis verbis. Hos paucos, præter hos, qvorum fecimus mentionem, domesticos habuit literatos viros, inter qvos unum in delitiis habuit, cujus & nos vitæ scribendæ non aliqvantisper immorari, plerisqve nefarium videatur: tum qvia hic Pinellianæ animæ dimidium fuit; tum qvia par viguit inter nos & mutua benevolentia, ad extremum usqve vitæ spiritum. Neqve vero id sine lectorum voluptate, qvos certo scio jucunde spectaturos, amicorum nobile par, qvos cum celebratis illis componere possimus, tot annos summa concordia sine ulla qverela vixisse. At mihi liceat qvæso (ut cum D. Gregor. Nazianzeno* dicam) *δότε μοι μικρόν τι ἐν τῇ γραφῇ καὶ τῷ διηγήματι*, Detur id amici docti piiqve memoriæ, qvæ nunqvam discedet ex animo meo, qvem ipse sibi aureis in perpetuum catenis devinxit. Hic fuit Paulus Aicardus, cui patria Albingaunum Ligusticæ oræ nobile oppidum. Is Taurini primum per aliqvot annos versatus, ubi in Philosophorum Medicorumqve album descriptus est, anno 1570. Patavium venit, ut insignes aliqvot Medicos, qvi tunc temporis hic profitebantur, tum

* Greg. Nazian. in laud. Athanasii.

tum audiret tum affectaretur. Hic, ut Genuensem, eundemqve eruditum decebat, sæpe sæpius Pinellum conveniebat; qvo accidit, ut genio conciliante alter alterum certatim amaret, charumqve haberet. Nec mirum utiqve, cum πολυιςωρ πολυίςωρα, φιλέλλην φιλέλληνα, μισοπονηρος μισοπονηρον amplectatur: Cum sit ad connectendas amicitias vel tenacissimum vinculum morum similitudo. Amoris hujus eximium illud indicium, qvod cum Joh. Vincentio tunc obtigisset Neapolim proficisci, ut Aicardo bliblio thecam suam commendarit. Ex qvo arguas licet, qvanti æstimarit Pinellus Aicardi & probitatem & integritatem, cujus spectatissimæ fidei crediderit literarios illos thesauros suos, à qvorum etiam conspectu plerosqve arcere consveverat. Reversus aliqvot post menses Joh. Vincentius, Aicardum secedere volentem comiter rogavit, ut secum paulisper maneret, hoc unum ejus gratiæ & consvetudini indulgeret, in cujus domo per tot menses solus, & non invitus fuisset. Annuit ille, non diu se mansurum arbitratus. At cum pestilens morbus annis 1574. & 1575. Venetias primum, deinde Patavium pervasisset, in qvem Lucretii carmina optimè qvadrabant. *

– & mortifer æstus
Finibus Euganeis funestos reddidit agros,
Vastavitqve vias, exhausit civibus urbem.

Hunc

* Lucr. lib. 6.

hunc declinaturus Pinellus, ut nemo non faciebat, accessit in amœnissimum agri Patavini oppidum, Euganeorum collium decus, cui Montis silicis nomen ivo mala hæc lues appellere haud valuit. Eo divertit cum Pinello Aicardus, magno amborum bono, cum invicem longe lateqve grassantis morbi molestias excutere svavissimis colloqviis valerent. Huc accessit, qvod cum illuc migrasset Venetorum Patavinorumqve Patriciorum non minimum agmen, ædes Pinellianæ iis omnibus paterent, eò doctrinæ animiqve gratia confluentibus.

Ut primum abiit pestilentia, reversus Patavium Pinellus Aicardum, cujus svavissimos mores, eruditionem, vitæqve integritatem deprehenderat, ut apud se aliqvandiu esset, exoravit. Qvod sane ambobus optime vertit, cum alter sine altero esse minime posset, acciditqve brevi, ut qvæ inter ipsos intercessit benevolentia tam altas radices egerit, ut neqve mors illas convellere potuerit. In Pinelli consvetudine ejusmodi evasit Aicardus, ut sapientia, animi moderatione, humaniorum omnium literarum cognitione, non paucos anteiret, inter qvas modestia, & ingenuus pudor ita eminebant, ut nemo eum, vix de facie notum non amaret. Lingvas nobiliores, Græcam, Latinam, Italicam usqve eo callebat, ut si qvid ipsi prisci insolitive interpretari libuisset, prorsus qvid adderes non haberes. Ad 620. annos Patavii moratus, magni semper est habitus, idqve ultra vulgarem modum. Memini

ego

ego Meliorem Guilandinum, rem Herba-ri-
vii magna cum laude profitentem, & non
apud eruditos nominis,parcum alioqvi laud-
advenis qvibusdam de Aicardo ſciſcitanti-
ſpondiſſe,neminem illo Patavii doctiorem,
gymnaſii qvotqvot erant interpretes adnume-
Jacobum Davy Peronæ D. Epiſcopum E-
ſem, qvem Clemens VIII. in Cardinalium
um cooptavit, in qvo ambigas utram mire-
tem ne an multiplicem eruditionem, Roma-
tem ubi ſumma cum fide Regis ſui cum Catho-
cleſia reditum in gratiam procurarat, Patavii
Marcus Cornelius Epiſcopus Patavinus ſplen-
me excepit. Is ut hoſpitem tantum commo-
liberalisſime haberet, ut ſedulo curavit,
cardum illis diebus in Ebroicenſis gratiam domi-
buit, quo cum doctis & eruditis ſermonibus h-
ſucciſivis congrederetur. Hinc ille Aicardum
miratus dixit aliquando, per id tempus quo ſi-
terra Italia eſſe licuit, præter quatuor aut qui-
magnos & eruditos viros, in queis & Aicardum
ponebat, haud obtigiſſe ut alios noſceret. Q-
amicitiam contractam ſimilitudine ſtudiorum,
in poſterum uterque communibus officiis, epiſtolis
que doctorum problematum refertis ultro citroque
misſitandis. Omnia dicta Aicardi factaque ci-
venditationem animadvertere, qui hominem n-
verunt. Et licet frequenter literatorum congre-
ſibus adeſſet, non ideo tamen obtrudere ſeſe viſ-
unquam, erumpebat ſane aliquoties, ne pedar

omniu

animo sententia videretur, ac parcè, & ea ratione, qui aderant animadverterent ipsum ad scopum ... messe. Quæ nimirum serio doctis familiaria, ... paucis se expediant, & è verbo non temere pro... virum multiscium metiantur. Quæ si cui ... sufficiunt, is demum sciat, Hieronymum Mer... rialem (qui nobis hæc scribentibus prope octua... rius diem functus est) edere cogitantem librum ... suum de morbis cutaneis, quem is olim audi... ribus suis dictarat, Aicardum selegisse, qui menda ... eret, errores corrigeret, redigeretque in legiti... m & germanam libri faciem. Neque vero im... em se oneri præstitit Aicardus, qui librum Gu... imo Syrleto laudatissimo Cardinali inscripsit, & ... rcuriali fecit abunde satis. Ea illi à natura in... humanitas, ut omnes sibi promiscue doctos, in... ctos, summos, infimos, devinciret. Qua ratio... e qui illi obtrectaret reperiisses neminem, nisi ma... volum insigniter & maledicum. * Vertebat ille ... se in omnes omnium propensiones φιλανθρω-πίᾳ quadam, cujus comites mansuetudo morum, ... facilitas, lenitasque animi, quarum est animis, ve... int nolint, dominari, pellicereque ad sese alienas ... quantumlibet hominum voluntates. Ejus opera ... quisquis usus, nihil unquam habuit quod amplius ... desideraret, seu fidei seu diligentiæ. Qua id est as... secutus, ut nemo non auderet ejus comitatem & in... dustriam periclitari: Invitarant eum non semel ... mici, ut profitendi munus in Gymnasio Patavino

Aa ca-

* A Gel. lib. 13. c. 15.

capesseret; neque defuere ex ipsius gymnasii [...] deratoribus, qui eadem proponerent, quos ill[...] mnes unico responso refellebat, imparem se [...] & non translatitia illi doctrina opus esse, qui [...] publicè docere velit. Eadem opera Cardinales [...] Dynastas non paucos, à quibus magnis prop[...] conditionibus est plerumque evocatus, Pinel[...] mesticæ consuetudini posthabuit. Quæ res i[...] sa fuit, ut Aicardum Pinellus eo impensius a[...] quo ejus sibi consuetudinem cerneret acrius [...] ri: cum nihil æque (ut nescio quis ait) am[...] incitet accendatque, quam carendi metus. At [...] Vincentio non erat quod metueret, despex[...] enim jam pridem hic noster inanes honorum ti[...] los, effranemque pecuniæ cupiditatem, uni me[...] tranquillitati intentus; quam abjiciat necesse [...] qui illius sese fluctibus jactari patiatur. Non ne[...] bat nimirum quantas immodicum honoris stud[...] miseris aulicis constituat cruces, didiceratque p[...] volutandis nobilium scriptorum monumentis, [...] honesti otii amanti, nihil æquè fugiendum ac sup[...] ba, ut Horatius ait, *civium potentiorum limina. Meminerat nobilis adagii; Procul à Jove, procul a fulmine, apposite at illud ejusdem Poëtæ, **

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

Hanc

*Epod. od. 2. **Lib. 2. od. 10.

ic illi mentem, præter alia, injecerat Pinelli con-
rnium, à quo videbat omnia hæc, uti apinas tri-
que contemni & rejici. Optimum Aicardo vi-
r, docti sapientisque convictum, à quo fratris lo-
haberetur, Principum virorum consuetudini
eferre, quos nonnunquam deprehendas Phryxæos
etes, personamve Æsopicam illam, cui extima spe-
s, & præterea nihil. Interiore se quandoque ani-
motu ad Ecclesiasticam vitæ rationem corripi
tiebat, at abstinuit, quia cum Marco Cornelio
c. Pat. charus esset supra quam dici possit, vide-
oluit eò instituto proventus aliquid amplioris
cupari. At in morbo qui postremus illi fuit, de-
verat, cum primum convalesceret, animum reli-
ne liberare, mecumque, si Pinello superstitem
e contingeret, aut Veronæ cum Ptolemæo Olive-
, quod vitæ restitisset, absolvere. Aicardi libera-
as eo magis enituit, quo minus ipse dives fuit.
eque enim valuerunt rei familiaris angustiæ conti-
re animum magna cogitantem, quin erumperet
pe sæpius collatione insignium beneficiorum.
es domestica non omnino ampla ut diximus illi
it, cujus ne experiretur tenuitatem, Pinellus, qua
ficiis qua beneficiis eximiè juvit. Neque sane iis
ibus minimæ fortunæ sunt, præclusus omnino
t aditus liberalitatis, si * Aristotelem audiamus,
m divitem faciant (inquit ille) non possessio, sed
sus. Amicis hic noster omnia largiri, utut pretio-
, consueverat, modo animadverteret jucunda esse

* Rhet. lib. I. c. 5.

quæ donaret. Inde jocari nos cum ipso, esse in potestate nostra quicquid haberet, ablaturosque, cum libuisset, ne petentes quidem. Monstrabat aliquando amicorum cuipiam numismata quædam argentea recondita & selectiora, cumque notasset in eximia quæpiam oculos (ut fit) conjectos, misit sub vesperam familiarem, qui amicum domi conveniret numismataque suis verbis donaret. Ut fuit elegantiarum omnium amator, librorum, nummorum, gemmarum, tabularum, nulli unquam pepercit impensæ, deterruitque Pinellum aliquando, qui magnos in his comparandis Aicardi spiritus non semper approbabat. Quod tamen nullum inter ipsos unquam dissidium peperit, cum alter alterum summe diligeret, Pinellusque Aicardum filii, hic illum parentis loco haberet. Recte enim Tyanæus, causam esse amoris similitudinem, quæ in sapientem affinitatem evaderet. * At quod dictu mirum, cum familiaritas pariat contemptum, nemo unqvam illorum ad id dilapsus, ut alterum minus, quam amicitiæ leges ferunt, amaret suspiceretve; ** ut enim (inquit Plinius Jun.) de sculptore, pictore, fictore, nisi artifex judicare, ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem. Horatii carmina in ipsos quadrabant ***

Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsus querimoniis,
Suprema citius solvet amor die.

* Philostr. lib. 8. ** Lib. I. epist. 10. *** Lib. I. od. 13.

Et sane, cujus oculos non præstringat, cujus animum non alliciat doctorum hominum par, volentium idem idemque nolentium? Thesauros & opes nemo sanus prætulerit his bonis, quæ eo majora, quo rariorem hujusce notæ amicitiam reperias. Neque non norat hæc Joh. Vincentius, homo si quis alius perspicax, & acer in judicandis rebus. Ideoque largitionibus & congiariis Paulum sibi devinctum frequenter voluit, ut illi suppeteret unde partam existimationem sustentaret. Ideoque, non multis ante obitum annis, aureæ præceptionis * memor, ante mortem amico benefaciendum, donavit illi inter vivos IV. millia aureorum, è corpore grandis pecuniæ quam Romæ habebat. Qua in re Aicardus, idem qui semper, à Pinello impetravit, ut non nisi mortis causa donaret, quasi jam tunc animo pervideret præmoriturum se, & liberalitatis rivum ad caput unde manarat, turbato ordine reversurum. Quod si Aicardum Pinello superstitem esse contigisset, non dubito quin ipsi Joh. Vincentius bibliothecam suam legasset. Cum enim Aicardus decedens libros suos Pinello testamento reliqvisset, ille tum mihi qui aderam, en qui rerum humanarum lusus! is mihi bibliothecam suam legatum vult, cui ego meam volebam. Aicardi bibliothecula (ita enim præ Pinelliana operosa illa & voluminum sane multorum videtur appellanda) selecta erat, classicisque auctoribus referta, veteribus nimirum, qvorum

* Ecc. c. 14.

rum lectionem ille amicis decantato
inde commendare consueverat.
Moribus antiquis restat Romana v
Horum plerosque eruditissimis ad m
tationibus illustrarat, veluti Polybiu
commentarios, libros universos Cicero
præsertim, Plauti comœdias, Corneli
aliosque non paucos, quos ille veterum ex
rum collatione meliores fecerat & auct
ni supprimant ii ad quos Pinelli bibliotheca
nerit, animadvertent brevi omnes, qui hæc
gent, non fecisse nos gigantem è pumilione.
mentarium in Aristotelis Ethica elaboraverat
terea, in gratiam Aloysii Oricellarii, præstanti
adolescentis qui nunc Romæ in conspectum
quicquid è Pinelli & Aicardi consuetudine sibi
comparavit. Fastidiebat Aicardus immanem
piam librorum, quos Joh. Vincentius coegerat,
tabatque nolle sibi tot libros, & alia ejus ge
donari, quæ possidentis animum raperent in div
quæ profecto vera esse nemo negabit, nisi qui bib
thecam non modo in suum (ut fecit Pinellus)
& in aliorum usum instruxerit. *Qui enim o
tationis gratia librorum strues affectant, næ illi ri
diculi sunt, qui Musarum delicias, supervacane
supellectilem faciunt. Adde congeriem tot a
ctorum sine ullo delectu, quorum plerisque mos e
recentioribus præsertim, aut veterum scrinia co

* Enn. apud Cic. in lib. 6. de Rep. ** Senec. lib.
tranq. c. 9.

llare, aut meras nobis nugas obtrudere, horum qui servos domi habet, quid mirum si minimè sapiat? sane vidit superior ætas in librorum inopia viros magnos, quibus curæ fuit antiquos auctores, probos videlicet atque eruditos, lectitare. Obiit Aicardus anno 1597. IV. ID. Aug. festo martyris Laurentii die, cum octo aut ad summum decem dies æger decubuisset, laborassetque primum lateris doloribus, incidisset deinde in malignam febriculam. Tertio postquam ægrotare cœpit die testamentum condere cœpit, quod est Joh. Vincentii manu scriptum. In ut amicos vivens dilexerat, & munusculis fuerat prosecutus, ita & amoris in eosdem sui moriens ex... optarat illustria monumenta; quicquid enim Patavii habebat inter amicos; quicquid domi, ter affines & fratres partiri constituerat, vir amicorum ad miraculum amans. Testamentum nimirum speculum morum frequenter est, in quo datur inveniri, an testator quos amavit serio amaverit necne? detrahitur ibi persona captantibus, & subdolis amoribus, præteritionis adspergitur labes. Aicardum utinam omnes illi imitarentur, qui amicos justos & legitimos nacti. Quid enim pulchrius, quam grate pieque eos prosequi judicio supremo, quos individuos vitæ comites habuimus? Quid turpius quam eorum memoriam cum vitæ exitu interstinctam velle?

Quibus in testamento legavit quidpiam, & quidem cum honorifica appellatione, fuerunt, Joh. Vincentius primum, cui libros suos fere omnes re-

mortis causa donare IV illa aureorum mil
se ex Pauli morte rediissent, ut haberent,
ditius nuberent.

Post Joh. Vincentium, honorati ab A
ter cæteros Cæsar. Nichesola Patric. &
nensis, Latinè græceque peritus, tabular
rum, numismatum, gemmarum amator
munificentia adhæc, vitæque splendore
plerisque è Dynastarum ordinè apprim
Ptolemæus Olivetus Patric. itidem Ca
Veronensis, quem suavissimi amici, Dom
gio in testamento prosecutus est, nec
Ut enim prætereamus nobilium scien
gnitionem, in quibus mathematicarum
rum peritia excellit, vitæ sanè candor, &
rum integritas, Aicardum adeò raptim
sui pellexerant, ut quod amplius adjicer
beret. Me hic tertium nisi collocem,
recte. Exigit enim id suo prope iure

æ, qvas in agro tum Vicetino, tum Veronensi,& Benacum qvandoqve, cum amicis qvotannis exi-mus. Hinc illa deliberatio, curaturos nos a-ndo, ut pictor qvispiam insignis, nos in tabula micos delinearet, apposito videlicet emblemate ro, indice futuro apud posteros amicitiæ nostræ. vidit mors honestissimæ deliberationi, eripu- nobis potiorem animæ nostræ partem. Su-llectilis domesticiqve instrumenti qvod supererat ardus distrahi jussit, & pecuniam qvæ inde redi-tur, familiaribus, Pinelli arbitratu, distribui pro ute animæ suæ. Fratres, sorores, affines elegan-ima Epistola consolatus est, biduo triduove ante-am moreretur. Me autem ille per amicitiæ jura testatus est, ut adessem sibi, & præstarem, ut sedu-feci, officia suprema. Nec vero qvidqvam eo-m omissum qvæ Christianum hominem decent, igrantem è vita hac ad meliorem & beatiorem. ille obiit intempestive qvidem, si annos qvos vixit ectemus, & commoda nostra; at tempestivè satis, uberes sapientiæ proventus, & innocentis vitæ ra-nes dispiciamus. Qværis (inqvit aureus Philoso-us *) qvod sit amplissimum vitæ spatium? Usqve sapientiam vivere. Qvæ sane cogitatio, illustri-s ingeniis ad sapientiam conseqvendam acre inci-nentum sit necesse est. In hos enim bacchatur ors, qvæ præclara qvotidie ingenia suffuratur, ut nuat nimirum vitreas esse laudes nostras, tunc de-um cum splendeant frangi solere. Aicardi obi-

* Sen. epist. 93.

tum nemo amicorum non deflevit, inter qvos fuit Laurentius Pignorius, qvi dolorem suum, & Pau in se merita, ut ut poterat contestaturus, in viri opti mi memoriam, qvi sibi bonarum literarum semitas digito velut ostenderat, hæc apposite cecinit.

Qvalis honos pelagi vitreis emergit ab undis
Gemma nitens, qva matris amor, qva gloria cha,
Tale decus tulerant te orbi fata improba nuper
Aicarde: ah properè heu nimium decus addita cœlo.

Hanc jacturam Pinellus ægerrimè tulit, diuqve nulla luctus levamenta admisit, cum illum sibi ipse vide ret ereptum, qvem (ut ille semper præ se tulit) hab erat in omni vita fratrem verius qvam familiarem. me aliqvando conantem lenire desiderium qvod sui reliqverat Aicardus, ita est allocutus: Nunc demum Pauli morte sentiò qvam nullus prope sim. Ille mi hi studebat, mihi laborat: ego nihil (neqve poeni tebat sane) inconsulto ipso audebam, amicos ille mi hi parabat, paratos retinebat, consilio si qvid impedi mentum aderat expediebat. Annon hæc mihi, ore te, deflenda, ægrotanti præsertim, seni, peregrino, & qvod caput est, mercenariorum familiarium injuriis exposito? Hæc ille, vera sane, & citra ullam assenta tionem. Postremis enim iis annis, qvos æger Pi nellus exegit, ætate præsertim ingravescente si qva inciderat literaria qvæstio, si qvis recens prodierat

liber,

ier, in Aicardi præclara diligentia totus conqviesce-
t. Abstinuit ille per aliqvot dies ab ædium parte
feriore, ne conclavia videret, in qvibus Aicardus
em obierat, in qvæ & jam non nisi post annos ali-
vot ingressus est, ne recrudesceret vulnus, qvod ex
mici jactura ad intimas usqve animæ partes ada-
tum senserat. Abjecerat utiqve omnem spem in
osterum aliqvem Aicardo parem reperiendi, ne-
ktione sua frustratus est; doctrina enim & pr
us indicaturæ, raro admodum inter se convenient
ro præsertim nostro, qvo rerum nomina speciosa
ibus ipsis ablegatis, in pretio sunt. At non fecit
icardi mors, ut ille deliciarum suarum oblivisceret-
ur, literarum inqvam, & hominum qvi illas ama-
ent. Decreverat enim domi habere Laurentium Pi-
norium, probe cognitum sibi ex Aicardi familiari-
ate, cujus ingenium ille prædicare solitus, bonarum
rtium cupidum supra conditionem, cujusqve lucu-
rationibus ipse Pinellus multum tribuere visus. Hu-
is non irritum conatum in exponenda vetustissima
ibula ærea, qvæ fuit Petri olim Bembi Card. sum-
iopere eruditi laudant. Intactum sane aliis opus,
: qvod non modo ævi nostri hominum, sed & po-
erorum plausum mereatur. Dabitis alia prope-
iem, antiqvitati, cujus ille supra modum studiosus
t, non obscuram facem prælatura: ab illo ego non
iinimum adjutus in his consarcinandis, ut qvi Pi-
ellum observare, & convenire terqve qvaterqve
votidie solitum cum fructu, ut Pinelli in re literaria
iras accerrimas nemo illo hodie melius norit. Do-

mo raro egrediebatur poſtqvam Aica... du vita
ctus eſt. Feſtis tantum modo diebus ... d temp
vorum Antonii, Juſtinive, ut ſacris ma... utin
eſſet, ceteroqvi intra domeſticas ſe pari... tes con
re ſolitus. Extra urbem nemini viſus ... niſi
proceſſit (ut diximus) ad peſtilentia... n dec
dum, & cum Neapolim ad inviſendos a... fines. A
micis vero ut ſecederet inſtantibus, eqvu... m
bat, rhedam, lecticam, ipſam adeo cymb... m
modam ſibi. Frater ipſe, qvem non pe...
amabat, nunqvam ab eo impetrare potuit, ut
Neapolim proficiſceretur, incaſſum prec... atus,
caſſum obteſtatus. Julius frater. Coſmus & C...
Fratrum filii, non ſemel Patavium profecti, ut
abducerent, irritis conatibus receſſere. Hic ...
jam diu ſibi & Muſis vivere decreverat, ubi litera...
bonarum amorem hauſerat, ubi doctrinarum ſua...
ſimos fructus deguſtarat. Nihil ſibi poſt hac ne-
gotii cum patriæ ab hoc otio avocamentis fore ...
aperte denunciarat, cum tot Neapoli turbarum pe...
tæſus, ſæpe ſæpius inclamaret, ô Patavium, ô Pata-
vium, qvamdiu abero abs te? At qvæ cauſæ cur u-
nam urbem omni orbi terrarum prætulerit? Patavi-
um (ut nobiliſſimæ urbi qvod bene de nobis merita
eſt, rependamus) literarum cupientes præ cæteris o-
mnibus, amœnitatis & otii philtro allicit mirum in-
modum. Inſigniores duas, mea qvidem ſententia,
in terram Italiam colonias Trojani deduxerunt, Ro-
mam, & Patavium, advenarum ambas freqventia ce-
lebres, diſſimili tamen & prope diverſa ratione.
Illa

Illa enim laboriosis hominibus, honorum divitiarumqve cupidis, hæc otiosis doctrinarum amatoribus patet, qvos

Pax secura juvat, fælicis & otia vitæ,
Et nunqvam turbata qvies, somniqve peracti. *

Nullibi enim (Europam ut libet pervagare) Academiam reperias, in qva Musarum altrix qvies literatos æqve ad se invitet. Hic nemo est, qvi advenarum vitam curiosius exploret, hic seu genio indulgere qvis velit, seu ipsum defraudare, nemo erit qvi impense curet. Animadverterat hæc Pinellus, narrabatqvePatavii omnes, peregrinos qvantumvis, perinde vivere ac si in patria essent; Germanos enim, Gallos, Polonos, eandem vitæ victusqve rationem asservare, cui domi assveverant, qvod nullibi videas. Advenis enim alibi usitatum transire in mores incolarum, & patrios aversari. Bononiæ namqve, ne longe abeamus, Germani, Galli, Hispani, Italicissant omnino, conformantqve sese ad civium consvetudinem; at Patavii nihil tale. Cujus eæ possunt esse rationes: vel qvod Venetorum moribus, honestæ huic ad placitum vivendi licentiæ Patavini assveverint, ideoqve nihil ad se pertinere putent, qvo qvis corporis cultu utatur, qvid agat, qvid meditetur; vel qvod hic advenarum freqventia non nisi æqvis conditionibus se in civitatem, ut ita dicam, recipi passa sit. Huc ergo peregrini se lubentes tanqvam in-

por-

* Statius. lib. 3. Sylv. ad Claudiam uxorem.

portum recipiunt, qvotqvot literarium otium a-
mant, qva sibi lucubrationibus, qva aliis publice in-
terpretandi munere consulturi. Clementia præter-
hæc aeris advenis omnibus, sub alio qvantumlibet
cœlo natis, domestica & familiaris, non minima in
causa est, cur qvi hic aliqvandiu vixerint, honoribus
qvamvis & dignitatibus in patria & alibi aucti, ad
Patavinam tamen libertatem qvoties meminerint, [illegible]
spirent. Neqve hæc non usus Pinellus, in cujus vi-
ctu & vestitu elegantiam qvidem & splendorem,
non ultra privatum modum notasses. Vestibus
sericis in perpetuum abstinuit, laneis usus, sed opti-
mis & præstantissimis, luxum & fastum qvacunqve
ratione declinans: * Socratis imitator, cui Sicyonii
calces habiles qvidem aptiqve ad pedes visi, at sibi
non convenientes omnino. Domum qva parte se
in conspectum interiorem dabat, instruxerat orna-
ratqve Geographicis grandioribus tabulis, iconi-
busqve illustrium virorum. Anno enim M. D.
LXXXII. cum Nicolaus Primus Patricius Epidaurius
Patavii diem obiisset, Pinello amicorum principi tum
legavit non paucas clarorum imagines, qvas domi
habebat. Arripuit studium hic noster, grandiqve
accessione bibliothecam, conclavia, atrium, ejusmo-
di ornatu honestavit. Ut enim plerisqve moris fuit
l[illegible]ilii suos inscribere, aliisve inscriptos elargiri,
ita [illegible] defuerunt, qvi imaginem suam bibliothecæ
ej[illegible]m vellent. Carolus Clusius hæc ad i-
psum [illegible] literis significabam, me Francisco Ra-
phe-

* C[illegible] 1. de orat.

phelengio meæ plantarum historiæ exemplar majore & nitidiore charta expressum tradidisse Francofurtum, ut inde ad illustrem vestram Dominationem ablegaretur. Et Matthiæ Lobellii effigiem mittere etiam volui, qvam existimo Ill. V.D. non fore ingratam. Multi autem, qvi imaginem suam haud passi evulgari, Pinelli studio perspecto, à proposito facilè declinarunt; inter hos Josephus Scaliger, qvi effigiem patris & suam his verbis comitatus; Effigiem meam tibi mitto, nobilissime Pinelle, magis qvia ita visum est, cui nihil negare debeo, qvam qvod libenter id faciam, paucis enim id concessi, &, si qvi impetrarunt, ab invito expresserunt. Qvandoqvidem igitur nefas mihi denegare, qvod tuo jure à me exigere potes, age fiat, & habeat illa locum in angulo qvodam, ubi non obruatur splendore illarum Heroicarum imaginum, qvibus totum Musæum tuum ut audio collucet. Ad partis imaginem hæc; addidissem illi comitem imaginem, patris, si nactus essem qvi cera bene fingere posset qvalem protomen habeo, os senis elegantissimi referentem. Si erit copia ejusmodi artificis dabo operam ut habere possis. Qvæ fere omnia etiam Gallicè scripsit ille ad N. Episcopum Valentinum nobilem Gallum, qvi Pinello amicissimus, qvibus referendis supersedemus, ταυτελογίαν vitaturi.

Hasce imagines elegantissimis carminibus exornavit Hieronymus Alexander junior, qvi domesticum & familiare ornamentum Hieronymum Card. illum magnum, ab ineunte usqve adolescentia æmu-

mu-

mulatus, Musarumqve delicias Amalthæos, avun-los suos, doctos viros, & in his Pinellum cum Pa-studiorum causa degeret, officiosissime coluit.

Qvæ præclara tuos ornant simulacra penates,
Heroum Pinelle decus, virtutis alumne?
Qvam mire pascunt animos, ac lumina fallunt,
Dum tacitis spirant verbosa silentia labris,
Immotosqve oculis volvunt radiantibus orbes!
Magnanimi hic Reges, auro gemmisqve coruscam
Ostentant frontem, qvam majestate verendam
Mirantur, pictaqve omnes sub imagine honorant.
Illic sangvinei visuntur fulmina belli
Heroes, qvos nunc etiam spirare furorem,
Et rigidum vultu jures accendere Martem,
Parte alia Tyrio decorat fucata veneno
Purpura longævos pulchro velamine patres.
Qveis pia relligio mundi commisit habenas,
Candidaqve in nitido se carbasus implicat ostro:
Nec minus in tantos rara ad spectacula formæ
Alliciunt matronæ oculos, radiisque micantes
Haud vanas picti flammas jaculantur amoris.
Vos qvoqve, qvos vigili studio, multoqve labore,
Mercurius Pallasqve suas duxere per artes,
Conspicuis tabulis spatiosa hæc atria servant:
Vivida pallenti fulget sapientia vultu,
Hi mentes animosqve trahunt, oculosqve morantur.
Sed velut ætherei qvi gemmea gaudet Olympi

Mœnia

...scrutari, & divum percurrere sedes,
...Hyperborei miratur plaustra Boota.
...que Hyadas, claramque Lycaonis ursam,
...m, & sera qui noctis nuncius, idem
...urorum rutilanti provocat ore,
...e per tacitum labentia sydera mundum.
...n ille magis, quam solis suscipit ignes,
...cis fontem dicit, rerumque parentem.
...iis quicunque animata coloribus ora
... aulam aspiciunt, in te unum lumina figunt,
...dmirantur solum, te cernere gaudent,
...entes oculosque queunt saturare tuendo,
...deum Pinelle genus: tu maximus ille es
...o, qui reliquos claris virtutibus anteis,
...are quem Divum pavit Tritonia virgo,
...estesque dedit depromere pectore sensus,
...olem veluti toto splendescere mundo.

...bitu corporis Joh. Vincentius gracili fuit, statura ...ndiori, colore candido, valetudine non nimis fir... Coquinæ cupedias jamdiu aspernatus: mundi...rum tamen, optimorumque eduliorum appetens, ... ejusque diluti ita parcus, ut toto anno Patavini ...ii quadrantem circiter absumeret. Aqua ute...ur hausta è Medoaco flumine, quam uti Romæ fit ... Tiberina, fictilibus vasis asservabat percolandam, ...nec limus subsideret. Vino capiebatur albo ma...r quam rubro, leni, non tamen dulci, generoso, au...rove, pellucens cupiebat, ex uvis lectis in solo ...ico, & optimæ notæ: circa panem & cæterum vi-

ctum eadem diligentia fuit, quam explicare pulchrum profecto esset, utileque iis qui valetudine imbecilla ad studia doctrinarum minus valentes accedunt. Hæc mihi proba nota, qui permultos annos Vicetiæ in patria moratus, Pinello vina, obsoniorumque præstantissimorum apparatum quotannis curabam. Nec difficile sanè, cum ubertas agri nostratis non Italis modo, sed & exteris probè cognita sit. Oculorum illi acies obtusior fuit; tum quia dextrum oculum tormentario pulvere perlusum cum fratre puer offenderat, tum quia ex visus imbecillitate frequentes floccos sibi ante oculos concursare conquerebatur. Qua de causa cubicula viridibus aulæis exornabat, prasinisque adhibitis è vitro orbiculis reficiebat visum. Hepate ad hæc utebatur iniquè calido, unde illi facies plerumque rubicunda. At quo minus corporis oculis valebat, eo magis animo viguit, in opera præsertim amicis præstanda, quos opibus & consilio supra eorum votum enixe juvabat; * G. Druso nobili illi J. C. persimilis, qui cœcus optime videntibus dux in consulendo adhibebatur.

A Pinello ego non pauca didici, quorum selectiora quædam supprimere, & aliis invidere turpis animi sit. Quamvis plane videam, ejus generis plurima & superius relata, & inferius esse referenda. Monebat ille cum obstinatis & refractariis hominibus ea ratione agendum, ut sinamus illos errare quandoque, mitius acturos in posterum, neque fu-

omni-

* Cicer. Tuscul. quæst. lib. 5.

iino sententiæ consisuros. Monitum com-
bat auctoritate Nicolai de Ponte, quem nostra
dicem Reip. Venetæ tanto oneri parem vidit.
in nescio qua legatione collegam haberet in-
iam par esset ferventioris, dictitabat, per-
us eum impingere, ut & nostro consilio uti
aliquando. Quod sane & de* Q. Fab. Max.
nus, qui Magistrum equitum Minutium hu-
odi nactus, elati animi, & plurimum sibi confi-
em, eodem consilio habuit in posterum mori-
um, & obsequentem. Narrabat Pinellus, se ex
ato Jannoctio, viro magni suo ævo in Italia no-
is, didicisse, decedendum de via declinandum-
e tantisper, cum equos aliasve è genere bestiarum
æ pauperiem facere possint, cicures quantum li-
t, obvias habemus; hæc enim cautione toto vix
ino mille passus confici, propulsarique ingentia
ricula, quæ tum demum cum nobis acciderint,
agno velimus redempta. Belluas ille ut cavere-
us monebat, quibus addimus nos efferos homi-
es immanesque à quorum consuetudine eo magis
obis impendet periculum, quo minus hominum
unera quæ sunt, modestiam, æquitatem, morum
ilitatem amant. Admonere præterea consue-
erat eos qui ad longum iter se accingerent, ut ne
ies certos ad præscriptum itineris destinarent, neve
ecuniam parcè conficerent; accidere enim nobis
epentina pleraque, & inopinata, quæ domi initas ra-
iones non impediant modo, sed & plane evertant.

* In. lib. 22.

Prudentiam non versutiam magni faciebat; ingenui animi ratus ea dicere quæ sentias non plane in morem elabi passim, dataque opera ita loqui, ut sententia contra naturæ institutum, sermone tegatur magis quam aperiatur. Candidas enim (ut in proverbio est) & apertas esse Musarum januas, neque homines quidem appellandos eos, qui uno eodemque fundunt ore calidum & frigidum. Eleganter sane * L. Annæus Seneca pronunciavit: certè vivendum est, tanquam in conspectu vivamus, sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit, & potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum; nihil Deo clusum est. Interest animis nostris, & cogitationibus nostris intervenit. Namque qui bonum virum profiteatur, cordis sensa, cum opus sit in propatulo habere, tanquam si is, qui cum loquitur, cogitationes intima oculorum acie introspiceret, meminisseque ejusmodi ** dicti, neminem posse personam fictam diu ferre, ficta in naturam suam cito recidere. Cognatum vafriciei mendacium vix dici potest quantum odisset. Servilis ingenii, parum certe liberaliis esse dictitabat mentiri subinde, & veritatem pulcherrimam virginem, cujus nitor & forma respuant omnem cultum, fuco & lenociniis mendaciorum interpolare. Vidi ego non semel, dimissos ab eo parum honesta missione familiares, quod hujus vitii labeculis adspersos agnovisset. Ab illis ipse non alia de causa (si quando quidpiam inter-

ter-

* Sec. Ep. 83. ** Idem cap. 1. de element.

gasset) exigebat ingenuam responsionem, est ..., ablegatis omnino verbis quibus se opinari ...rentur. Hujusmodi homines affirmabat, ... asseverare aliquid religio sit, non nomine ...rum, sed Stolidorum appellandos, ut qui vix ... compotes sui, diffidere sibi plerumque & ... concuti soleant terriculamentis, quibus ...ntis statu, si quem habent, dejecti, in opinio... salo perpetuo æstu jactantur. Non nimis ... illis erat, quorum sumptus censum supera... optimæ sententiæ memor, stultum esse id se... quod assequi non possis. Privatos ideo homines, ...ultarum sane opum, ægre ferebat in conqui... veteribus nummis, gemmis, tabulis, signis pa...onia prodigere: studium hoc beatis tantum & ... affluentibus convenire, apud quos multa ejus ...ris reperias, quæ singula tenuioris fortunæ ho...tum multas congeries obruere specie & pretio ...sint. Quod ad tabulas attinet, his consulebat pinacothecas supra vires instruerent, ut exem...ri quopiam contenti essent, quod Bonaroti, Ra...elis Urbinatis, Titianive protypon bona fide re...ret. Præstare enim veteres illos pictores recen...ribus, quos graphices non ita studiosos, vivido...n colorum lenocinio vulgi plausus captare sto...chabatur. In familiaribus amicorum collo...tis sermonis varietatem amabat, docendi percu...lus & dicendi; ut enim agros multiplici conse...tus semine, ita ingenia, quæ * Clemens Alexandri-

* In Pædag. lib. cap. X.

nus agros animatos appellat, non iisdem semper meditationibus excolenda. Sermones veterum auctorum dictis, plerumque Græcorum, distinguebat, condiebatque nonnunquam dicteriis jocisve, quos vel vetustas, vel illustrium virorum recens auctoritas commendaret. Horum omnium copiosam adeo supellectilem sibi comparaverat, ut nemo unquam ab ejus congressu discesserit nisi doctior. Ipse vicissim colloquentes in omnem partem versans, erueret quod si hactenus minimè cognitum in promptuarium seponeret. Qua ratione aliquem nullius pretii hominem cum vellet designare, dicebat ab ejus colloquio divertisse se inanem semper & vacuum. Si quid novi Patavii accidisset, rei seriem amabat ab omnibus quotquot eum invisebant, cognoscere, quasi tum primum inaudissent. Afficiebatur enim varietate illa narrationis, quam ipse callidus verborum æstimator, in sermonis auctore cui amoris odiive causæ adessent, deprehendebat. Neque hoc sine fructu, eruebat namque latitantem sæpenumero veritatem, eventusque causas acu (ut in proverbio est) solerti ratiocinatione tangebat. Eodem consilio rumorum, si qui percrebuissent, auctores investigare consveverat, quod hac ratione disquirere se posse confideret, verine an falsi quidpiam continerent. A levibus enim hominibus vix alios quam inanes sermones prodire. Cujusmodi nescio quem narrabat Romæ olim tabellarii adventum, veluti magnum quidpiam, in aurem insusurrasse Gabrieli Silvago Patric. Genuensi contubernali

lim suo, leporum ac facetiarum, perinde ac bona-
n literarum studioso. Ridebat suavissimè si
ndo in aliquos Regum molestos amatores inci-
at, quos neque officii, neque spei beneficiorum
acceptorum ratio, sed inconsultus quidam ge-
s permoverat; Horum è re dicebat fore, si aulas
rum quibus insaniebant inviserent, multa ibi con-
cturos, quæ amorem abigant, odia provocent
n pauca. Illorum nonnullos eburneis aureisque
ulacris persimiles, externa illa Imperii, felicitatis-
e specie, latere intus non ut in illis asseres, cla-
, araneorum telas, sed animi vitia plerumque vix
i ferenda. Horum consuetudine si quis utatur,
imadversurum brevi, quam perniciosa sit; ignis
m in morem illuminare quæ remota sunt, quæ ad-
ota comburere. Et hæc præcepta Pinellus, ita
imo infixerat, ut quamvis domi quotidie audiret
gnorum regum acta, non ideo tamen visus fue-
unquam gratiæ odiive causa incessere quem-
m, aut de æquitatis semita declinare. Quod illi
universa vita apprime placuit, ut se amicis omni-
s præstaret eundem semper; ἀδιαφορίαν fre-
enter & cum primis commendans, & neutram
partem moveri. Joh. Vincentii sapientiam una
rtè quando alia non suppeterent, constantiæ laus
mmendaret, ut qui in proposito susceptoque con-
io permanserit semper; Patavii ille habitare con-
tuit, huic deliberationi incassum admotæ preces
inium, & amicorum. Domum conducit, utitur
per triginta & amplius annos, migraturus nun-

quam, si per dominum licuisset, familiari-
dam ad triginta annos, quidam ad extrem-
spiritum eodem domino usi; Vivendi
rationem, quam sibi ab ineunte adolescentia
pserat, remisit nunquam. Quæ faciunt ut
hoc præcipuum Stoicæ sectæ paucis compl-
lustraturum quæ diximus cum magna Pine-
Constans hoc ille vitæ institutum ὁμολογί-
bat, quam Cicero convenientiam appellat;
nientem nimirum per virtutem consentie-
vitam, cujus origo à divinarum humana-
rerum scientia sit. Hoc fundamento niti-
sapientis felicitas, cum sapientia nihil aliud
definiente, ** qvam semper idem velle & id-
le, à qvibus rectum abesse nullo modo poss-
enim potest cuiqvam semper idem placere,
ctum, (liceat mihi interserere orationi meæ
orationis alienæ) si vis eadem semper velle,
portet velis. Qva ratione impulsus nescio
jebat sapientem κατ' ἀνάλογον σύμφωνον
cte sanè. Nisi enim sapienti, sua non plac-
mnis stultitia laborat fastidio sui. Nec aliund-
à constantia compositus ille perpetuo, mitisq-
entis animus, qvem à vulgi turbis secretum,
& mansuræ semper opes beant. Ex qvib-
magno negocio eliciamus nos, non ipsi sapie-
esse eum qvi vitam ad certam constantiæ nor-
dirigere velit, neqve se de hoc statu mentis di-
patiatur. Animum enim insipientis qvot

* Jo. Lips. Manuduct. Lib. II. Dissertatio XV.

ctiones agitent, nemo non videt. Huic nihil certi, nihil explorati; vivere in diem, in qvovis vitiorum æstu abripi assveto. Hæc qvi in Pinello non laudat, ne ille aut invidum se, aut tenebrionem profiteatur necesse est. Expressit enim hic noster nostro ævo, T. Pomponium Atticum, * nobilem eqvitem Romanum, cujus ea præcipuè laus literarum monumentis commendata, qvod in summa Principum virorum gratia, summa etiam moderatione usus sit, qvodqve pari fastigio steterit in utraqve fortuna. In constanti hoc vitæ instituto nihil in moribus non aptum aut inter se conveniens observasses. Modestiam enim, ut in Boteri carminibus habetur, jam tum à puero Joh. Vincentius sibi desponderat, cujus in hac nostra narratione non obscura freqventer indicia prodierint, nolui tamen indictam præterire; ut detur nimirum intelligi, qvam prudenti pocillatore usus, labra admoverit calici voluptatis. Nemo in ipso unqvam inconsultam famæ sitim deprehendit; adeo parcus patriæ, gentis, affinium laudator fuit. Actiones suas, aut elevare, aut obtegere silentio; dicta etiam si qvando præclara, ut non semel excidissent, adscribere aliis solitus. Qva ratione ambitionem, trægædorum Erynnim procul à moribus suis amandarat, cum assurgeret, caput aperiret, decederet de via, non religiosis modo viris qvot qvot obvios habebat, sed & his qvi perfuncti ullis honoribus, Patriciis Venetis, Gymnasii interpretibus, aliisqve non paucis, qvorum plerisqve nobilitate, o-

 pibus

* Corn. Nep. in *vita Pompon.* Attici.

pibus, doctrina maximè præſtabat. Cum plures illum obſoleta noſtris penè moribus Illuſtriſſimi appellatione, multis tamen illi capitibus convenienti, compellarent, abſtinuit tamen pertinaciſſimè ab ea, & ne poſt hac ita vocaretur, ab amicis deprecatus eſt: corripuit etiam repreſſitqve amicis verbis eos, qvi ipſum honoris gratia Excellentem, ſeu Excellentiſſimum nominarent eo prætextu, qvod hæc non ſibi, ſed magnis in re literaria viris deberentur, vixqve poſſent ad ſe traduci, qvi adoleſcens relatus in album ſcholaſticorum, vitæ inſtitutum, cui ſemel aſſvevit, deſeruit nunqvam. At deſpectui haberi ſe, redigive in ordinem, non ferebat; uti & injurios in familiares ſuos, qvorum æſtimationem perinde tutabatur ac ſuam. Appellari ſe in aliqva ſcriptione minus honorificè qvam decebat, enixe prohibuit. Exemplo ſit Philippus Plegafecta civis meus, nobilis ille polytropia & vario rerum uſu, qvi non ita pridem in patria obiit. Hic in commentario de Seſtertiis, qvem Romæ ediderat, Pinellum noſtræ ætatis ſummum Criticum appellavit, ea mente, ut penes coryphæum animorum (eo enim loco Joh. Vincentium habuit) rei literariæ arbitrium eſſe pronunciaret. At non huic ita viſum, cum induci nomen ſuum, vel in aliud commutari epitheton illud poſtularit. Ægerrimè tulit habitam mentionem ſuam à nullius pretii ſcriptoribus, obſoleſieri hac ratione arbitratus nomen ſuum; cujus cura magno cuiqve præcipua. At vero non ita penitus hominem exuerat, ut à laud

viris amicisqve profectas laudes aspernaretur; qvæ si veræ sunt (referebat Picus) nos ipsos nobis, si falsæ illorum nobis amorem voluntatemqve commendant. Ut Romam non migraret, ostendimus jam qvibus artibus fratrum cognatorumqve petitiones eluserit: cui tamen proposito, præclaro licet minimeqve populari, non defuturos obtrectatores compertum habeo; amasse illum, videlicet otiosam & desidem vitam, qvam cum laboriosa illa commutatam noluisse, qvod ad eximios honores patere sibi viam utiqve desperasset. At valeant hi cum somniis suis, desinantqve tum demum virtuti maledicere, cum legerint, qvo ego mox retulero, non sine admiratione. Ad Clementem VIII. Pont. Max. recens declaratum, cum Dominicus Pinellus Card. venisset gratulandi causa, qvæsivit ille de Joh. Vincentio, num valeret, atqve ubinam moraretur: cumqve Cardinalis Patavii degere etiamnum respondisset; hortatus illum est Pontifex, ut suo ipsi nomine salutem diceret, Romamqve invitaret, ejus sibi adventum jucundum omnino futurum. Noverat illi Patavii Clemens, ut diximus. & viri moribus doctrinaqve valde permotus, apud se jam ante constituerat Romam illum Patavio advocare, in urbis & Pontificatus sui ornamentum. Cardinalis cum Joh. Vincentio nulla interposita mora accuratè egit, ut Clementis desiderio satisfactum vellet, patereturqve se in lucem & conspectum hominum ab otio literario, cui pridem assveverat, cum nominis gloria & gentilium commodo avocari: non defuturos in

urbe

urbe viros ejusdem ordinis, qvibus eadem ſtudia cordi ſint, apud qvos eſſe, qvorum congreſſibus frui poſſet. Hæc & alia, qvæ Cardinalis ad hominem excitandum ſtudioſè collegerat, Joh. Vincentium minimè exoraverunt, ut Patavium desereret. Qvinimo ad Cardinalem reſcripſit Epiſtolam modeſtiæ plenam, in qva enixe petebat, ut ageret ſuis verbis optimo Pontifici gratias ingentes: non licere ſibi ætate confecto, imbecillæ adhæc valetudinis, morem gerere Sanctitati ſuæ; tanti beneficii ſe imparem eſſe: gratias qvas referre non poſſit pro dignitate, animo habere, curaturumqve ne unqvam è memoria dilaberentur. Involvit ſilentio hæc omnia eo ſtudio Pinellus, ut etiam fratri, ad qvem ſingulis hebdomadibus literas dabat, cælata eſſe voluerit; eſſetqve voti compos effectus, niſi frater de tota re factus fuiſſet à Cardinali certior, ut mihi ipſe Neapoli aliqvando confeſſus eſt, cum haud modo remiſſi adeo animi moderationem, qva admiraretur, qva commendaret. Capuæ Archiepiſcopatum (ut audio) eodem ardore qvo non pauci appeterent, rejecit; neqve ſe nobiliſſimæ urbis præſtantia, ampliſſimi Sacerdotii proventibus, affinium precibus, de propoſito dimoveri paſſus eſt; ut qvi optime noſſet, in qvas ærumnas incidant ii qvi ſe muneribus Eccleſiaſticis incogitantes urgeri ſinunt: obeundas ipſis moleſtias complures, niſi officii ſui eſſe deſertores turpiter malint. Qvæ ſanè Gaſparem Contarenum nobiliſſ. Cardin. impulerunt ut diceret, ampliſſima Sacerdotia plus in ſe oneris qvam ſplendoris habere,

qvo-

qvoqve majora illa forent, eo moleſtiæ plus ſolicitudinisqve continere. Pinello ſane in patria & alibi, ſatis ampla patuiſſet qvorumvis honorum via, modo ipſe non noluiſſet; at maluit ille, ut prædicaverat de adoleſcente * Paulus Manutius, ab omni honorum cupiditate, ſola virtute contentus, longiſſimè [illegible]te. Recepiſſent eum Patavini lubentes in civitatem, magno ſplendori publicæ illorum rei futurum. At is Scholaſtici nomen ne dimitteret, qvod [illegible]ipuerat ſemel, conſtantiſſime recuſavit. Ortus Neapoli & educatus, Neapolitanum dici ſe non ferebat; non qvod affines, qvos Neapoli ſplendore opibusqve præſtantes habebat, non amaret; ſed qvod Genuam patriam agnoſceret, in qva à ſexcentis jam annis gentilitii decoris primordia, & libertatem in ſeculis ferret: pulchrum ratus ejus civitatis primarium eſſe civem, qvæ propriis conſiliis, non alienis nutibus, avitum imperium tutaretur: hanc patriam vocabat, hujus ſe deſiderio teneri aſſerebat, dolebatqve qvod eo nunqvam acceſſiſſet, ubi omnibus [illegible]aris, amicorum & affinium copias recenſeret. Oſtentationem qvæ ſaperent repudiavit ſemper; ideoqve neqve ſe unqvam ad faſtigium ſtudiorum, qvod vocant Doctoratum, emeritum licet, promoveri paſſus eſt; qvam deliberationem egregie tutatus eſt in omni vita. Et cum Patavii complures clarorum virorum cœtus cogerentur, qvos Academias appellamus, Elevatorum, Occultorum, Æthereorum &

allo-

* Epiſt. 16. lib. 7.

aliorum, nulli nunqvam nomen dedit; amplissimis viris Basilio, Gregorioqve Nazianzeno in hoc non impar; qvi ab ambitione & theatrali qvadam ostentatione procul abhorruerunt. * Morum integritatem adeo adamavit, ut cum adolescens Patavii domum conduxisset è regione ædium clarissimæ tunc temporis fœminæ; Constantiæ Fulgosiæ, ad qvas animi causa horis subsecivis ventitabant, qvotqvot Patavii tunc ingenii laude florebant, nunqvam tamen eo diverterit Pinellus, pudori suo labeculam qvampiam adspergi posse ratus, si de instituto genere vitæ aliqvantulum remisisset. Qvod sibi propositum ne excideret unqvam, vitreas fenestras, per qvas in lectissimæ matronæ, ejusqve pulcherrimarum comitum cubicula introspectaret, pessulo obfirmatas perpetuo voluit, qvod (ut ajebat) existimaret, nolle illas spectari se, molesteqve laturus, si qvis earum acta parum tempestivè exploraret. Interdixerat sibi conviviorum, & chorearum præsertim, celebritatem, qvod iis mulierum virorumqve parum sanis conventibus avocari se à studiis extimesceret, eorum exempla animo volvens, qvi harum illecebrarum turbine in voluptatum scopulos acti, existimationis naufragium fecerunt. Macte animo, vir clarissime, qvi adolescentibus nostris Canona expressisti, ut ad tui conspectum voluptates blandissimas dominas procul haberent, modo gloriæ culmen attingere aliqvando exoptarent. At qvoniam hunc nostrum sæpe sæpius curiosum appellavimus, non diximus ea mente, ut alienorum exploratorem viti-

orum

* Nazianzeni oratio in laud. Magni Basilii.

rum notaremus, cui fuerit curæ alienum dedecus ob oculos ponere,inqvirenti videlicet in dicta omnium & facta; longe aliis illum moribus imbuerat natura, ne per annos qvidem XX. & amplius scientem qvales in vicinia essent ii inter qvos vix unus domesticus paries interjectus; Ea nobis voce propositum fuit nobilem animi propensionem exprimere, cum ille ad omnes investigandæ veritatis rationes acerrimam conferebat,aliarum omnino rerum,qvarum huc non tenderet cognitio, negligens & incurius. Hinc fiebat ut spectaculorum minime amans esset, irrideretqve eos, qvi pompas, fabulas, saltationes, hastiludia spectatum irent. Cumqve Vicetiæ anno M.D.LXXXV. Academia uti vocant Olympicorum, regio prope apparatu, Sophoclis Oedipum tyrannum, Italicè redditum ab Ursato Justiniano Patric. Veneto, agendum decrevisset, confluerentqve eo turmatim è vicinis urbibus docti passim & indocti, substitit tamen ille domi, precesqve meas & amicorum qvotqvot aderamus aversatus est, sibi suffecturam confessus Aicardi in eo genere diligentiam, qvem nolenti similis, permisit tamen fabulæ nobiscum interesse. Ferrariam itidem cum Pontifex Maximus Clemens VIII. adventaret, ut eam urbem ditioni Ecclesiasticæ suis auspiciis incruento bello restitutam inviseret, nuptiisqve Hispaniarum Reginæ, Flandriæqve Comitum, dictus ibi esset dies, cujus, & Pontificis gratia, Ferrariæ convenirent Italorum procerum flos, Cardinales, Regum Dynastarumqve exterorum legati, & tota pene Italia avulsa

sedi-

ſedibus ſuis, unus Pinellus prætulit nobiliſſimo conventui qvietem Patavinam, & audire maluit qvam inviſere, qvid actitatum eſſet in freqventi illa procerum virorum celebritate. Non illum Pontificis Maximi minimè obſcura erga ſe benevolentia, non purpuratorum patrum amor, qvorum pleroſqve officiis ſibi & ſtudiorum ſimilitudine devinxerat, non affinium charitates, qvorum haud pauci inter Principes viros illius conventus numerabantur, traxerunt ut pedem porta efferret, conjiceretve, ſe in turbas illas, e qvibus nonniſi poſt inſignem bonarum horarum jacturam regredi liceret. Venetias proximo & commodo trajectu, ut appelleret, ſpectatum Regum ſeu Ducum adventum, ſtatumqve ac ſolennem inaugurationis Sereniſſimæ Principis Maurocenæ Grimanæ diem, nunqvam adduci potuit, maluitqve ſolus Patavii eſſe (diſceſſerant enim cives pene omnes) qvam vulgi ſe converſationibus ineptis immiſcere: memor dicti Senecæ; * vitate qvæcunqve vulgo placent. Patavii, ubi degebat, ubi habitabat, ſi qvid incidiſſet ejusmodi ſpectaculorum, qvæ curioſos allicerent, perſtitit ille in propoſito nihilominus, neglexitqve eo adjicere oculos, unde animus doctior redire non poſſet. Qvo in genere eximium illud fuit, qvod narraturi ſumus, documento futurum iis omnibus qvi ſapientiæ laude cenſeri volunt, ne temere credant, meminerintqve eſſe germanas ſorores unoqve partu editas, credulitatem & pœnitentiam. Marcum Brægadenum, Cyprium Chymi-

* Epiſt. 8.

miſtam illum, Patavio Venetias trajicientem, nemo non accurrerat ut de facie noſceret. Nec deerant qui ſe beatos arbitrarentur, quod Pactolum Hermumve aureas volventes undas cernere daretur, atque adeo contrectare: continuit ſe domi ſubridens Pinellus, narravitque mihi, qui eum tunc forte conveneram, chymiſtarum inſigniora quædam tum dicta tum facta, quibus me ſub veſperam usque lubentiſſimum detinuit. Sentiebat nimirum vir magnus cum maximo oratore, quem legerat ita ſcribentem: * Me autem quid pudeat? qui tot annos ita vivo, ut a ſtudiis nullo me unquam tempore aut commodum, aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit. Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure ſuccenſeat, ſi, quantum ceteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad voluptates, & ad ipſam requiem animi & corporis conceditur temporis, quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantum denique aleæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero? Liberalitas etiam, quæ magna in viro nobili laus, in Pinello non minimum enituit, cum vel beneficia minima rependeret maximis, vel dignos conquireret ſtudioſe, in quos aliquid conferret. Modum tamen rationemque ad amuſſim adhibuit, ut ne videretur agere præpoſterum quidpiam. Cavit enim ſane quam accurate, ut bonos tantum ſibi obſtrin-

* Cicero in orat. pro Archia.

geret, ut beneficia tempeſtive collocaret in eos qui officium agnoſcerent, quosque res muneri data oblectaret: patebit hoc ex iis quæ hic exſcribemus, in quibus animadvertemus profecto, ſi non immanes perfuſiones, at convenientiam ſaltem, qua munera non vileſcerent. In me ille olim audiverat ab Epiſcopo Vicetino collatum honorem Canonicatus, cum munere adjuncto Theologicæ ſcholæ; diſquiſivit ſtatim, quid ejus mihi tractationis præceptum eſſet, cumque Geneſiam comperiſſet ſacrorum voluminum caput, de induſtria ſelectum, ea ratione, quod mihi primum in Eccleſia Vicetina, & in patria id muneris demandatum eſſet, inſtruxit is me, nihil tale cogitantem, elegantiſſimo librorum commentariorumque apparatu, quo deſumerem quæ liberet ad ornatum interpretationis meæ, quibus adjunxit aureorum monitorum centuriam, quibus quatenus progrediendum, ubi ſiſtendum, deliberandumque cum laude in ſuſcepta interpretandi ratione, quæ mihi inſiſtenda veſtigia, qua methodo utendum, peramanter docteque præſcripſerat. Cæſarem Nicheſolam quod inaudiſſet politicæ rei ſtudioſum, lucultentarum de ea re conſcriptionum faſce ideo voluit locupletatum, quod ſibi, præclari ſane opus artificis horologium, minutum tamen, dono dediſſet. Ab Archiepiſcopo Barienſi ſalgama quædam cum accepiſſet, renunciaſſetque illi Archiepiſcopi familiaris, habere ſe in mandatis à domino ſuo, ut in comparanda librorum aliquot non contemnenda ſerie, Pinelli opera uteretur, prævertit hic noſter, con-

qui-

quisitosque, & redemptos sua pecunia libros, tradidit Archiepiscopi familiari, frustra Joh. Vincentii fidem obtestanti, frustra domini sui mandatum inclamanti. At non Italos modo, sed & transalpinos homines sibi demeruit, si quando opera sua indigere animadverteret. Cum nobili Gallo, cujus nomini parcimus, recte factorum conscientia contenti, amicitiam Patavii contraxerat, colueratque mutuis officiis. Hunc domum redeuntem, & Mediolani politiam curiose, ut advenæ eruditi consueverunt, explorantem, conjecerunt in carcerem Hispani, suspectum duplici nomine, & quod Gallus esset, & quod haberet tunc temporis solertissima natio, cur suspicionibus per finitimorum bella indulgeret. Vix hæc inaudivit Pinellus, cum Mediolanum ad Jacobum Menochium, & ad Jacobum Mainoldum, Senatorii tunc ordinis clarissimos, sibique amicissimos viros, literas dedit enixe rogans, ut dimitteretur vir nobilis, quem male consultus discendi ardor, nihil hostile cogitantem, eò loci provexerat. Mercatoribus etiam mandavit, ut pecunia juvarent, curarentque ne quid illi deesset. At Gallus longioris moræ impatiens, cum dies ejus missionis adventaret, muliebri veste ex arce proripiens sese, primis excubiis deceptis, a secundis in ponte sublicio deprehensus, prodente virum gressu ultra muliebrem modum, in arctiorem custodiam datur, non sine capitis discrimine, quæ tamen omnia bene illi verterunt, cum Joh. Vincentius qua auctoritate, qua testimonio libertatem ipsi amicorum ope impetras-

ſet. Neque non munificus in ſuos fuit, qui in alienos adeo liberalis; Nicollettæ Grillæ Agapiti clariſſimi Trierarchi filiæ, virgini lectiſſimæ quæ fratris filio Coſmo Duci Acheruntino convenerat in manum, nuptiarum cauſa dono dedit uniones duos, in aurium ornamento, precioſæ indicaturæ. At hæc largitas cum illa minime conferenda eſt, in quam Pinellus mire propenſus: cum videlicet egentes, qui non ſua culpa rei familiaris jacturam fecerant, opibus juvamus. His ille, & probis qui- præ ceteris, nunquam defuit. Deo Opt. Max. animo lubenti hanc operam navare ſolitus.

Jaſon Denores Cyprius ante patriam acerbiſſima Turcarum dominatione oppreſſam & afflictam vi- opulentus olim & fortunatus, ac primariæ apud ſuos nobilitatis, quique in Gymnaſio Patavino Philoſophiam de moribus aliquamdiu cum laude et interpretatus, Patavii diem obiit anno 1580. huic viventi ut omnia abunde præſtitit amici officia, ita ejuſdem uxorem & filios, cum ſibi moriturus commendaſſet affectus ſuos, impenſè fovit. Carolum Tectium Mathematicum amicum ſuum vita Patavii functum, pecunia ſua non modo extulit magnifico funere, ſed & ſepulchro, & nobili honeſtavit elogio: haud paſſus perire memoriam ejus quem interioris notæ amicum habuerat, quem ægrum omnibus officiis recreaverat. Imo quod multi laudabunt, imitabunt pauci, affinem ipſius & hæredem inſtitutam, litibus implicitam, cum ſolvendo non eſſet, ſuis opera & ſumptu gratis explicitam voluit.

Hinc

Hinc fiebat ut in probos & literarum amantes, inopes tamen, si quando incidissent, nihil relinqueret intentatum quo eis opitularetur. Hæc demum germana vocanda est liberalitas, cui non majora præmia proposita sunt, sed ingenua virtutis forma, sed candidus bonorum amor. Apage captiosos illos, qui se liberales videri amant, ut paria sibi, atque adeo majora rependantur. Et quia non infrequenter fit ut qui mutuò pecuniam accipit; amicus esse desinat, consueverat hic noster bonæ frugi pauperibus, nummos non quot ipsi mutuos poscerent, sed pauciores elargiri. Inopem enim amicum (sive mutuo des, sive neges) inimicum mox experiare necesse est, negantem aversatus, quod nullum sibi ex ejus opibus paratum subsidium aversatur dantem, quia qua ratione alienum æs dissolvat non videt. Eximium illud, quod ter in anno quaterve, sub insigniores quosdam profestos dies, sibi in vicinia curabat describi quotquot maximo egerent, monasteria item, & inopum per urbem stationes, quibus viritim nummos dividi citra ostentationem imperabat. Pestilentia ut diximus in agro Patavino grassante, haud facile dictu est, quam se munificum pauperibus præbuerit, quibus etiam antidota adversus imminentem morbum largiri consueverat. Hæ nimirum veræ liberalitatis artes sunt, quæ eo magis afficiunt, oculos animumque, quo minus ævo nostro, depravatis videlicet moribus, munificentiam amamus, captare assveti & captari, speque lucri potioris, speciosa virtutum nomina aucupari. Ho-

ſpites quibus domum ſuam patere perpetuo voluit, lautè ſatis habebat, amator in hoc quoque genere, munditiarum. Menſæ apparatum, & obſoniorum ſeriem qui viderunt, ii ſane domini mores unico argumento pervidere ſoliti. In hoſpitum vero gratiam, ſobrius alioqui & abſtinens, remittebat aliquantiſper de propoſita vivendi ratione, amicorum id ratus conſuetudini indulgendum, & genio menſæ communis.

At inhibendus mihi demum progreſſus orationis meæ, impar videlicet magni viri virtutibus aſſequendis, quas noſtratium & exterorum nemo non ſuſpexit, non admiratus eſt. Divertam igitur (invitus licet) ad morbum ejus & mortem, in gratiam eorum qui noſſe velint, quantum in uno homine fecerimus bonarum artium jacturam. Nec ſane indignum quod expendatur, cur Joh. Vincentius adeo infirma valetudine uſus ſit, qui ſobrie admodum vixerit, quia in victus ratione omnia ad normam exegerit, qui demum honeſtarum voluptatum lineas nunquam tranſilierit. Et hæc profecto in eam me ſententiam compellunt, ut arbitrer duabus potiſſimum de cauſis hoc Pinello accidiſſe; aut quod majori animi ſtudio quam valetudo ferret, libros pervolutaret, quorum eſt univerſa trahere ad ſe animi corporisque munera; aut quod nimis familiariter cum medicis verſaretur. Horum ſi quidem nonnullis, familiaritatis vel exiſtimationis ſpecioſa obtentu, eſt in votis, (venia ſit dicto) homines torquere per varia artis experimenta. Quæ ut in medi-

icos, quos sibi Pinellus optimos, optimo eventu, colatæ ut licuit vitæ, delegerat, minime cadunt, ita ne in alteram illam sententiam procliviorem reddunt, per libros illi, ut plerisque aliis, animo valente, corpore imbecillo uti contigisse. Visus ipsi ut iximus hebes, legentem, nec ideo intermittentem orquebat, hepate adhæc utebatur supra modum alido, stomacho autem infirmo, crurum altero minus valuit aliquando stranguria illi familiaris, quæ t tædia diuturni morbi ipsum confecit, atque adeo animavit. Quæ tamen tantum abest; ut ipsius nstantiam convellerent, ut firmaverint potius: spexerimusque nos virum in adversis rebus æquè rtem, ac in secundis temperantem adverteramus. d præscriptos enim sibi in victu & curatione medicorum canones, ita se composuit, ut abstinentia, la ille usus, vix fidem habeat in ægrotante, qui per num cum morbo luctatus est, de quo medici jam im desperassent, qui sibi etiam posset in solatium quid indulgere. Quo factum ut contra sententiam medicorum vitam in annum protraxerit, acpto ferendam dubio procul eximiæ illi, ad quam imum intenderat, medicis obsequendi volunta-

Versatur quippe in hominum ore frequenter, te se habitura omina, si ægrotanti cum medico rito conveniat. Viribus se ut quotidie destitui imadverterat, rationem excogitavit qua falleret e, avocaretque animum a molesta illa cogitatio. Ea fuit, ut crassiores e lecto culcitras amoveri i, reponique leviora stragula curaret, æstivas ad

hæc interulas indueret, quadras etiam, ſcutellas, cyathos, aliaque è miniſterio ad eandem rationem tenuiora ſibi apponi juberet. Neque diſpari ſolertia cum erigere ſe, ut conſueverat, in cubitum minime valeret, adhibuit in eam rem funis vicariam operam, quem de laquearibus ſuſpendi juſſerat, appoſito in imo paxillo, ad quem ſe injectis manibus allevaret. Famulis nunquam paſſus eſt in cubiculo pernoctare, quod diceret iniquum eſſe, ut penderent illi pœnas vigiliarum quæ domino obtigiſſent. At nos qui viribus quotidie minus valere, & ad interitum properare videbamus, in eam curam enixè incubueramus, ut ne inteſtatus diſcederet, nobiliſſimæ bibliothecæ diſtractioni obviam ituri, quam Dux fratris filius animi quodam præſagio, nimium quantum averſabatur. Ille vero ne palam tenderet contra ſtudia noſtra, annuenti ſimilis, rem verbis proferre cœpit, duabus (ut ego quidem ſentio) impulſus rationibus, vel quod corpore æger, animo tamen valeret, confideretque convaliturum ſe, & cauturum, ut dictitabat, ſibi minori negotio rebusque ſuis; vel quod arbitraretur teſtationem ſupremæ voluntatis eos tantum decere, quibus hæredes ad manum non eſſent. Habere ſe domi lectiſſimos affines chariſſimorum fratrum filios, quibus cum deferrent ſanctiſſima ſanguinis jura domeſticas facultates, non paſſurum ſe, ut minus officioſum quam par eſſet, morientem patruum experirentur, qui viventem omni officii genere eſſent proſecuti. Horum alter Coſmus nomine Dux Arche-

run-

runtinus, & magnus regni Neapolitani, ut diximus, Cancellarius, patruo, supra qvam dici possit dilectus est; modestia enim, animi candore, ingenii acumine, discendi studio, patruum adeo referebat, ut ille mihi narraverit aliqvoties perjucunde, Cosmum à se diligi, qvod se non tantum ore, sed & ratione studiorum referret. Noverat qvippe librorum optimorum amantem, nobilem bibliothecam sibi comparasse, qvam instituerat patrui supplementis subinde reddere ampliorem; ut enim librum qvempiam rariorem sibi deesse animadverterat, ad Joh. Vincentium confugiebat, qvi libraria ipsum supellectili auctum volens, libros optimos, qvorum in hunc usum qvotqvot nanciscebatur exemplaria comparabat, in ejus bibliothecam Neapolim transvehi curabat. Huic ille bibliothecam suam, ni fallor, destinarat, optime actum ratus, si libros ad eum qvi amaret nosceretqve, tacito judicio sineret pervenire. Huic nos (ut & hoc obiter dictum sit) qvi memoriam Pinelli colimus, ejusdem iconicam imaginem debemus, qvam Pinellus nemini non pernegasset. Impetravit hoc à patruo Cosmus, cum primum Patavium venit, eo consilio ut Neapolim adduceret. Cum enim Joh. Vincentius adolescentem animadvertisset indolis magnæ, maximeqve in literis arbitraretur profecturum si vixisset, ipsum amare supra affinitatem cœpit, eo usqve, ut discedentis imaginem penes se detinere deliberaret, absentis utiqve desiderium lenituram. Non renuit ille, exposuit tamen esse sibi in votis patrui imaginem, qvando patruum

non liceret, Neapolim asportare secum, ut patri cognatisqve hac saltem ratione obtemperatum iret. His auditis abnuere Joh. Vincentius, haud commissurum se unqvam, ut gloriolam captasse facto videretur: tum demum a patrui constantia metuens petitioni suæ Cosmus, obtestari cœpit admonereqve, videret qvid ageret, certum sibi esse, nisi invicem exoret, non stare promissis. Præbuit ille se difficilem diu, annuit tamen, & adolescentis optimi precibus, iconem suam est elargitus. Pictor huic rei adhibitus Franciscus Apollodorus Venetus, Patavii jamdiu habitans, cujus in ea arte studium ad antiqvorum artificum laudem proximè accedit. Hic nobis penicilli ductu Pinellum Ducem ipsum, & Aicardum in tabulis qvas ego adservo, svavissimum amicitiæ nostræ monumentum, ita expressit, ut nihil ultra desideret qvi illos de facie norit. Et hinc studiosis fere omnibus (qvotqvot in Italia novimus) oblata nobilis occasio, bibliothecas & Musæa ornandi Joh. Vincentii imagine, qvam avide à plerisqve arreptam scimus, qvi egregie norant, inter Pinelli laudes præcipuam illam serio commemorari, deambulantis musæi, & spirantis bibliothecæ. Neqve aliunde Marcus Velserus, rei publicæ perinde literariæ, atqve Augustanæ suæ nobilissimus II. vir exhibuit nobis incisam in æs artifici plane manu, elegantissimam ejusdem Pinelli iconicam effigiem, qvam ipse, & in gratiam hominum transalpinorum, & in testationem perjucundæ qvæ sibi cum Pinello intercesserat amicitiæ, vulgandum curavit. Nec mirum, cum ille

tanti faceret qvam cum Joh. Vincentio habebat animi studiorumqve conjunctionem, qvippe de ipso jam defuncto scribens ad Cæsarem Nichesolam, eo se demum capite, inqvit, laudari malle, qvod Pinello intime amicus esset, qvam alio qvovis, insigni licet, factoqve ad gloriam ut cunqve comparandam. His demum aliisve de causis, ut ad testamentum redeamus, non valuimus nos Pinellum de semel arrepto consilii sui statu dimovere. At qvi, si à condendo testamento, non tamen à Christianæ pietatis officiis abhorrebat, eleemosynas in pauperes elargiri, Deo se, sanctisqve omnibus commendare haud unqvam gravatus est. Per annum qvo æger in lecto decubuit, expiare animam confessione, eundem sanctissimo Christi corpore non semel piè admodum reficere consvevit, Familiares profecto qvotidie decumbenti sibi septem qvos pœnitentiales vocant Psalmos recitantes exaudiebat, neqve ideò Deum sibi & cœlites omnes oratione propitiare intermittebat, Me sane ille nunqvam dimisit, qvin rogaret, ut ipsi Deum, vel qvotidianis precationibus, vel sacro sancto Missæ sacrificio conciliarem: gaudebatqve cum ex me postridie audiret, facta qvæ imperasset, faustis officium meum qvalecunqve id esset precationibus, & cumulata gratiarum actione proseqvi solitus. Ad monasteria Deo devotorum hominum, & virginum sacrarum, non raro familiares destinabat, qvi collata in eleemosynam stipe, ægrotantem dominum illorum precibus commendarent. Ad Aram D. Antonii Ulyssiponensis, cujus nomen qvaqva patet

Chri-

Chriſtianus orbis celeberrimum eſt, ſacrum fieri pro ſe impenſo ſtudio expetebat, divinam ſibi opem eo precante affuturam confidens, qvem Deus vi miraculorum excellere voluiſſet. Huic affinia illa, qvod cum die feſto ægritudine prohiberetur qvin ſacro intereſſet, conſveverat è domeſticis religioſiorem dimittere, qvi & ſuam vicem qvatenus licebat expleret, certamqve inter pauperes à ſe pecuniam divideret, in expiationem ejus delicti, cujus ille tenuem etiam conſcientiam averſabatur. Et ſi qvando divinis officiis hebdomadæ uti appellant majores, exaudiendis (qvod raro admodum contigit) impediebatur, nihil antiqvius habuit, qvam ea, domi ut recitarentur curare. Beatiſſimam Virginem eximiè coluit, ejusdemqve feſtos dies. Qvo circa paucis anteqvam obiret diebus, ſub diem Deiparæ virginis aſſumptioni ſacrum; mihi ille tum, adventat inqvit tempus perſolvendi tributum. Ego qvi à morbo pejus qvotidie ſe habentem noveram, loqvi illum de ægrotationis moleſtiis exiſtimabam, qvarum monitu adfuturam propediem ſentiret mortem, qvæ naturæ penſum exigeret; at is ut me hærentem vidit, explicuit ſe ſe, de animo videlicet intellexiſſe ſacra confeſſione purgando, eodemqve reficiendo ſanctiſſimo Chriſti Domini corpore, ut qvotannis eo die præcipuo cum ſenſu pietatis conſveverat. A mortis ille meditatione haud qvaqvam alienus fuit, cum optime ſciret, naturam morti oſtiariæ munus injunxiſſe, qvo amota corporis ſera, noſtris animis aditum in cœlum affectantibus, viam veluti poſtliminio

ape-

aperiret. Cavit tamen cogitationem hanc ne plus nimio oſtentaret; imo dedit operam, ne ab amicis, & familiaribus in ea deprehenderentur, turpe id ſibi, & parum conveniens anteactæ vitæ inſtituto ratus, qvam ita compoſuerat, ut in omnem eventum citra ſolicitudinem aut curam obtemperatum iret legibus, qvas Dei Opt. Max. adminiſtra natura in genus humanum ſanxiſſet. Hoc ille præſtabat, animum in alias curas traducendo, literarias præcipuè, qvarum ſvavitati jam tum a puero aſſveverat. Memini ego cum ipſum ſemel adhortarentur medici, ut ab his abſtineret, non renuiſſe qvidem pro ea qva ipſos proſeqvebatur reverentia, at poſt eorum diſceſſum, converſum ad me in hæc verba. **Ego vero in hoc morbo, diutino ut vides & permoleſto, tantis premor cruciatibus, ut niſi eorum amaritiem jucundiſſimorum mihi ſtudiorum dulcedine diluam, miſerrimus profecto ſim.** Anatomes profeſſor clariſſimus Hieronymus Fabricius ab Aqvapendente, qvi cum Camillo Fraſcato ægrotantem qvotidie inviſebat, amici aliqvando miſeratus, qvem ad exitum vitæ feſtinantem his cogitationibus diſtineri permoleſte ferebat, admonuit, ut hæc abjiceret, decurrendi ſibi vitæ ſpatii modicum qvid ſupereſſe, adhortationem hanc eſſe officii ſui, qvod in maximo amici diſcrimine ſi deſerat impius ſit: animum ſe voluiſſe religione ſemel liberare, ne ullus ipſi unqvam eſſet conqverendi locus. Subriſit ille, & perqvam facete; ut ut morti proximus, à me ſane inqvit ſi obiero, non eſt, qvod objurgationem metuat qviſpiam.

am. Mox serio, compositus ad gravitatem subdidit, agere se illi gratias; imminere sibi, nec imprudenti aut inscienti postremum vitæ actum, daturumqve operam ut concluderet non indecore. Et qvidem multis anteqvam decumberet diebus, de valetudine ut fit percunctantibus, respondebat, tam diu ferri se ad metam sagittæ in morem; obrepere sibi festinam præcipitemqve senectutem ut eo responso monstraret.

Deceßit Prid. Non. Aug. 1601. animo pridie ritè expiato; cum enim animadvertissemus nos, qvi ægrotanti aßidebamus, adventare jam mortem, monuimus recte facturum si abstergeret sacra confeßione ante actæ vitæ labes, præceptoqve sanctißimo Domini corpore, ad supremum se iter compararet. Deliberaverat ille, ut diximus, exeqvi hæc in aßumptæ Virginis beatißimæ venerationem, ejusdem festo die. At ex horum freqventi usu vegetiorem fieri animum probè sciens, eo præsertim tempore, qvo sibi erat cum morte colluctandum, geßit nobis morem, adhibitoqve Sacerdote, qvi tum ipsi erat à confeßionibus, Eucharistiam in crastinum sumere distulit, ut ad sacrum convivium paratior accederet; decreverat autem, ut retulit confeßarius, tum demum testari, & hæredibus suis eo pacto prospicere, qvorum in se benevolentiam postremo hoc elogio fraudare parum officiosum ducebat. Porro Sacerdos consilium laudavit, adjecitqve optimum fore si non in crastinum differret. Excepit is, rejicere se consulto testamenti factionem in crastinam diem, ut præsen-

ātis Dei ope rem non ita facilem aggrederetur.
esperi cœnavit hilaris; meqve intuens, qvi ibi per-
octare desieram ab adventu Cæsaris Pinelli, qvi pa-
uo ut adesset Neapoli advenerat, monuit, ut do-
um abirem, adventasse jam noctem, videremne
er tenebras aliqvid caperem detrimenti. Ast ego
egavi me discessurum, velle siqvidem apud Cæsa-
em cœnare; qvod ille subridens probavit. Ego
ne animum induxeram per eam noctem emanere
consilio, ut sanctissimam Eucharistiam perceptu-
adessem, at Deus. Opt. Max. eam mihi mentem
si fallor) injecit, ut viri in re literaria memoria no-
facile principis, extremum spiritum exciperem,
piis de more precibus prosеqverer abeuntem. A
ena ipsius temporis nescio qvid sermonibus extra-
mus, qvousqve illi visum instare cœnæ nostræ tem-
s. Tunc is me discedentem affatus, erupit in hæc
trema verba: Tibi gratias, mi Gualde, præsagi-
iti similis, & supremum valere pronuncianti. Tum
æsarem enixè intuens salutavit alacriter. Qvo fa-
um ut nos in eam spem veniremus, producturum
tam ad aliqvod tempus. At veluti in lychno in-
emoriens flamma erigit se subinde, & cum proxi-
o defectu collectis viribus luctatur: ita Pinelli vi-
s collegerant sese adversus impendentem mor-
m, & in corpusculo illo, qvod vis diuturni morbi
ederat, suprema munera peragebant. Ad medi-
n noctem jusculi aliqvantulum, ut à medicis impe-
tum, exhauserat, cum reclinantem se in pulvinar,
vasit deliqvium ita vehemens, ut non multo post

vitam eriperet; accurrimus nos à familiaribus exciti, nec ſanè intempeſtivè cum ego ſpiritum e corpore proficiſcentem Deo & cœlitibus omnibus, præcationibus ſolennibus commendarim. Ita ego eodemmet Auguſto menſe ante qvatuor annos Aicardo adfui, hoc uno in chariſſimorum mihi capitum jacturis fortunatus: cetera parum felix; qvod cauſæ luctus ad manum eſſent, neqve mitigaret dolorem abſentia, qvæ omnes emollit aſperos humanarum viciſſitudinum eventus. Annos Pinellus erat natus VIII. ſupra LX. nec ideo tamen non deceſſit immature; præproperum enim ſemper illius eſt funus mea qvidem ſententia, qvi hominibus poteſt eſſe adjumento, ut hic noſter inſigniter fuit. Cadaver medici exſecuerunt, deprehenſiqve in veſica lapides qvatuordecim magnitudine juglandibus pares, & prægrandis unus, cruentus, aſper acute, & aculeata in renibus, in veſica vero arenæ & calculorum ſubſiderat nimio plus ſatis. Elatum eſt funus ad D. Antonii, qvo freqvens Pinellus religionis cauſa conveniebat, ubi condi Aicardum curarat, cui etiam nobilem memoriam deſtinaverat, poſteris indicio futuram illius in ſe meritorum, & ſui in illum amoris. Exeqviæ ſacrificiorum funebrium freqventia; & larga in egenos diviſione nobilitate, laudatus publicè non eſt, qvod excluderentur omnes anguſtia temporis ab opere aggrediendo, qvod ſui magnitudine, ſublimia qvæqve ingenia deterreret. Et vero qvis illaudatum dicat, qvem in unum conſpirantes qvotqvot aderant Patavii eruditorum voces in funere,

non

a tralaticiis laudibus ornaverunt. Qvicqvid e-
a scripsit Corn. Nepos de Attico, ibi de Pinello
istanti prædicatione inaudisses, per XL. annorum
tium injurium fuisse nemini, juvisse omnes ; in
de sua re ivisse nunqvam, infimis communem,
ncipibus parem, gratissimum omnibus. Libros
non otiosè pervolutatos, sed ad exemplum instru-
ntemqve vitæ, neqve majorem operam cogno-
ndis naturæ arcanis, qvam excolendo animo im-
disse. Nemo tum Patavii, qvi literas & huma-
tem haud perfunctorie amaret, non accessit ad
farem, ut clarissimæ domus per eam jacturam ex-
ctum splendorem doleret. At ejus generis offi-
qvamplures mecum perfuncti, qvod scirent ex-
e illas gravissimas causas doloris mei, amissum
hi patrem, patronum, amicum, qvi me amaret,
retur, diligeret, cui per XX. & amplius annos fu-
m intimè familiaris, qvem & Patavii dum essem
otidie non invisere, & absens non per literas fer-
qvotidianas salutare, nefas haberem. Consti-
rat ipse (ut ex ejus perantiqvo familiari audivi)
um apud posteros mutuam benevolentiam no-
um, insigni aliqvo edito amoris monumento con-
tari, qvod ut averterit mors, non ideo minus de-
e me illi sentio, felicitatis & existimationis meæ
qvid mihi earum contigerit) parenti, & auctori
ello enim & Aicardo adhortantibus, a patria non
cul (qvod magno qvis emptum velit) nactus sum
issimum asylum fortunarum mearum, domum
rci Cornelii Episcopi Patavini, qvem uti exem-

plar ævi prioris, & miratur nostra, & suspiciet posterior ætas. In suam me is familiam illectum svavitate morum, & animi candore, ea complectitur benevolentia, ut habere videatur justi fratris loco. Probitas nimirum, & humanitas solitaria non sunt, sed amant dare se in conspectum, contrectari, & moderato usu nitescere opes suas. Et vero non alia ratione hominem homini Deum fieri contingit. Horum ego mutuo amori, qvæ dixi ni accepta feram magna ex parte, ingratus profecto sim. Qvid enim optandum magis, qvam mihi in patriæ pene dixerim conspectu, in svavissimi fratris oculis, qvi me a semetipso divelli ægerrime tulisset, patronum optimum obtingere, per qvem apud Pinellum & Aicardum, qvos ille propter multas ingenii & humanitatis svavitates amabat, esse qvotidie liceret?

Audisti qvisqvis hæc legis, privatas doloris mei causas, vidisti jacturam: at detrimentum, qvod Italia, & universa pene dixerim Europa, in eodem passæ sunt, qvo satis digno genere orationis proseqvemur? Ejusmodi viros parce profert natura, opes suas in abdito habere jamdiu docta. Methonis fortasse annus transigendus iis, qvi alterum Pinellum expectant, cujus studium humaniora studia restituat in pristinum splendorem, cujus opes in nobiles libros colligendos impendantur, cujus dignitas viris doctis patrocinio sit. Ætas sane nostra si qvem feret ejusmodi, is (ita me Deus amet) non alius erit à Nicolao Fabricio Gallo, domo Aqvis Sextiis, clarissimo adolescente, qvi Romæ & Patavii vix dum

ple-

plenam pubertatem egressus, eo ardore Pinellum & Pinelli studia est complexus, ut omnibus nobis, & doctis viris qvotqvot his capiuntur literis, miraculo sit.

Post patrui obitum Cæsar Pinelli Patavii substitit per aliqvot dies, tum ut creditores (si qvi forte erant) haberent qvem adirent, tum ut bibliothecam ad Cosmum patruelem transvehendam Neapolim curaret; cujus semissem hæreditario sibi jure obvenientem Cosmo dono dederat, cui, ut nos audivimus aliqvando, mens fuit Cæsaris liberalitatem patri officio compensare. At humana hæc studia qvam parvi Deus pendat, & sæpè alias, & tunc in pretiosa illa bibliotheca prospectum satis. Ejus nobis jacturæ historiam pertexere in animo est, ut nimii rei literariæ amatores, excitentur recenti exemplo ad comparanda sibimet ipsis bona illa, qvæ nec vis temporis abolere, nec injuria hominum intervertere possint. Et sane ridendum nescio an plorandum sit, congestas bibliothecarum opes miseris modis qvotidie dissipari, nec ideo minus deesse homines, qvi summa cura in id incumbant, ut hæredes onerosam sibi sarcinam prorsus abjiciant, vel controversam conjiciant in domesticas latebras, ubi cum blattis & tineis perpetuò pugnet. Patavii animam vix egerat Pinellus, cum nescio qvis ad Senatum Venetum detulit, è republica non esse, asportari Neapolim, cum Joh. Vincentii libris, intima qvæqve Venetorum consilia. Collegisse illum per XL. annos, qvicqvid legatis Venetis legatione perfunctis adnotare, & in

Senatu exponere moris est: opibus & gratiæ illius patuisse tabularia Senatus, rei videlicet Venetæ amatori: at defuncto ipso minime ferendum, ut arcana imperii evulgarentur, & in hostium fortasse manus inciderent. Probavit Senatus qvæ dicebantur, imperavitqve Patavii Prætori, ut capsas librorum centenas & amplius sisteret, obsignaretqve. Ex his in XIV. conjeceramus libros manu scriptos, qvarum binæ nihil aliud continebant, qvam commentarios & acta rerum Italicarum, exterarumqve. Has oportuit ex compacto deferri in domum Prætoriam, ubi delectus habitus CCC. ejusmodi commentariorum, qvi statim Venetias amandati. At nos, qvi videramus Prætorem Senatus imperio abusum, suspicionibus æqvo plus indulsisse, Venetias perreximus, jacturam nimis gravem nobilissimæ bibliothecæ deprecaturi. Et cecidit ad votum res. Delegavit Senatus nobis nonnullos eorum civium qvos à Secretis habet, mandavitqve ut recensionem Prætoris inspicerent, dimitterentqve nobis omnia, qvæ res Venetas minimè attingerent. Ita factum ut ducentæ solummodo conscriptiones nobis perierint, qvæ in arcanum Tabularium conditæ sunt, apposita ibi scheda, in qva notatum, decerpta hæc imperio Senatus è Pinelliana bibliotheca. Præcesserat has turbas familiaris cujusdam furtum, qvi per summum scelus qvæstum è domini morbo captans, pleraqve ejus generis, non animadvertenti subtraxit, distraxitqve. At detrimenta hæc omnia vili æstimanda, præ hoc ipso qvod mox enarrabimus. Bibliothecam Venetias

tias devehendam curaveramus, ut inde mari Neapolim impendio minori appelleret; at ne qva vis major, ut in navigatione solet, pessundaret universam, placuit in tria navigia capsas conjici, qvæ recta Fortori portum in Apulia peterent, excipiendæ à cive meo Hieronymo Velo Episcopo Larinate, qvem Pinellus dilexerat, Urbano etiam VIII. Pont. Max. charum, & ad summa qvæqve destinatum, ni mors optimi Pontificis conatibus obviam ivisset. Navium harum altera cum trium & triginta capsarum sarcina in piratas Turcas incidit, qvi prædæ opulentæ inhiantes, cum chartas & libros invenissent, gaudio in iracundiam verso, inutiles sibi merces abjicere cœperunt in mare, qvousqve captivi navarchi monitu deliniti, & tot exhauriendarum chartarum tædio fatigati, ab impotenti cœpto destiterunt. Ita navigium exarmatum, nautæ in vincula conjecti, merces reliqvæ in triremem comportatæ, & libri (ut ille monuerat) relicti beneficio alicujus, qvi cum navigio in littus ejectos colligeret, asportaretqve. Ita plane factum: cum enim fluctus maris navim destitutam ejecisset in littus, è regione Firmanæ coloniæ, convolarunt ad expositam prædam piscatores, aliiqve, qvorum nonnulli libros domum asportare, qvidam papyros in frusta dissectas ad rimas navigiorum cum glutino adhibere, non pauci, specularium vice, tuguriorum fenestris aptare, & profecto memini audire me à qvopiam, per tractum sane qvam patentem litoris illius, aliud tum omnino haud comparuisse, qvam laceras schedas, qva projectas in litus, qva



tuas publici juris fac, permitte ut ab
lo tuo detrimento, non minima tua
tu sponte rei literariæ perennitati co
universa effugient Adrastiæ manus
præses ut primum hæc percepit, ed
qvicqvid ibi chartarum librorumve
collectumqve; ea mente ut domin
qvem dies obtulisset. Me tunc
rantem male perculit hic rumor; in
nobilis bibliothecæ, cujus genius
tio periisse mihi non semper dubiis
Cæsar Neapolim versus proficiscebat
tum, ubi literis asseqverer abeunten
visum Cosmum de tota re facere ce
terim curare, ut Marcus Episcop
Cardinalem Bandinum, qvi tum A
chæ legatus præerat, oraret, ut nauf

era, præmiis pœnisqve propositis, è tribus & tri-
nta capsis, duas & viginti coëgerunt. Ita com-
putum periisse XI. librorum octo, iconicarum ima-
ginum duas, mathematicorum organorum unam:
eorum jactura qvam gravis, incertum adhuc no-
bis, ea de causa qvam afferemus infra. At sive im-
pressos sive manuscriptos attigerit, in utramvis par-
tem deploranda. Et ne ulla bibliothecæ pars à tur-
bis vacaret, libri illi qvos à Joh. Vincentio diximus
Romam missos, ut affinibus spem faceret profectu-
rum se illo qvandoqve, diem functo Abbate Rave-
nerio, cujus illos fidei commiserat, ab Apostolica,
quam vocant Camera, cum reliqva Abbatis domesti-
ca supellectile obsignati, & pene distracti sunt. In-
buit tamen Card. Pinellus, profuitqve Joh. Vin-
centium Clementi Pont. probe cognitum fuisse. Qva-
re libri redditi, & Neapolim amandati. Patavii non
uno studiosus doluit, sublatum ex ea civitate tan-
tum thesaurum, qvem homo talium rerum sciens,
exqvisita opera, per tot annos, e manubiis selectarum
ius regionis bibliothecarum congessisset. Et pro-
fecto si qvis hæc bonarum literarum subsidia iterum
Patavii videre si non desperet, desipiat necesse est. At
qvamvis suspiciones, furta, piratæ, præstantissimam
quam narravimus bibliothecam afflixissent, recreabat
nos tamen ea cogitatio, qvod in Ducis manus perve-
nisset qvicqvid reliqvum erat. Huic enim, com-
munia cum patruo studia, doctos amare, libros in
deliciis habere, bibliothecam inter Europæas non
exigui nominis brevi concinnare. Destinarat huic

ſuburbanum amœniſſimum Julianum
opes in hoc genere ſuas exponeret aſſer
turas perpetuo, ut cauturum ſe dictitab
gentilitii nominis ornamento. Præfectu
ſtinarat Thomam Segetum domo Scotum
ut diximus contubernio eruditum ado
Qvæ meditantem diſtraxit profectio Genu
xor a patria jamdiu abſens, flagrabat deſi
viſendi affectus ſuos, qvos puella vix nubil
reliqverat. Annuit indulgens maritus, fili
cum ſeducit, marem alterum Galeatium
fœminam alteram nomine Liviam, impu
bos. Excepere Genuæ cognati & affine
apparatu, & ut civem decebat, in comitia
manter invitarunt. Ibi cum per aliqv
moram traxiſſent, Coſmo Genua diſcedere med
ti, Mediolano Venetias pergere placuit, tum in
tiam uxoris, qvæ Italiæ miraculum perluſtrare
bat, tum ut patruo (ut ille non ſemel ad me ſcri
rat) monumentum Patavii in D. Antonii excit
pro gentis ſplendore, conſtitueretqve annuam pe
cuniæ vim, erogandam in ſacra qvotidiana pro e
dem anima noxis expianda. Et qvia non igno
bat Coſmus qvantopere Aicardum cum viveret c
rum habuiſſet Pinellus, ratus eſt ſui officii eſſe,
qvorum animos amor mutuus conjunxerat, eoru
dem cineres idem tumulus aſſervaret, Scipi
nis gloriam pari exemplo æmulatus, qvi pr
conem laudum ſuarum poetam Ennium, co
di ſecum in eodem monumento præcepit.

Qu

tre Cosmus Patavii apud Galileium in Academia Mathematicas magna cum laude profitentem, spitio peramanter exceptus, nihil antiquius ha- quam locum in eo quod diximus templo ma- conspicuum seligere, intimum videlicet parie- stii majoris, quem ipse pro dignitate marmo- signis æneis, parergis elegantissimis exornas- Qui tamen haud impetratus, fastidio quo- dam, qui (alia permissa intra templum statione) bilissimæ ædis structuram deformari jactabant vitiis ornamentis. Patavii ille anxiè scrutatus est, patruus quippiam deberet cuiquam, an è dome- torum numero alicui non abunde factum esset; Et quamvis obtulisset se nemo, deposuit ni- ominus apud me non exiguam auri summam, videndam arbitratu meo in pauperes qvosdam, ibus Pinellum patruum, si testari contigisset, lega- rum aliqvid conjectabat. Patavio Venetias se ntulit me comitante, gnaro videlicet civitatis, & rum earum perito qvas peregrinis spectare operæ etium foret. Cessit ad votum res, privataqve & blica omnia, qvæ visu digna, nobis patuere. In vali etiam (qvod non nisi principibus viris & non ssim deferri solet) lautissimo convivio excepti fu- mus, commonstratæqve omnes qvotqvot adsunt llicæ rei instructissimæ officinæ. Qvæ omnia osmo Venetiis hilare comiterqve exhibita, tum in trui memoriam, qvem suspexerant viventem Se- torum & Patriciorum pleriqve, tum in gratiam sius, qvi modestia animiqve magnitudine sibi o-

mnes vix dum in primo congressu demereret, Uxor adhæc ornatissima fœmina, omnibus de rebus quæ matronam decerent, ornate & copiose disserere solita, viris gravissimis miraculo fuit. De literis illi, de re Poetica, nautica, bellica, de gemmis, tabulis, signis, sermo multiplex, qvi varium ingenium proderet, supra sexum ætatemqve. Scripsit illa Venetiis Genuam ad Liviam matrem, qvem fuisset lauta regieqve ad gentis morem excepta, sibiqve tum demum contigisse, qvod existimasset nunqvam, ut scilicet longe majores apud exteros sibi honores, qvam in patria in affinium sinu deferrentur. Profecturis instructa triremis SCto. decreta est, qvæ Lauretum usqve vectaret, cum amplissimis mandatis, ut una & altera triremis qvatenus opus foret exhiberentur, sarcinis & comitatui comportando; Lautia insuper decreta & cibaria publico ære. At rerum humanarum qvæ vicissitudo est? Vix Venetiis egressos, & adhuc in conspectu littoris positos, turbavit primum improvisus & subito irruens Ducis morbus, tum venti vis subadversa, qvæ comites impulere, ut relegerent iter, & Venetiis commorarentur qvousqve convalesceret Cosmus. At morbo qvotidie invalescente, Patavium Dux devehi se imperavit, medicorum operæ, qvos ea urbs celeberrimos habet, plurimum fidens. Eo advectus me curante divertit in domum Benedicti Georgii Patr. Veneti clarissimi viri, qvi ad Joh. Vincentii exemplar factus, Venetiis æqvè suspiciebatur, ac Patavii ille. Eadem studia, iidem mores, mutuis semper excultam officiis amiciti-

itiam pepererant. Huic ego dum viveret supra otum charus cujus memoriam non sine lacrymis queam commemorare, erepti videlicet ab immatura morte tum primum. cum laudatissimi patris honoribus omnibus in patria perfuncti, vestigiis insistens, ad gloriæ metam æqvis passibus properaret. Patavii Cosmo medici præstantissimi Hieronymus Fabricius, Hercules Saxonia, & Æmilius Campolongus frustra manus admoverunt. Morbi enim vi grassante latius, qvam ope medica coerceri posset, post XV. dies acerrimis doloribus capitis, & corporis universi cruciatu febriqve confectus, & vehementissimo delirio exagitatus, decessit. Adfuimus religiosissime morienti Laurentius Pignorius & ego, qvi vixdum elapso anno supremum hoc officium patruo præstiteram. Obiit Cosmus anno M. DC. II. prid. Kal. Novemb. annos natus III. & XXX. de qvo Virgilianum illud legitime pronunciasses. *

Ostendent terris hunc tantum fata, neqve ultra
Esse sinent.

Vitæ siqvidem innocentia, morum candore, paucos invenisses pares. Avitæ religionis prima illi cura, inter delicias qva urbanas, qva domesticas, semper fuit. Qvotidie sacro interesse, in hebdomada saltem semel refici pane cœlesti consveverat. In societatem sodalium D. Franc. qvos Capucinos vocamus, ex privilegio cooptatus, de illis mereri optime nunqvam destitit.

Coe-

* Æneid. lib. 6.

Cœnobium iisdem & Ecclesiam in sua ditione excitaverat, magna in eos sustentandos erogata qvotannis pecuniæ vi. Ex eorundem numero impetraverat sibi apud qvos animi noxas confessione expiaret, seqve sacrosanctæ Eucharistiæ sumptione intimè recrearet. In pauperes annuatim dividebat duodena & amplius aureorum millia, nubiles puellas honeste collocando, sublevando eos qvi non suo vitio ad inopiam redacti essent, senio confectis, debilibus, languentibus, opibus suis eximiè consultum volens.

Neapoli ante aliqvot annos firmus & valens testatus erat, præterieratqve bibliothecam, & Joh. Vincentii monumentum, patruo adhuc superstite, qvorum recordatus fortasse, cum ægrotaret, petierat ab Alphonso Soto, qvo Patavii confessario usus est, ut morbo non remittente admoneret Codicilli, qvem decreverat testamento adjicere. Et sane bibliothecæ statum & amplificationem, patruiqve memoriam animo complexum vidimus, qvotqvot cum illo Patavii familiarius versati sumus. At præclaris cogitationibus invidit inprovisum delirium, qvod optimum juvenem de statu mentis dejecit miserandum in modum. Maritum optimum, & indulgentissimum, (& has funeris appendices liceat mihi perseqvi amoris & benevolentiæ ergo) uxor infelicissima luctu perpetuo prosecuta est, ereptum sibi à patria & affinibus procul, iniqvissimis temporibus, eum virum dolens, cum qvo vixerat sine qverela, qvo sospite vix ullam sibi matronarum Neapoli præferri optime norat: relictos sibi parvulos filios, non

qvi

mœrorem levarent, ſed qvorum conſpectus lu-
m augeret, qvorum orbitas matrem cruciaret.
ıpoli in more poſitum eſt, ut mulieres in chariſſi-
rum ſibi conjugum funere incidant capillos, cum
ıncto efferendos, teſtes doloris, & indicio futu-
interceptum ſibi morte viri capitis ſi qvod erat
amentum. Conſvetudinis memori, huic no-
: forcipes diu pernegatæ à familiaribus, & ſubtra-
ferramenta omnia, qvibus propoſitum exeqvi
ſet, donec filiolus matrem angi diutius non fe-
ı, auratam forcipem è loculis puerilibus promens,
tri obtulit, admonens capillos recideret ſibi, &
moriam patris ſuprema illa conteſtatione recole-
· Laudavit illa filii pietatem, & ſibi dicto citius
ecuta, ſpiſſam & flaventem comam in feretrum
ıjecit, operuitqve caput nigra palla, qva circum-
nte contecta, humi cubans in abdito ſepoſitæ cel-
ıngulo, dolori habenas laxavit. Audivimus nos
:um eam conqverentem, ſermonisqve nitorem
nirati ſumus, & ingenii alacritatem. Qvo fa-
m, ut tragicos poetas minus improbaremus, qvos
venter animadvertas inducere in ſcenam dolore
nœrore confectas, Electram Hecubamve, ornate
ıen & copioſè diſſerentes. Grave vulnus inflixit
neſ ícæ rei præmatura mors Ducis adoleſcentis.
nos enim ſummi Cancellarii, in qvem uti dixi-
ı impenderat ipſe LXX. M. aureorum, è familia
vit, neqve translatus in filium eſt, uti pater præſa-
fortaſſe qvodam mortis adventantis admonitus,
c temporis maximopere nitebatur. Veneriis

qvi-

qvidem puero factum nobile omen, qvod nemo tum animadvertit, brevi obventuram illi Ducis appellationem, qvam à morte patris nactus est. Ostentabatur ipsis in ea civitate locus in æde Marciana, ubi copia gemmarum & unionum a d miraculum usqve, cumqve ad mitram ventum esset, qvæ ibi auro, gemmisqve distincta asservatur, in usum Ducis inaugurandi, puero spectanti oborta est derepente cupiditas mitræ gestandæ, qvod ubi intellexit Præfectus Senator, qvi tum aderat, mandavit ministris uti obseqverentur puero, cui ad eum honorem jam tum præsternebat mœrore obsitam viam, importunum patris optimi fatum. Ducissa erepto sibi ut narravimus viro, nihil antiqvius habuit, qvam cadaver Neapolim præmittere, & Patavio discedere domum versus, tum qvod eum terrarum tractum odisset, in qvo naufragium fecerat delitiarum suarum, tum qvod hiems, cujus ibi magna vis, qvotidie appropinqvaret. Comites habebat reditus, qvos & adventus; Cæsarem Pinellum, & Julium Sangrium, ex primaria Neapoli nobilitate elegantissimum virum, qvibus me adjungere tum precibus tum obtestationibus ita enixa est, ut alieno maxime anni in hyemem vergentis tempore, non optime valentem, pertraxerit in sententiam suam, ejus misertum, qvæ cum lacrymis dictitaret, neminem præter me tum adesse, qvi cum causas luctus sui conferre posset, à qvo mœrorem sibi levari posse confideret. Romæ illam Neapolitanæ aliqvot matronæ exceperunt, ubi me dimisit perinvita. Mihi vero iter protinus remetiri constitu-

tu-

um erat, qvod haud passus vir illustrissimus Octa-
s Card. Paravicinus Sacri Rom. Imperii Prote-
r, cui propriæ dotes, probitas, humanitas, solertia,
adoris non minus; qvam adventitii amplissimæ
itatis, & avitæ gloriæ tituli contulerunt. Hic
multos jam annos addictum sibi (absit verbo in-
) unicè fovet, exiguorum plane conscium me-
rum, nec videntem qvid ad amandum me inge-
m acerrimum allicere possit, nisi perenne studi-
bene de unoqvoqve merendi, & ingenua mea
d omnes ejus gratiæ contestatio, qvam me præ-
issimi viri humanitati debere sentio. Hinc ego
mem Romæ exegi totam, ubi me cum Joh. Vin-
tii interitum literati omnes & singuli doluerunt.
e defuerunt qvi perqvirerent an bibliotheca ejus-
ir esset venalis, elabi sibi qvod nollent è manibus
tum thesaurum. Principem inter hos locum ob-
uit Fridericus Borromæus Card. Archiepiscopus
diol. qvi pietatem Christianam ita cum studio li-
arum conjunxit, ut præter absolutum Caroli pa-
elis sanctissimi viri exemplar, qvod refert ad amuss.
, habeat Italia in hoc etiam genere qvem exteris
tibus ostentare possit. Is Mediolani bibliothe-
n instruit optimorum librorum refertam, inni-
n adhæc firmis legibus, qvæ ab omni peculato-
n injuria tutam diu præstent, conqvisitis etiam un-
qve eruditis viris, qvi agmen ducente Gratia Maria
atio, viro doctæ & spectatæ fidei, tantas opes cu-
diant pro dignitate: qvo utinam respexisset Pi-
llus noster, cujus delitias, reliqvas à piratarum in-
ju-

juria, hæredum discordia male perdidit. Cosmo filius octannis heres obvenit, de cujus tutela dum inter matrem & testamentarios tutores diutius disceptatur, libri interim penè madentes ut è mari collecti in capsas tumultuariè conjecti, nulli dubium quin cum tineis pugnent; ne dicamus, qvod aliqvi retulerunt, asportatos plerosqve, & divulsos miserandum in modum. Ineptos dicam nos an prorsus amentes, qvos perennium bonorum oblitos, fluxa hæc & incerta sollicitant? Hæc in causâ fuerunt, ut non solum bibliotheca pessum iret, sed etiam & monumentum, qvod Joh. Vincentio parabatur, evanescat omnino Supremis tabulis. Cosmus nihil addere potuit, actus in delirium ut diximus importuna morbi vi: hæredibus qvid animi sit ignoramus. Ut ut se res habeat, cessantibus his, qvos par erat hæc curare, Cæsar Nichesola, Ptolæmeus Olivetus, & ego, cogitabamus & hoc postremo munere Joh. Vincentii & Pauli Aicardi memoriam commendare posteritati, perpendentes nimirum, qvam turpe sit eorum prorsus oblivisci, qvibuscum svavissimè & conjunctissimè vixerimus.

Mihi vero ad scriptionis meæ calcem de proximo jam recurrenti contestari illud lubet, narrationis meæ fidem oculatam esse, haustamqve ex intima viginti & amplius annorum consvetudine, qvæ mihi cum Pinello intercessit, & præscripsisse me mihi veri rectiqve lineas, ultra qvas minime transilirem. Inopiam rerum diffiteri aut excusare consilium non est; cum nemini non pateat qvantas immatura Cosmi

mors

mors offuderit scriptioni nostræ tenebras, qvas ego dispellere frustra diu nixus sum. Exoptabat ille perfici propositum hac de re meum, exhibuisset adversaria, schedia, indices librorum, Epistolas ad patruum scriptas à doctissimis viris: instruxisset ille me elegantissima supellectile notarum, observationum, adversariorum; at ille dolendus deflendusqve nobis abiit, abstulitqve secum invidia fati universos amores nostros. Mihi viam tentasse aviam plane, & difficilem satis erit, ipsamqve velut digito intendisse alicui, qvem juverit Bonus Eventus, ea proferenda, qvibus nos destituti, exegimus tamen aliqvid non sine fructu, & delectatione studiosorum, qvibus hæc nostra damus, Dicamus.

VITA
D. ROBERTI CO[illegible]TON
Eqvitis Aurati & Baron[illegible]etti:
scriptore
THOMA SMIT[illegible]HO
Ecclesiæ Anglicanæ Presby[illegible]ero.

DOminus Robertus Cottonus na[illegible] die Januarii, anno Dominicæ incarn[illegible] M.D.LXX. juxta computum Ecclesiæ A[illegible]glicanæ viculo, qvi vocatur Denton, aviti patrim[illegible] dice non ignobili, in comitatu Huntingdoni[illegible] prope Coningtonam, antiqvam familiæ sedem; p[illegible] tre V. C. Thoma Cottono Armigero, ejus no[illegible] à proavo recta linea qvarto; matre Elisabeta, fi[illegible] Francisci Sherley de Stanton, in comitatu Leic[illegible] Dentonam secesserant parentes, non longe post [illegible] tum matrimonium, tum ut splendidius pro dignita te natalium, aucto famulorum numero, viverent, tum ut magis sui juris fierent, ab ædis paternæ incom modis, ex ampla novorum domesticorum accessio ne ortis, liberi. Illius genus, tam paternum, qvam maternum, illustre fuisse, qvod ille vita, sublimi in genio, acri judicio, excelsæ mentis dotibus, meritis qve erga patriam, & posteritatem, in omne ævum duraturis, longe illustrius reddiderat, tabulæ gene-

genealogicæ, fidelissimæ nobilitatis testes, (*) in privatis ceimeliis, & in Collegio Heraldorum, qvorum interest præcipue, inter cætera laudatissimæ institutionis munia, nobilium familiarum stirpes in acta referre, registris asservatæ, satis superqve demonstrant. Sed (omissa familiæ Sherleyorum stirpe, cujus hodiernum caput, sive princeps, est Vir honoratissimus, D. Robertus Sherley, Baro de Ferrariis de Chartley) Majores longe ante tempora R. Edwardi III. floruisse certo constat: inter qvos Gulielmus de Cotton, in comitatu Cestriensi dictus, pro more istius seculi, nomina viris nobilibus, aut à locis, ubi nati erant, aut à prædiis, qvæ gratia, & favore Regali, aut virtute bellica adqvisiverant, pleraqve ex parte imponentis, qvæ postea in agnomina gentilitia transiere. Ab hoc genitore qvam plurimi præclarissimi viri, in varias Angliæ provincias, prout freqventi usu ex matrimoniis, aliisqve accidentibus venire solet, propagati, progerminarunt; in qvorum gesta inqvirere, & ex annalibus gentis nostræ eruere non vacat, nec, si vacaret, animus est: cum Genealogica parce admodum, & levi digito tractare, & præterea non totius familiæ Cottonianæ historiam, sed solius Roberti, qvi majorum suorum gloriam & digne sustinuit, & non parum qvoqve auxit, vitam brevi compendio describere proposuerim.

Hujus abnepos, Gulielmus paternæ hæreditati ad-

(*) Julius F. VIII. in registro visitationis comitatus Huntingdoniensis, per Nicolaum Carolum Heraldum titulo Lancastriensem, an. 1613. factæ.

didit amplos Gualteri de Redware in comitatu Staffordiensi fundos, cujus filiam, & hæredem Agnetem, in uxorem duxerat. Ab hoc autem proavo ortus est Gulielmus Cotton, filius secundus, multis qvoqve, magnisqve affinitatibus, tam ab avo Joanne, qvam à patre Ricardo milite, (qvorum ille anno XII. Regis Henrici IV. Isabellam filiam, & hæredem Gulielmi Falconeri de Thurcaston in comitatu Leicestriæ, hic Elisabetam, sororem, & cohæredem Hugonis Venables militis, tori conjugalis consortes habuere) contractis, qvi maximum familiæ suæ decus intulit ex felicissimo connubio, qvod cum Maria, Roberti Wesenhami filia, & hærede, tempore R. Henrici VI. habuerat. Hic, unico relicto filio Thoma primo, in funestissimo bello, qvod universam Angliam, per sexaginta præter propter annos miserrimum in modum afflixerat, duabus familiis regiis, Eboracensi, & Lancastriensi, de summa rerum, ac jure coronæ acerrime contendentibus, (*) in prælio ad S. Albanum 23. Maji, anno XXXIII. R. Henrici VI. anno 1455. occidebatur. Inde Conington, pars

(*) Heraldi de tempore, qvo cecidit Cottonus, non conveniunt. Aliqvi enim illum in secundo prælio ad eundem locum 17. Febr. an. 1461. 39. anno Regis Henrici VI. cæsum referunt. Sed prior sententia longe altera mihi veri similior videtur: prout in insigni familiæ Cottonianæ apud Heraldos stemmate, subscriptionibus trium Regum armorum firmato, reperi: cujus qvoqve aliud exemplar avthenticum ab iisdem Regibus signatum reperitur in pyxide sub Augusto: qvod huic maxime convenit.

s hæreditatis illius lectiſſimæ fœminæ, illuſtriſſi-
natalibus oriundæ, in familiam mariti jure per-
io tranſcribitur: inde qvoqve ſummus honor af-
atis cum ſereniſſimis Regibus Scotiæ initæ ad
eros derivatur. Illa enim Maria fuit proneptis
nnis Brus de Conington, & Exton ex Agnete fi-
& cohærede, illius avia. Joannes autem Brus
a ſerie deſcendit à Bernardo Brus, ejusdem nomi-
rimo, ſecundo filio Roberti Brus, Domini de
andale in Scotia, & Iſabellæ, filiæ, & cohæredis
idis ſecundi, Comitis Huntingdoniæ. Bernar-
autem ille prædium de Conington, qvod jure
ris cum aliis latifundiis poſſederat, filio, & nepo-
s transmiſit. Illud vero, deficiente prole ma-
a, in peculium prædictæ Agnetis, iſtius propagi-
amiliæ Cottonianæ celeberrimæ propagatricis,
gibus Angliæ municipalibus tandem ceſſit. A
erto autem, filio primogenito ejusdem Rober-
t Uxoris Iſabellæ, ſereniſſimi Reges Scotorum
a linea genus derivant, qvos Cottoni, ab eodem
nobiliſſimo per filium ſecundum prognati, ſan-
ie contingunt. Hoc, poſtqvam Sereniſſimus
Jacobus primus, regnum Angliæ omni jure, tam
no, qvam humano adeptus eſſet, id ex publicis
lariis, fidiſſimis ſtirpium genealogicarum cuſto-
s, & contra qvorum fidem, & auctoritatem, ut
ſacro ſanctam, & irrefragabilem, nulla exceptio
ndi poſſit, edoctus palam agnovit: & Robertum
trum, Virum nobiliſſimum, & magni nominis,
cognitiſſimum, qvotiescunqve illum familiari

ſermone de rebus politicis maximi momenti, qvod ſæpiſſime fecit, (illud enim meruerat ſumma rerum Anglicarum cognitio, & civilis prudentia, ut fuſe indicabo, qvanqvam ſplendor iſte natalium abfuiſſet) Cognatum pro comitate incomparabili compellavit.

Qvod cum ex fide hiſtorica compertiſſimum ſit, Roberto noſtro vitio verti non debet, qvod libris ſuis, ubi nomen erat apponendum, Brucæi cognomen addiderit. Non enim id factum erat oſtentationis, & arrogantiæ cauſa, ſed grato ſenſu divini favoris, qvod ex illuſtrisſima proſapia eſſet oriundus; &, ut inde ſe ipſum, & ſeros nepotes, ex hoc indicio honoris plane invidendi, ad virtutem, & gloriam, & præclarisſima qvæqve ſtudia, qvibus patria adjuvari poſſet, propoſitis tot illuſtribus exemplis, fortius incitaret: ne natalibus ſuis, vel judice invidia, qvæ magnis virtutibus, uti & magnis opibus inſidiari ſolet, aliqvo modo impares viderentur.

Neutiqvam dubitandum eſt, qvin pro naturali erga filium primogenitum affectu, qvi illos majoresqve ſuos venientibus annis eſſet repræſentaturus, illius animum debito religionis, ac pietatis erga ſanctisſimum Numen ſenſu, optimisqve diſciplinis, prout ætas ferebat, imbuendum curaverint parentes. Sub qvibus autem præceptoribus, aut ubi, an domi, aut ſchola publica, ubi æmulatio inter pares ingenia & induſtriam acuere ſolet, literarum tyrocinia poſuerit, anxie disqvirere, ut nimium difficile, ita omnino ſuperfluum videbitur. Qvam bona indole, ac ingènio

genio ad maxima qvæqve ab ipsa natura effecto præditus, qvam optimæ institutionis capax fuerit, maturior ætas postea abunde docuit; adeo,ut ab ipsis laudabilibus initiis, qvantus vir tandem aliqvando esset evasurus, prudenti æstimatori facile fuerit divinandum.

Adolescens Cantabrigiam mittitur, in splendidissimo Sanctæ, & individuæ Trinitatis Collegio inter magnatum filios educatione Academica in virum perfectum formandus. Ubi, ut fas est credere, non ibi satis esse duxit, togam induere, & inter Academicos connumerari, nisi simul animum severioribus studiis,qvibus sapientior meliorqve erat efficiendus, applicuisset. Multo minus existimandum est, illum ignobili otio aut luxu diffluxisse, aut indulsisse genio, aut in campis horas prodegisse, qvasi labor libris legendis impensus pro pœna, aut museum pro carcere haberetur. Istos excessus repressit Academiarum disciplina. Alii erant istorum temporum mores,& longe diversa vitæ in istis Musarum sedibus instituta ratio; qvando juvenes nobilissimi ad virtutem, & eruditionem incitatis gressibus sibi contendendum esse,& sua qvam maxime interesse existimaverint; & hoc potissimum, si non unice, egerint, ut in utilissimarum rerum cognitione cæteris essent præstantiores; ut subsidiis literariis instructissimi,ad publica munia accederent paratiores: ut adultiores facti, patriæ magis prodesse possent; ut denique in gratiam Principis virtute, & prudentia artibusqve optimis se melius insinuarent.

Reverſus ab Academia ſapiens juvenis induſtriam non remiſit, non ingenium flacceſcere, non vigorem mentis deliciis ruris emolliri ſivit. In ſtudio, qvod feliciter ingreſſus eſt, deficere; & feſſo, aut claudicante pede conſiſtere turpe videbatur, dum tantum ſpatii ſupereſſet emetiendum: qvod partim propriæ indoli, vel potius potentiori, qvo impulſus erat, genio; partim felicitate temporum, in qvibus naſci, & vivere contigerit, videtur adſcribendum. Anglia enim firmisſima longaqve pace tunc fruebatur, regnante Eliſabetha, fœmina, ſi qvæ unqvam, glorioſisſima, & virtutibus vere regiis excultisſima; dum circumvicinæ regiones civilibus diſcordiis distractæ pene ad internecionem igni, & ferro vaſtarentur. Illa autem, utut rigida ſcelerum, violatæqve legum auctoritatis qvalicunqve prætextu ſimulatæ religionis Catholicæ, aut falſi zeli reformandi errores, ſive in Rep. ſive in Eccleſia rebus novis ſtuderent fanatici, aut ſuperſtitioſi homines, ſive Genevenſis, ſive Romanæ communionis alumni, vindex, æqvisſima tamen rerum adminiſtratione, & publicæ tranqvillitatis prudentisſima cura ſubditorum bene merentium, qvibus & ſua, & patriæ ſalus erant cordi, animos conciliavit. Ad ipſius vero gratiam nullus, niſi per inſignem virtutem, qvam recte æſtimare, & collatis dignitatibus, & benevolentia fovere ſolita eſt, patebat aditus.

Qvo ſtimulo incitati viri nobiles, præſertim qvos felix naſcendi ſors ſupra vulgus evexit, ad eam obtinendam nihil non auſi, nihil, qvod poſt ſe gloriam

tra-

traheret intentatum; spretis superatisque quibuscunque difficultatibus, & periculis, reliquere. Alii artis nauticæ studiosissimi, aut maritimas hostium oras classibus infestarunt, aut extra solis circulum excurrebant, novas regiones quæsituri, quos non æstus fere intolerabilis, non frigus intentissimum, non nivium cumuli, non fluitantis glaciei insulæ deterruere, quo minus circumnavigato orbe per utrumque polum, si daretur via, stupenda plane audacia perrupissent. Alii in Africam, & Americam colonias deduxerunt, & ad ditandam patriam alienis mercibus, cum Indis, Persis & Muscovitis commercia exercuere. Alios militaris gloriæ ardor in Belgium & Galliam, sub fortissimis Ducibus, mermituros provexit. Alii sese dederunt in clientelam, & comitatum Legatorum, qui exterorum Principum aulas essent adituri, ut earum mores, & versutias coram edocti, iisdem publicis muneribus fungendis idoneos se præstarent. Interim qui domi manserunt, non minus alacres, & occupati erant: hos enim vitam desidem, & ingloriam vivere, & sibi ipsis pariter, ac aliis ignotos esse, & suis laribus abscondi æmula virtus, & pudor vetuere. Alii igitur aulam principis, sedem fortunarum suarum elegerunt, honestis ingenuisque obsequiis, & assidua diligentia Reginæ favorem aucupantes. Alii magnatibus, quos summa virtus ad summos magistratus, & præfecturas provexerat, addicti. Alii, & plures quidem, juris tum civilis, tum municipalis studio invigilarunt, utpote quod ad dignitates, & opes viam fa-

cilem sterneret, ejusmodi periculis, præmaturam mortem intentantibus, quæ continuo subeunt milites, neutiquam obnoxii. Alii scientiis mathematicis mechanicisque solertissime intenti, nova quædam inventa, & sibi, & Reipubl. utilissima, excogitarunt. Alii denique historiis, & antiquitatibus Angliæ & antiquorum sæculorum monimentis è spissis tenebris in publicam lucem eruendis (quod maximi usus in rebus civilibus administrandis foret) operam quam maxime laudabilem impenderunt. Singuli nimirum horum pro diverso vitæ instituto, quod suum erat, acri animorum propensione præstare certatim gestiebant.

Inter hos, quos ultimo recensui, viros nomen suum professus est Cottonus noster; qui Joannis Josceli-ni, Laurentii Noellii, Gulielmi Lambardi, Gulielmi Comdeni, aliorumque magni nominis virorum in hac palæstra summa cum laude decertantium, exemplo incitatus, vel potius non sine adflatu propitii Numinis, vix decimum octavum ætatis suæ annum egressus, ad hanc provinciam ornandam serio, & impendio se accinxit; & grande quippiam, & magnificum in ipsa juventute animo agitans, magna industria, & solertia, sumptibusque pene supra opes cujuspiam, privati hominis, Bibliothecam, codicibus manuscriptis pretiosissimis rarissimisque refertissimam tandem absolvit; qua uti & scriptis suis immortalibus, universam Britanniam, quamdiu erat Britannia, imo & universum orbem Christianum, dum literarum memoria, usus, & honos manebunt, sibi reddidit obnoxium,

&

& tantorum beneficiorum perpetuum debitorem.

Felicissime accidebat, quod, cum ineunte superiore seculo, profligata Scholasticorum barbarie, bonæ literæ junctis, & suave conspirantibus eruditorum operis, communicatisque consiliis, per totam fere Europam renascerentur, sub auspiciis Henrici octavi, literati Regis, & literatorum fautoris amantissimi, historiæ Anglicæ studium laboriose excoli cœpisset. Polydorus autem Virgilius, Romani Pontificis quæstura illo tempore in Anglia fungens, prærepta cæteris hac in re gravissima gloria, antiquitatum nostrarum memorias primus renovavit, generalemque gentis nostræ historiam à primis illius originibus continua serie, ad sua tempora, eleganti stylo deduxit. In qua si parum accurate in multis egerit, si plura memoratu dignissima omiserit, si falsa veris subinde intermiscuerit, non perfide tamen, aut malo animo; sed ex oscitantia, nimia festinatione, minusque attenta auctorum, quos delibaverat, lectione, id sane homini Italo, ni, (quod inoffensis Lelandi, & Savilii manibus dicendum arbitror) nimium rigidi, & iniqui censores haberi velimus, vix imputandum videtur. Potius tanti hospitis, qui arduum hoc, & diffusissimum opus, nullo præeunte duce, quem sequeretur, magno animo aggressus est, ingenium, industriam, & virtutem debitis, quas promeruit, laudibus, prosequi oportet. Utcunque maxime debetur Polydoro, quod labor iste, in aliena terra impensus, nostratium, quorum intererat, historiam accuratiorem, & omnibus nume-

meris perfectam, absolutamque, si non integram simul uno conspectu, saltem per partes in lucem publicam dari, animos ad justam laudabilemque æmulationem excitaverit: & potissimum Lelandi, qui editis præclarissimis de Antiquitatibus nostris speciminibus & eximio libro de illustribus Scriptoribus Britannicis composito, cui ultimam manum, ut videtur apposuerat, ingentique Collectaneorum, de quibus alibi fusius egi, mole relicta, abunde demonstravit, quanta in hoc genere literarum ab ipsius prodigiosa diligentia essent exspectanda, nisi phrenesi correptus, longe ante senium præmaturis fatis cessisset.

Uterque vero viam monstravit, qua omnino esset insistendum, si quispiam hoc nobile argumentum satis pro dignitate tractare vellet: nimirum ad fontes historiarum recurrendum esse; antiquos auctores consulendos, & inter se conferendos, ne veritas sola unius fide niti videretur; chartas, & diplomata Regum diligenti versanda manu; archiva Monasteriorum Ecclesiarumque cathedralium exploranda; & bibliothecarum forulos sacratioresque recessus curioso oculo lustrandos. Non enim aliunde, quam ex actis publicis, avthenticisque instrumentis certam perfectamque, anteactorum seculorum cognitionem haurire licebit. Scriptoribus hisce vetustis, quæ erat illorum temporum infelicitas, bellis undique circumstrepentibus, & inducta quoque aliis de causis barbarie, defuere styli politura, & elegantia, non industria, non judicium, non amor veritatis. Frustra enim sumus, & invidiæ

bitur, ac læsæ veritatis arguendi, si Monachos, cura sui, aut posteritatis susque deque habita, & gulæ deditos, turpi otio vitam transegisse iemur. Certissimum enim est, ut cæteris do- capitibus omissis, verba de sola re historica n, illos, utpote exploratores, testesque ocula- uritos, rerum cujuspiam momenti suis tem- ú contingentium memoriam libris mandasse, mirum, & altero in majoribus Monasteriis ad stitutum munusque obeundum deputatis. e quibus foret, ut de rebus post adventum am in Angliam gestis, nihil comperti habere- non minus ac de statu Britanniæ, antequam Cæsar in insulam appulerit, quid tribus abhinc accidisset, sola incerta, ac fallaci traditione penitus ignoraremus, & cum nostris deli- comptulisque elegantiis pene barbari fuisse-

Ad hæc accedit, ut quicquid cum exteris pibus, sive in fœderibus ineundis, sive in con- dis nuptiis, sive in stabiliendis commerciis pu- transactum fuerit, item literas & bullas Ponti- , responsa, edicta, & ordinationes regum, re- Episcoporum, constitutiones provincialium iorum, decreta Parlamentaria, cæteraque uæ ad communem regni, & Ecclesiæ statum nt, ea omnia in registris suis referri curaverint, futuris temporibus, si qualis, si qua dubitatio ur, omni legitima, contra ejusmodi sacrosan- auctoritatem, unanimemque confessionem ex- ne penitus submota, de illorum fide, & veri-

ta-

care maxime constaret. Quæ de causa
sua prudentia universum de ipsis in regno
jure, deque ac magis ipsi tanquam
no præteritis processum in quorundam
Monasteriorum chartulariis, non paucis
dum nunc Angliæ, quam vendicavit,
præsidiis ex iisdem quoque petitis,
jussit invictissimus & fortissimus Rex
dus I.

Quam vero in omni literarum genere
ex ipsis, (neque enim omnes ex illis greg
quam bruta, & inertia pecora, damnandi
sidiis, quibus nos abundamus, quæque nos
te animo sinimus effluere, destituti excell
numeri codices, quibus cœnobiorum bibl
olim tumuere, ultra omnem sive dubitandi
villandi vim evi cunt. Quod cuivis ex vitæ
instituto, ad quod solemnibus votis erant
cti adeo clare constare possit; ut ad fidem
dam Joannis Bostoni, Monachi Buriensis, & J
Lelandi, qui, perlustrata Anglia, indices codi
quos ubique in illis sacris ædibus reperiebat, (
teros quantivis pretii è Latio, vel Græcia allatos
motissimamque præ se ferentes antiquitatem
ceam) contexuere, aut Balæi Pitsæive, qui illor
scrinia compilarunt, testimonia allegare neutiq
opus habeam. O! si sacer cultus à superstition
eptisque ritibus, & doctrinæ Christianæ profes
novorum dogmatum corruptelis pariter vacasse
vita ab otio; si à religionis, quam amplexi

ntes,sese spurcitie, & libidinibus non
visitatores criminati sunt; si Regiæ
spretis divinis humanisque legibus,
ste violassent, non adeo in ipsos tan-
ite fuisset hic apud nos animadver-
e autem dolendum est, & labes æter-
iriciano inurenda, nisi potius culpæ
ia in ipsius administros, sacrilegii; &
iifestos, transferatur, quod in ista
k horrenda Monasteriorum subver-
verso orbe obstupescente, postea se-
sacra supellectile libraria, cujus ja-
non potuit, non melius fuerit pro-

ie summo dolore, & indignatione
m amantes adspexere. Quid enim
idum,aut execrandum magis, quam
i, & industriæ, tantarumque vigilia-
ta fierent sacrilegorum, & indocto-
;ni, aut spurcis usibus destinanda?
i horum pars hodie superest! quam
ex isthoc fatali incendio ereptæ! &
im omnia, ni pauci, quibus thesau-
o erat in honore, opportune interve-
im hoc sacrum merciconium, prout
li pretio vendentibus libitum fuit,
ebatur. Ut huic malo aliquantu-
poneretur, supplicibus libellis ad-
iam Cronwellum, Vicarium gene-
ix istud negotium monasteria dissol-
yen-

vendi à R. Henrico præcipue commissum erat, Lelandus ad Reginam Mariam, Joannes *Dee propofuere, ut collecti undique ejusmodi libri, quotquot superessent, honestis conditionibus in Bibliothecam Regiam inferrentur. Quantis elogiis in æternum essent celebrandi, si hisce æquissimis postulationibus faciles aures adhibuissent.

Sed hæc gloria Cottono nostro reservabatur. Ille enim cum pro sagacissimæ mentis solertia perspectum habuerit, neque se accuratam historiæ Anglicæ cognitionem, cui maxime erat intentus, absque vetustorum Historicorum optimæ fidei, qui res suas, & majorum, successionesque temporum libris in perpetuam memoriam, licet sermone inconditto, mandarunt frequenti, & assiduo usu indipisci posse, neque sibi, & posteris pulcrius ornamentum, neve patriæ firmius præsidium fore, quam ex tali thesauro literario: omnem curam adhibuit, in hoc nervos ingenii, & industriæ contendit, nullis laboribus sumptibus nullis parcens, forte in non leve rei domesticæ damnum, ut codicum MSS. copiam non tam in ipsius peculium, quam ad communem literarum utilitatem coacervaret. Mature quidem inceperat, h. e. ab anno 1588. (isto enim anno librum magni æstimandum propria manu signatum vidi) nec per totam deinceps vitam ab ista laboriosa indagine cessavit.

Longa vero mora in ædibus paternis, vitæ, quam sequendam proposuit, rationibus ac instituto vix per

* Vitel. C. VII.

mnia convenire videbatur. Licet enim in i-
cessu, non neglectis vitæ humanioris officiis, aut
ucenitatibus cynica austeritate susqve deqve
is, procul ab omni tumultu, & strepitu, chartis
llescere, inqve vetustis scriptoribus, qvi arcana
um temporum consilia, & facinora, cum nullus
, aut adulationi relinqveretur locus, fideli opera
ssent, etiam dum solus videretur, legendis
ari: in deliciis habuerit: tamen ex virorum
itorum familiari consvetudine, & usu studia
e melius, & felicius processura, & non medio-
ncrementum, & pondus inde oriri extemplo
enim de re manifesta dubitandum erat, multo
diu anxie deliberandum) agnovit. Ideo
dinum se contulit, cum viris magnis studiorum
amicitiam initurus. Urbs enim illa, si cum
conferatur, alter orbis merito habenda. Illuc
a confluentibus omnium ordinum, omnium fa-
tum, ac professionum, ne dicam, omnium gen-
hominibus, ea omnia, qvæ in usu civilis vitæ &
ssaria, & utilia habentur, & sapientiæ adipiscen-
onducunt, juvenibus è sinu Academiarum edu-
modo industria, probitas, animusqve ex libera-
nversatione in melius proficiendi capax & cupi-
adsint, audire, videre, & adseqvi licet. Heic
in societatem Antiqvariorum, qvos idem geni-
flarat, non tam aliorum commendatione, qvam
pria virtute facile admissus, præ cæteris Guliel-
n Camdenum, qvi tanqvam novus sol exortus,
nium oculos in se converterat, Britanniamqve,

 exteris

exteris pene ignotam, vix antea bene notam
diis ingenii, & eruditionis illuſtrarat, maxim
it. Hinc ab illa ſimilitudine ſtudiorum, &
patrias antiqvitates penitius indagandi, ex
ſumſit ſacra illa, & arctiſſima amicitia, qvam
officiis uterqve continenter fovebat, nulla
qvæ inter optimos ad maxima qvæqve æqvo
oſius contendentes interdum ſolet oriri, litibus
fœdata, nullis temporum viciſſitudinibus, dum vita
maneret, interrupta, imo ne morte qvidem ipſa ter-
minanda.

Camdenus enim tanti amoris, & benevolentiæ memoriam non ſolum ex ingenioſo Reliqviarum libro, qvem Cottono ſuo inſcribit, neqve ex magnificis, illuſtribusqve elogiis, qvibus in operibus ſuis æternum victuris amicum ornat, ſed etiam ex codicibus MSS. numismatibus, ſigillis, aliisqve ſacris donariis, qvæ optimus ſenex, anima jamjam ad cœlos avolatura, bibliothecæ Cottonianæ dedicaverat, in omne ævum extare, & ſupereſſe voluit. De hac Societate, qvam dixi, Antiqvariorum, cujus ingens decus, & præſidium erat Cottonus noſter, pauca his inſerere à re non erit alienum, nec, uti ſpero, lectoribus curioſis injucundum.

Huic ſocietati laudabilis qvorundam ingenio præſtantium virorum induſtria, & curioſitas dederant initium, qvi pro innata animorum propenſione, qva qvisqve ad ſui ſimilium amorem, & cultum fertur, ſæpe, prout ratio negotiorum ſinebat, convenire conſveviſſent, de patriis antiqvitatibus inveſtigandis
in

…ane consulturi, sermonibus de hisce rebus
… familiaribus amicorum congressibus solet…
…tro citroqve habitis. Pauci qvidem primo
…; sed mox alii sese adjunxere: & jam multa in
… hujus novellæ institutionis sparserat con…
…s fama, ut ab isto tempore novis his viribus
…adolescere videretur. Qvod circa annum
…XC. factum erat, qvando solemniores con…
…s statis diebus, non qvidem per integrum an…
…continuandi, sed durantibus Comitiis forensi…
…haberi inceperint. Convenere autem ut plu…
…m in ædibus D. Gulielmi Dethick in Collegio
…aldorum: ubi olim erant ædes Thomæ Stanleji,
… Comitis Derbiæ, (inde ædes Derbienses vulgo
…upatæ) ab ipso conditæ, qvas Regina Maria post…
…nno primo, & tertio R. Philippi, & ipsius, Chri…
…ro 1555. in Heraldos, ab illis, & successoribus
…ndas transcripsit. Propositis vero gravissimis
… antiqvaria, sive qvæstionibus, sive articulis, non
…estim de iis, qvasi tumultuario erat disceptan…
…; sed tres qvatuorve, interdum plures, nomi…
…ur, ut qvicqvid ex vetustis libris hauserint, qvod
…ustrandis inserviat, proximo congressu scripto
…beant coram legendum, explorandumqve, ut
…ex collatitiis operis veritas in profundo latens
…s erueretur, resqve à nostro seculo remotissimæ
… præsentes sisterentur, illarumqve origines cla…
…atefierent.

…æc consilia inter sese privati homines agitabant,
… publica auctoritate muniti. Deerat enim di…

Extat qvidem brevicula, rudisqve
ſimi propoſiti, qvod mente diu co
majeſtati humillime, ſupplicibus li
di, delineatio, à Viris clariſſimis, C
anne Dotterigio, poſtea ſucceſſive
placitorum, tùm Regii Banci Juſt
mo, & Jacobo Leigh, ad digniti
Marleburgo à R. Carolo I. primo
paulo antea fuiſſet Angliæ Theſau
promoto, adornata; prout ex ne
aliena licet manu ad finem appoſ
facere licet. Hujus præcipua capi
bliothecam, ſive in xenodochio S
domo Eqvitum Joannenſium Hie
in ſuburbiis Londinenſibus, ſive a
is, & amicorum, extruendam; in
ces MSS. originales chartæ, & inſtr
ca, ſpoliorum ex monaſteriis ſul

idam. Præsidem, & socios, qvorum duo sin-
annis eligendi in custodes Bibliothecæ deputa-
ur, facultatem, ea omnia juxta statutorum, ab il-
escribendorum formam ordinandi, qvæ ad A-
niam melius regendam spectant, habituros. A-
micis ædes commodas prope Bibliothecam, ubi
itutis diebus conveniant, assignandas; eosqve
tioni, ab Archi-Episcopo Cantuariensi, magni
i Angliæ custode, Thesaurario, Admirallo, &
erario, primario Secretario, & summo Justitia-
qvinqvennio, ad qvinqvennium faciendæ, sub-
ados. Libros qvoscunqve editos ad regimen,
lministrationem Reipublicæ, sive ut populo, sive
cteris satisfiat, qvoqvo modo pertinentes, & præ-
e, edicta Regum, & Reginarum Angliæ (qvæ
lamationes appellantur) ob raritatem exempla-
a paucis annis interjectis vix absqve magno labo-
perienda, diligenter admodum colligi, & fide-
ne servari oportere. Juvenes nobiles in hoc
arum genere, & modernarum, ut loqvuntur,
varum cognitione instituendos; deniqve hanc
am societatem neutiqvam in præjudicium, &
mum Academiarum, Oxoniensis, & Cantabri-
isis cessuram: cum heic, seclusis artium & scien-
um liberalium, Theologiæ, Juris civilis, Medici-
& Philosophiæ studiis, qvibus docendis illæ opti-
adaptantur, de Historia, & Antiqvitatibus An-
anis, qvarum in illis professio nulla publica insti-
i fuit, tantummodò esset agendum. Qvo tem-
e istos supplices libellos (neqve enim annus in-

scheda, qvam in compendium redegi, signatur, nec qvicqvam de hac societate ullibi, qvod sciam, habetur explorati) Reginæ in manus dederint, incertum. Sed facile inducor, ut credam, hæc seculo superiore exeunte contigisse; eo qvod se freqventi usu hisce studiis exercitatos, jam à longo tempore coetum suum celebrasse verbis conceptis asserant. Verumtamen, magni viri à magnis ausis excidere: & sane verisimile mihi videtur, illud, qvod adeo sollicite sibi præcavendum duxerint, in causa maxime fuisse, ne impetrato isthoc auctoramento, utrisqve Academiis, qvasi qvippiam momentosum in nobilium filiis educandis illic esset desiderandum, aliqva labes, & nota inferrentur.

Regina Elisabeta jam in cœlum recepta, de obtinenda serenissimi R. Jacobi I. gratia strenue laboratum erat: id negotii qvam maxime urgente D. Cottono apud magnates, qvos in aula habuit amicos. Sed iisdem suspicionibus, & præjudiciis adversus hanc novam Academiam publica auctoritate instituendam, manentibus integris, nec facile avellendis; vel qvia Regis animus, licet ad literas fovendas propensissimus, rebus longe majoris momenti expediendis sub initiis regni occuparetur; hi qvoqve conatus in irritum cecidere. Attamen repulsam licet passi, à freqventi consultatione, uti antea, non cessarunt: multis ad tantorum virorum consortium adspirantibus. Inter qvos eminuit vir celeberrimus, & ingens Ecclesiæ Anglicanæ lumen, Lancelotus Andreas, Decanus tunc temporis Ecclesiæ Westmo-

na-

nasteriensis, & postea magno merito suo Episcopus Wintoniensis, qvi, sparsis rumusculis, qvod illum in sociorum numerum adlegissent, literis ad D. Hartwellum mense Novembri, A. M. DC. IV. scriptis serio professus est, se, postqvam id vel ab ipso, vel à Domino Camdeno pro certo resciverit, ad illos citra moram properaturum, qvibus, honoris adseqvendi ambitione percitus, petit aggregari. Post paucos vero annos, re optime perpensa, ne initis ejusmodi, licet innocentissimis, consiliis, qvippiam mali contra Rempublicam illos moliri Rex, Consiliariive suspicarentur, finis societati, ipsis sociis sponte cedentibus, tandem impositus est. Utinam integrum sociorum catalogum possem contexere: sed harum rerum obsolescente memoria, vix illud expectandum est.

Paucos tamen, de qvibus mihi ex certissimis indiciis constat, cum illud illorum famæ, & meritis maxime debetur, ordine alphabetico memorabo. Ii autem erant Arthurus Agard, Lancelotus Andreas, Henricus Bourchier, Ricardus Broughton, Gulielmus Camdenus, Ricardus Carew, Robertus Cottonus, Joannes Davis, Gulielmus Dethick, Joannes Dodderidge, ... Doyley, Gulielmus Fleetwood, Gulielmus Hakevvill, Abrahamus Hartvvell, Michaël Heneage, Josephus Holland, Thomas Lake; Franciscus Leigh, ... Oldsvvorth, Willielmus Patten, Joannes Stovv, Thomas Talbot, Franciscus Tate, Franciscus Thynne, & Jacobus Whitlock. De cæteris sociis, præcipue post annum hujus seculi qvintum,

admissis, nondum constat; licet de Gulielmo Lisle, Henrico Spelmanno, & Joanne Seldeno non dubitandum videtur; nec de aliis hariolari libet.

Lemmata vero argumentorum, qvæ viri illustres tractanda susceperint, hic apponere longe consultius videbitur, ut lectori manifestum fiat, non de minutiis tricisqve, nullam laudem, fructum nullum habituris, sed de rebus gravissimi momenti, qvæ veteris ævi historiam illustrant, & qvarum usus erit perpetuus in vita civili apud omnes, qvi paulo supra vulgus sapiunt, in commune consultum fuisse. Ea erant hujusmodi:

De antiqvitate Legum Angliæ.

De duello, sive singulari certamine.

De antiqvitate terminorum, in qvibus jura in foro administrantur.

De antiqvitate urbium.

De mensuris terrarum apud Anglos.

De antiqvitate, & varietate metiendi terram in Comitatu Cornubiensi.

De varietate nominum, qvibus hæc insula olim nuncupabatur.

De antiqvitate comitatuum, qvando nimirum Anglia istam partitionem primo subierit.

De antiqvitate, munere, & privilegiis Heraldorum in Anglia.

De antiqvitate, & privilegiis domorum, sive hospitiorum, tum Curiæ, tum Cancellariæ.

De

De militibus, ab Abbatibus, tempore R. Henrici I. & antea, conſtitutis.

De antiqvitate inſignium gentilitiorum.

De antiqvitate, & ritibus funerum.

De antiqvitate oppidorum, urbium, caſtellorum, & parochiarum.

De antiqvitate feudorum militarium.

De antiqvitate, & prima origine Ducum, Marchionum, Comitum, Vicecomitum, Baronum, Eqvitum, Servientium ad legem, Armigerorum, aliorumqve qvos Gentlemen appellamus.

De epitaphiis.

De antiqvitate, varietate, & ratione ſymbolorum, qvæ ſub inſignibus ſolent apponi.

De tenuris, h. e. de variis prædia, terrasqve occupandi modis.

De ſigillis.

De pecunia Sterlingica, unde nomen habuit.

De foreſtis.

De diviſione, & limitibus parochiarum.

De ſepulcris, aliisqve monimentis, memoriæ defunctorum apud poſteros conſervandæ deſignatis.

De antiqvitate comitatuum Palatinorum, honorum, vel maneriorum.

De antiqvitate religionis Chriſtianæ in Britannia.

De antiqvitate, dignitate, & officio, ſive munere Conſtabularii, Mareſchalli, & Seneſchalli Angliæ.

Superſunt commentarii his titulis prænotati, breves qvidem (neqve enim,ut prolixe de his argumentis ageretur, ſivit ratio inſtituti) ſed varia eruditione referti; digni ſane, qvi in lucem publicam exeant; qvorum editio facile procurabitur,ni bibliopolarum obſtet avaritia. Sed de hac Antiqvariorum ſocietate ſatis: ad D.Cottonum redeo.

Cum ex hiſtoricis eſſet exploratiſſimum, Romanos diutius Borealibus Angliæ plagis, qvam alibi inſediſſe, ibiqve freqventiora caſtra, prætenturis utpote militum verſus vallum Severi à mari ad mare propemodum exporrectis, ad coërcendos Britannos,Pictosqve ferocientes, & plane indomitos, ne provinciam pacatam, novisqve dominis jam adſvetam, ferro, igni, immanibusqve populationibus, ſi irrumpentibus facilis daretur aditus, vaſtarent, habuiſſe: Cottonus, & Camdenus pari antiqvitatum inveſtigandarum amore incenſi, illo A. C.M. D. XCIX. æſtate ſimul proficiſci decreverunt, murum iſtum, uti appellatur, Picticum, per tot viarum anfractus, & receſſus extenſum, aliasqve Romanæ, dum Anglia potirentur, tum induſtriæ, tum magnificentiæ reliqvias oculis pedibusqve luſtraturi. Nusqvam ſane potuit iter aut jucundius, aut utilius inſtitui: cujus fructum omnes harum literarum amantes adhuc ſentiunt. Tali qvidem comite merito gaudebat Camdenus, cui ſe multas inſcriptiones, in comitatibus Cumbriæ & Northumbriæ, repertas, qvas nempe vidit, & deſcripſit Cottonus,

debere

debere gratus (*) profitetur. Hæc vero monimenta, si qvis præter Epigraphem ornatus circa adfuisset, graphice depinxisse non contentus, qvotqvot ex his, licuit pretio redempta, postea non sine ingenti sumtu, & labore ad ædes suas Coningtonias transferri curavit; adjutus hac ex parte cura amicorum, præsertim nobilissimi viri, & (**) harum literarum summi cultoris, D. Gulielmi Hovvardi de Navvorth, filii tertio geniti Thomæ, Ducis Norfolciæ, sub R. Elisabeta capite plexi, qvi literis ad Cottonum scriptis vota calidissima intermiscuit, ut marmora illa sub ipsius, & familiæ præsidio tanto temporis intervallo intemerata servarentur, qvantum ab eorundem prima erectione ad istum diem decucurrisset. Iter enim istud Boreale, hoc qvoqve nomine felix, & auspicatum, dedit prima amicitiæ inter viros nobilissimos initia, qvæ ex morum, & studiorum similitudine orta, longo usu, & continua annorum serie adeo crevit, ut, qvo conjunctior firmiorqve, & nepotibus, ipsis fato cedentibus, immortalis fieret, postea est occasione connubii inter Margaritam filiam D. Hovvardi, & Thomam, D. Roberti Cottoni filium unicum, & hæredem ineundi oblata, de affinitate contrahenda utrisqve parentibus facile conveniret.

Famam, qvam juvenis ingenio, & industria adeptus est, maturioribus annis solida eruditione, & prudentia continenter auxit. Idem vitæ tenor, modus-

(*) Britann. p. 662. V. etiam p. 660. (**) Edidit ex Bibliotheca sua instructissima vir nobilissimus Chronicon Florentii Monachi Wigorniensis A. C. 1592.

dusqve, non otio, non luxu, aut remiſſus, aut interciſus; eadem codices vetuſtos tum comparandi, tum legendi cupido, & diligentia. In hoc enim maxime intentus videbatur, non ut eorundem collectione pompam oſtentaret, aut aſſiduā lectione fabulis jucundis in circulis otioſorum captandi applauſus gratia depromendis, ac inutilibus, rerumqve inanibus ſpeculationibus animum lactaret; ſed ut Anglici regiminis in ſuas partes, & munera diſtributi formam integram ab ipſis primordiis per omnium ſeculorum ſucceſſiones, ac viciſſitudines penitiſſime edoctus, documentis, pro mentis, qva pollebat, ſagacitate inde collectis, ſi forte in ſanctiori Regiæ majeſtatis conſilio, aut ordinum regni conſeſſu de negotiis maximi momenti ad rempublicam attinentibus ſententiam dicturus eſſet, viri ſapientis, ac boni civis à ſapiente Principe, atqve ſapientibus, bonisqve concivibus elogium reportaret. Ejusmodi vero ambitionem, honeſtam ſane, & cum utilitate, & commodo patriæ conjunctiſſimam, qvis ſive ſapiens, ſive bonus damnaret? qvis non potius, licet inſipiens, improbusve debitis laudum præconiis proſeqveretur?

Qvam vere autem, qvam expedite, qvali cura, fide, ac judicio iſthoc propoſitum impleverit, conſultationes de arduis regni, qvibus interfuit, negotiis; amicitiæ, qvas cum magnis viris fecit; munera, qvibus pro re natā ſubinde admotus erat; diſceptationes, & reſponſa, qvæ pro vario rerum emergentium ſtatu, à conſiliariis, magnatibus, Jurisperitis, omnium-

um-

umque ordinum viris clarissimis interpellatus, solertissime dedit; denique scriptorum partim editorum, partim edendorum, sylloge, cuivis bonæ mentis, & harum rerum vel mediocriter intelligenti, satis dilucide testabuntur.

Cum Philippus Rex Hispaniæ ad pacem cum Anglia ineundam propendere videretur, Elisabeta Regina, licet illum id non vere, & ex animo fecisse comperisset, importunis tamen R. Henrici IV. Regis Galliæ, precibus & postulationibus victa, tandem voluit, ut D. Henricus Nevillus, tunc temporis in Gallia legatus, aliique Delegati, Bononiam, ad oras Galliæ maritimas sitam, quam tabulæ Peutingerianæ eandem esse cum Gessoriaco signant, recta irent, cum Deputatis Hispanis de æquis novi fœderis conditionibus deliberaturi. Illa vero gnara non modicas de præcedentia lites in ipso limine exorituras esse, ut dignitatem suam melius tueretur, rationes & argumenta, quibus Angliæ jus erat statuminandum, à quibusdam viris doctissimis ex societate Antiquariorum, quorum fama ob exquisitam rerum Anglicarum cognitionem dudum in aula percrebuerat, colligi jussit. E quorum numero Cottonus * paucis schedis totam controversiam complexus, ex hisce summis capitulis, quorum singula in suos diducuntur articulos, superiores partes Angliæ merito deberi ostendit; Religionem Christianam in Angliam primo introductam fuisse; Reginæ potestatem, tam civilem, quam Ecclesiasticam, in ditio-

* Julius C. VIII.

tionibus ſuis, in quibus parem non habet agnoſcitve, multo minus ſuperiorem, magis abſolutam, & perfectam; Reges Angliæ à longa majorum iſthoc titulo gaudentium ſerie, utpote à temporibus Vortigerni, qui circa ſeculi quinti à Chriſto nato medium regimen Saxonicum hic ſtabiliverat, deductos; cum Caſtella, de cujus antiquitate maxime gloriantur Hiſpani, ſolis Comitibus usque ad an. C. 1017. regeretur; Reges Angliæ unctos, miraculoſaque quadam ſtrumas ſanandi poteſtate cœlitus donatos, inter ſuperilluſtres Reges, Hiſpanis proximo loco poſtpoſitis, cenſeri; potiſſimum vero, & quod maximam in ſe vim habere videbitur, Angliæ Legatos in Conciliis Conſtantinenſi, Piſano, Senenſi, cedentibus Hiſpanis, (qui poſtea in Concilio Baſileenſi, quod A. C. 1431. habitum erat, de loco, & ordine primo contendebant, licet fruſtra) tam in conſeſſu, quam in proceſſionibus, quod vetuſtæ ordinationi in libro ſacrarum cæremoniarum Eccleſiæ Romanæ comprehenſæ conſonum erat, potiorem locum obtinuiſſe; fœderis inter R. Henricum VII. & Philippum R. Caſtellæ initi articulos à Legatis Angliæ prius ſignatos; idemque in pactis nuptialibus inter Reginam Mariam, & R. Philippum II. ſubſcribendis quoque factum fuiſſe. Hæc vero, aliaque cognati argumenti, quæ Antiquitatibus tum Anglicis, tum Hiſpanicis illuſtrandis plurimum conducunt, ex archivis, & tabulariis publicis, èque noſtris, aliarumque gentium Hiſtoricis, ſumma cum ingenii, tum induſtriæ laude ſolertiſſime excerpſit Cottonus.

Poſt-

Postquam placidissima morte vitam gloriosissimam, quam non tam annis, licet grandæva, quam victoriis, & triumphis emensa est, commutasset Regina Elisabetha: Rex Jacobus, rebus in Scotia compositis, ad potiundum illud imperium, quod summo, & optimo jure ipsius erat, à proceribus invitatus, in Angliam properat, effusissima populi lætitia, continuisque acclamationibus ubique exceptus. Londino propinquus, se prout convenerat, ad ædes Carthusianas in suburbiis divertit, ibi pernoctaturus, ut sequenti die solemniori pompa, infinita civium novum Regem visendi, & salutandi cupidine flagrantium multitudine circumfusus, per urbem ad palatium deduceretur. Interea, nescio quibus rationibus politicis inductus, (non enim decet profugam istam, quam ab ipsius primo in Angliam ingressu per totam deinceps vitam continuavit, titulorum & dignitatum largitionem, quæ sub Regina Elisabeta rarissimæ erant, & non nisi optime merentibus collatæ, acri censura perstringere) plusquam centum, & viginti Equites auratos promiscue constituit; inter quos numerandus Cottonus noster; uti postea plus, quam trecentos die nimirum, qui ejus coronationem præcessit; Amicis Cottoni, Thoma Bodleyo, & Henrico Savilio non nisi anno sequenti, hoc mense Septembre Windesoræ, illo Westmonasterii mense Aprili, in Equestrem ordinem adscitis: quorum famam, & memoriam (cæteros enim, licet gloria militari insignes, aut juris Anglicani scientia, aut opibus, lautisque fortunis, aut

mu-

muneribus, quæ tum gesserint, spectabiles, recensere nihil mea refert) ob summam virtutem, & eruditionem, & ob præclarissima in patriam merita, & beneficia grata posteritas æternis elogiis celebrabit.

Mox subsecutis temporibus ea negotia, numero, & materia varia, perplexisque difficultatibus obsita, subinde obvenere, quæ Cottoni jam, consentiente omnium opinione, accurata rerum civilium cognitione instructissimi, industriam, solertiam, & operam efflagitarent. Hinc magnatibus, quos Rex in secretius concilium adscitos rebus administrandis propius admovit, notus, & quidni dicam familiaris redditus? sæpe ab iisdem, si quid dubium ex intimo antiquitatis penu explorandum occurrisset, tanquam oraculum consulebatur. Præ cæteris honoratissimus D. Henricus Howardus, frater ante memorati Ducis Norfolciæ, à Rege, antequam Londinum advenisset, inter Consiliarios cooptatus, & sequenti anno Baro de Marnehill, & Comes Northamptoniæ creatus, & postea, nempe anno M. DC. VIII. Custos privati sigilli constitutus, vir perquam excellenti ingenio, quod libri, multifaria eruditione referti, quos edidit, testantur, pariterque prudentia, artibusque politicis insignissimus, illum sinu excepit, arctaque amicitia, nec illa quidem pro levicula affectuum agitatione post mensem unum, & alterum cessatura, sed constanti, & perpetua, utpote quæ virtute & sapientia niteretur, complexus suorum arcanorum fecit participem, & orationes, si quas in publi-

bli-

blicam lucem daturus esset, præsertim vero præclaram illam, quam habuit in foro Londinensi in actione contra Garnettum, aliosque proditionis pulverariæ architectos, (orationes, ut id obiter dicam, non subitaneo cogitationum æstu parum considerate absque aliqua connexione effusas, remque, de qua erat disserendum, minime attingentes, sed seria longaque meditatione, & studio pro dignitate argumenti elaboratas) ejus censuræ, concessa eas pro arbitrio immutandi potestate, subjicere; & si quid coram Rege in sanctiori consilio publice disceptandum esset, cum ipso prolatis sententiis clam disceptare, lumenque & præsidium, vel ex colloquio, vel ex literis mutuari, non sibi indecorum esse duxit. Tantam in animo suo de sapientia Cottoni opinionem, tantam in ejus probitate, & fide præceperat fiduciam. Cottono ægrotante non levis dolor animum torquebat, metusque, ne quid humanitus acci-deret; cui postea, cum Deus jacturam istam, seculo vix reparandam, misericorditer avertisset, restitutam salutem summa lætitia, & affectu perbenevolo gratulatur. Et sane familiares istæ, quas ad illum dare solitus est, epistolæ merum spirant amorem, & quasi observantiam; nec majus excelsi, & plane heroici animi indicium exhiberi possit, quam illas virtutes, quas quispiam in se habet, in aliis colere, & admirari.

Non multo post Cottonus celsissimo Principi Henrico, filio primogenito R. Jacobi I. hac occasione oblata, innotuit. Nuperrime Regi consultissi-

 mum

mum videbatur, ut aula Principis, jam juvenescere incipientis, ab ipsius & loco, & famulatu pro honore Regiæ familiæ, quo assignatis palatio, officiariis, Sacellanis, aliisque ad aulam constituendam necessariis famulis, augustiorem in modum viveret, distingueretur. Licet vero universa rei tam bene ordinatæ, & constitutæ dispositio ab arbitrio Regis penderet, Principi tamen, sive ex motu proprio, sive, quod longe verisimilius est, suggerentibus suis, quantum redituum principes Walliæ, sive ex indultu Regum, sive ex jure municipali, seu qualicunque modo, ad sumptus faciendos, & numerosam familiam alendam vendicaverint, vel saltem pro more ex ærario, habita temporum ratione, perceperint, quæ jura & prærogativæ ipsis ex ista felicissima sorte nascendi accreverint; qui officiarii, qui denique ritus, ceremoniæ, moresque, quibus regerentur, olim obtinuerint; cum id neque incongruum, neque injucundum foret, inquirere placuit: ejusmodi quæsitis à nemine melius, quam à Cottono satisfieri, id vero apud omnes erat indubitatum. Illum ideo jussu Principis D. Thomas Chalonerus, qui erat ipsi à studiis literarum, literis frequentibus consulit, tandemque monet, Principem velle, ut præsens cum ipso de hisce rebus verba habeat.

Sed longe utiliorem operam & Principi, & Patriæ simul prudentissimis consiliis, quod heic alienis loco, & tempore memorabo, navavit Cottonus, quibus illius animum ab artium bellicarum studio avertere aggressus est.

Qvi-

Qvidam Feroculi, & fervidioris ingenii, militiæ plus æqvo addicti, pacisqve ex fœdere, cum Hispanis non ita pridem redintegrato, (A. Ch. M.DC.IX.) qvam sub pacifico Rege qvietisqve amantissimo firmissimam fore, nec facile turbandam, tristes præsagiissent, pertæsi, mollem Principis animum, & flecti facilem militaris gloriæ præstigiis perstringere, speciosisqve simulacris ludificari, summo opere contenderunt, ut ad illorum partes tuendas traheretur: scheda (*) illi in manum porrecta, qvasi cæteris studiis, qvæ privatorum sunt, insuper habitis, tanqvam dedecori futuris, magnæ Britanniæ hæredem armis tractandis ab ipsa juventute adsvescere maxime decuisset; hoc videlicet imperium, qvod Saxones, & Normanni armis adqvisivissent, iisdem conservari oportere; ubiqve fortitudinis Anglicæ, & bellorum feliciter gestorum monimenta extare; pacem bello tum acqvirendam, tum firmandam esse; temporibus mutatis, eandem virtutem, qva proavi inclaruerint, longa experientia auctam, fretamqve tum consiliis, tum exemplis, qvibus Duces provide, & utiliter uti possint, nepotibus inesse; necessitatem qvoqve belligerandi incumbere, ne domi insurgeret hostis, qvi melius extra qværendus erat; otio, voluptatibus, ac nimia pecunia lascivientes, longæqve pacis incommoda luentes, ad seditiones, & tumultus, imo ad civilia bella promptiores fore, exercitu in alienas terras immisso, ferocientium animos, ne qvietam Rempubl. prensationibus, factionibusqve suis lædant,

* Cleopatra F. VI.

dant, turbentqve, alio abſtrahendos; ibiqve omnium ordinum ſubditos ſcientia rei militaris, tuendæ patriæ neceſſaria, tanqvam in ſchola publica inſtitui ſolere; artem unicam, nimirum debellandi populos, Principi convenire; immenſas opes ex ſpoliis, à Gallia, & Hiſpania reportatis, in Angliam olim advectas; provincias ſubjugatas ſtipendia militibus perſolviſſe; impenſas ex vectigalibus novis ærario aliunde illatis, amplo fœnore redditas; famam gentis apud præſentes longe lateqve propagari, & apud poſteros immortalitate donandam; novorumqve titulorum ſplendorem Regibus noſtris inde acceſſiſſe; denique victoriis, & triumphis, Anglis, Scotisqve, poſt ſopitas, qvæ illos per tot ſecula commiſiſſent, inimicitias, in unam gentem, ſub unius Domini nutu, & imperio coaleſcentibus, propitiis fatis concurrentibus, jam longe, qvam unqvam antea, patentiorem, faciliorem qve viam muniri; utpote hoſtes vicinos, qvi à tergo premerent, inſtarentqve, nunc in hac nova regnorum unione æterno fœdere ſociatos, non amplius interceſſuros, ſed ad ſubſidium, communemqve cauſam tutandam alacri animo concurſuros.

Hiſce plauſibilibus argumentis animus, nondum maturo judicio ſubactus, & adulatorum inſidiis, fraudibusqve obnoxius Auguſti juvenis, gloriæ non parum avidi, (qvod in Principe maxime laudabile eſt, modo intra limites juſti, & æqvi contineatur) facile qvidem irretiri potuiſſet, niſi melior diſciplina, reſponſumqve, qvod Cottonus ejus juſſu adornabat, obſtitiſſent. Ibi enim falſis coloribus pigmentisqve

ob-

obliteratis, imaginem istam, non Venerem, sed Aten, vultu horridam, tetramqve, nullis amoribus, ne adspectu qvidem tanti Principis dignam, imo omni odio proseqvendam ostendit; docetqve, innumera mala ab illa effræni late dominandi libidine profluxisse; Reges Angliæ sapientiæ laudibus maxime celebratos, qvibus salus populi cordi fuerat, præ bello, qvod justis de causis geri potuisset, dissimulata provocatione, conditiones pacis incommodas, modo aliqvo modo tolerabiles, & intra debitos æqvitatis fines steterint, elegisse, ac pacem interdum pecuniis numeratis redemisse, nisi ineluctabilis necessitas ad ultimis remediis utendum coëgerit; eventus casusqve bellorum semper incertos esse, & non raro, pro variis rerum necessitudinibus, vel ipsis victoribus exitiales, fœderatis contra illos Principibus vicinis vel ex invidia, vel in sui defensionem, nec ex isto labyrintho extricari sese potuisse: alios, qvos juvenilis ardor ad bella protruserat, etiam post devictos triumphatosqve hostes, ætate matura, & tristi experientia sapientiores redditos, seraqve pœnitentia inductos, suæ temeritatis, malæqve ambitionis puduisse; triumphos inanesqve titulos innumerabilium hominum strage partos, nihili æstimandos, imo, in æternæ infamiæ indicia mansuros; pecunias exportatas, & qvæ domi relinqverentur, accisas, & adulteratas; exactiones varias, multiplicesqve, sub nominibus vectigalium, subsidiorum, & benevolentiæ ad Regibus bello implicitis succurrendum, alendosqve milites, domi impositas; imo rapinas, vix Clero, vix po-

pulo ferendas; commercium prædationibus interruptum; facibus ex regionibus transmarinis allatis, patriam postea incensam; plebem præ vitæ commodorum defectu, soluto legum, & religionis ... sacrilegia, latrocinia, cædes, incendia, & qu... lera effusam; extra solum vi abductis, confe... qve bello tot incolarum millibus, solitudinem in... ctam; deniqve è spoliis egestatem, eqve victoria ... ctam servitutem. His similia, non eqvidem ... opus erat, moralis Philosophiæ dictaminibus, ... niorisve institutionis effatis, sed, qvod evert... versantium strophis erat accommodatissimum, ... emplis ex historiis nostris, publicisqve actis, tum ... Turri Londinensi, & in Scaccario, tum apud ... periendis, magna varietate, summaqve cura, fide ... judicio collectis, ultra omnem dubitandi aleam ... mata, in brevi tabella exhibet, repræsentatqve; ... mnem, non solius patriæ, sed sui ipsius amorem ... bonam mentem, rerumqve sensum penitus abj... jure censendus sit, qvi pessimis, & fraudulentis ... siliis ad ejusmodi fatales errores admittendos ... tantisqve malis, de qvibus non soli hodierni cives, sed posteri ingemiscerent, gravidos, ex affectata gloria, vanaqve triumphandi cupidine, nulla necessitate compulsus, se indomita licentia abduci patiatur. Libellus sane ob gravitatem, & utilitatem argumenti, Principe patrono, & ob sapientiam politicam, solidamqve eruditionem, ne dicam, ob concinnitatem elegantiamqve styli; Cottono auctore perqvam dignissimus.

Pol

Postqvam Rex Jacobus à proceribus, universoqve populo Anglicano R. Elisabetæ verus, legitimusqve successor agnitus, illius solium summa qviete occupasset, ab ipsis initiis nihil sibi magis curæ, & cordi esse duxit, qvam ut perpetuæ unionis inter Angliam, & Scotiam ineundæ, omni discrimine sublato, fundamenta jacerentur, titulo Regis magnæ Britanniæ, utpote augustiori, qvem in diplomatibus, omnibusqve actis publicis utendum edicto sancivit, assumpto, pecuniisqve in aversa parte hoc symbolo ex Ezechielis cap. XXXVII. faciam eos in gentem unam, signatis. Id autem à qvoqvam vix negari potuit, ex ejusmodi unione maximum in gentem Scoticam beneficium, & commodum derivandum esse; & id qvidem facile Regi condonandum erat, si pro insito, qvo erga suos ferebatur, amore id effectum dare summis viribus contenderet. Per unionem enim istam introducendum erat jus civitatis, ut Scoti jam iisdem privilegiis gauderent, omnium munerum publicorum, ac dignitatum essent capaces, prædiis, pro variis ea occupandi, sive ex emtione, donatione, aut legato, modis, uti, frui, eaqve ad nepotes in hæreditatem transmittere possent; deniqve ad idem jus suffragii admitterentur, ac si intra Angliam nati fuissent. Unionem hanc forensi vocabulo naturalisationem appellamus. Sed tot tantæqve difficultates obortæ sunt, ut nulla industria, ingenio nullo, remediis nullis superari posse viderentur. Interim qvippiam tentandum est, ut desiderio Regis, in hoc maxime incumbentis, qvoqvo modo possit satisfieri.

Non enim, nisi ordinibus regni consentientibus, id impetrare, aut adseqvi licebat. Inferioris autem Cameræ adsessores, qvi totius Angliæ communitatem, utpote illorum suffragiis electi, repræsentant, blanditiis, & orationibus ad partes allicere, exceptionibus, qvæ passim jactarentur, obviam ire, & utrique genti par commodum inde oriturum argumentis demonstrare, hic labor, hoc opus: huc qvoqve summa consultationum, qvæ freqventes intercedebant, redibat: in qvibus pro ratione muneris maxime occupati erant juris periti, qvi Regi à consiliis in negotiis forensibus; (A. 1604.) & præcipue D. Franciscus Baconus, tunc temporis unus ex Advocatis regiis, sive, ut nos appellamus, Sollicitator generalis, qvi Cottonum nostrum, qvem in ejusmodi rebus versatissimum, exqvisitissimæ rerum Anglicarum cognitioni solidum, usuqve longo subactum judicium superaddidisse comperisset, de hac unione, crebris, iisqve maxime seriis, colloqviis habitis, consuluit, novum lumen ad suos gressus in hisce intricatis caliginosisqve semitis dirigendos mutuaturus. Verum tamen licet ingens illud molimen in nihilum abierit, non desperandum videbatur, qvin tempus longe auspicatius tandem emersurum esset, qvo exasperatæ qvorundam mentes promissis, & muneribus pacatæ, ad obseqvendum inclinarentur. Parlamento enim, qvod anno qvinto Regis Jacobi (A. 1607.) celebratum erat, eædem disceptationes denuo incaluere: & sane, ni difficillimum esset, commodum, qvod omnium interest, tueri, & qvod ex-

peri-

perientia, & sensus, omni argumento potentius, efficaciusqve evincunt, pariter ac prima principia, qvæ per se lumine naturali nota, sibi ipsis fidem faciunt; deserere, & aversari, Baconus in inferiori camera, Northamptoniensis hac qvoqve ex parte Cottono suo adjutus, in superiori, elegantia sermonis, & subtilitate ingenii vicissent.

Facile tum omnibus persvasissimum erat, illud neutiqvam rationibus politicis congruere, neqve absqve nova legum institutione ut in republica condenda fieri solet, veteribus abrogatis, fieri potuisse, ut iisdem consvetudinibus, juribusqve in litibus dijudicandis, civilibusqve vitæ officiis Angli, & Scoti promiscue subderentur: ideo sola de privilegiis superérat disceptatio; sed tamen frustra, & absqve effectu. Post solutum ordinum consessum, qvod æqvius videbatur, petiere è gente Scotorum Delegati, ut commercium illud generale, inter utramqve gentem instituendum, pari libertate, & immunitate exerceretur: qvod Consiliariis Anglis Rex reliqvit discutiendum. Inter hos præcipui erant Robertus, Comes Sarisburiensis, & prædictus Henricus, Comes Northamptoniensis, ambo ob summam prudentiam ingenti apud Regem pollentes gratia, & in se invicem proba, & laudabili æmulatione incitati. Hic vero, qvo nemo aut majori cura, aut sedatiori affectu, aut solidiori judicio de publicis rebus disseruit, missis ad Cottonum literis petiit, ut qvicqvid in hoc negotio ipsi, amicisqve ejus, aut legum, aut subtilitatum artes mercatoriæ, qvatenus ad publicum patriæ bonum

referri possent, peritis, expedire videretur, in qvibus articulis rerum momenta consisterent, ac commoda, & incommoda utriusqve partis, qvasi diagrammate, vellet describere.

Idem vir nobilissimus sententiam ejus, ut supra dixi, de rebus aliis magni momenti, prout occasio tulit, pro more exqvirebat, puta de Militibus Baloneis, & illorum dignitate, & præcedentia; de legibus antiqvis, qvæ adventum Normannorum in Angliam præcessere: de eventu, sive bono, sive malo, ex pecunia adulterata, qvantacunqve, aut qvantulacunqve sit, cujus justus valor, immisto ignobiliori metallo, imminuitur, oriri solito; de vectigalibus tributisqve, qvæ Regibus Angliæ subditi olim largiti sunt; de prima institutione Scutagii, qvibus de causis primum concessum fuerit, & de conditionibus, circumstantiisqve ad id pertinentibus. Idem postea fecerunt alii summæ dignitatis viri, puta Consiliarii, aliiqve proceres, & Advocati regii, si qvæ ventilandæ qvæstiones, qvarum solutio ab antiqvorum temporum moribus, & exemplis penderet, aut publice, aut solius curiositatis causa, excutiendæ proponerentur; non aliud aut certius, aut verius oraculum consuli: v.g. de fœderibus varii generis cum vicinarum gentium Regibus olim initis; de commerciis cum exteris gentibus habitis, & habendis; de rebus historicis, genealogicis, aliisqve qvoqvo modo ad honorem, & insignia gentilitia spectantibus; de auctoritate Seneschalli, & Mareschalli in aula Regis; de vetustis militum lustrationibus; de mora navibus ali-

qvam-

qvamdiu injecta, ne extra portus navigent; de controversis prædiorum juribus stabiliendis; de jure regio pupillos sub tutela vindicandi, & similibus: qvales qvoqve erant, (ut ex illorum literis ad illum liqvet) an qvispiam ex primaria Nobilitate, ex vi legum Ecclesiasticarum publicam pœnam, nomine pœnitentiæ inflictam, actu subierit? an de bonis mobilibus, sive, ut loqvuntur, personalibus Episcopi, qvi moritur intestatus, Rex jure possit disponere? an spurii, qvi decedit improles, ante codicillos testamenti conditos, bona, qvaliacunqve sint, sive mobilia, sive immobilia, regio fisco addici debeant, nec ne? an Reges Angliæ titulos honoris in subditos, nulla prædia iis in locis, à qvibus isti tituli desumuntur, habentes contulerint, & qvinam fuerint? de antiqvis agendi modis, qvando magistratus, primoresqve è civibus, qvatenus corpus politicum constituunt, aut privati homines sese subduxerint, aut Regi, bello, aliave necessitate implexo, ipso jubente, personaliter adesse, aut pecuniis opitulari, potissimum periclitante patria, recusaverint? & plures ejusmodi. Lites autem inter civicos magistratus, aliosqve de præcedentia ortas, disceptationesqve inter se rixantium Heraldorum illi dijudicandas permisere Commissarii, qvi munus Comitis Mareschalli Angliæ conjunctim administrarunt, & præcipue Thomas, Comes Arundeliæ, postqvam istam dignitatem, familiæ suæ olim annexam, solus obtinuisset: nec qvisqvam, ob incorruptæ fidei, & sapientiæ famam, publica auctoritate, aut mutuo litigantium

con-

consensu inter arbitros negotiorum magni momenti frequentius cooptabatur.

Dolendum sane est, Cottonum apud se literarum responsiarum, qvas, uti videtur, properante calamo effusas parvi pendebat, apographa non retinuisse: sed advertere libet, si qvod in ejusmodi qvæstionibus propositis argumentum, qvod magni usus foret, occurrisset, illum eas diligenti studio retractare solitum, horis subsecivis, justos de eisdem commentarios, qvos postea recensebo, composuisse.

Omnibus tam mari, qvam terra pacatis, hostiumqve metu, qvo nautarum æmula virtus stimulabatur, sublato, classis regia, in qva maximum Angliæ præsidium collocatur, (neq; enim alii sunt præter animosos patriæ amantium spiritus insulæ muri, aut aggeres) in portubus subducta, pene neglecta jacebat. Ut vero hisce malis sensim obrepentibus melius occurreretur, R. Jacobo, VI. illius regni anno, h. e. A. C. M. DC. VIII. visum est nobilissimis viris, Henrico, Comiti Northamptoniæ, Custodi privati sigilli, & qvinqve portuum, Gardiano, Carolo, Comiti Notinghamiæ, Admirallo Angliæ, D. Edvvardo Zouch Baroni, D. Edvvardo Baroni Wottono, regii Hospitii contrarotulatori, D. Julio Cæsari, Scaccarii Cancellario, D. Thomæ Parræo Cancellario Ducatus Lancastriæ, D. D. Edvvardo Philips, & Joanni Doddderigio, Servientibus ad legem, D. Henrico Hobarto Attornato Generali, D. Francisco Bacono, Sollicitatori generali, D. Roberto Cottono Eqviti aurato, aliisqve facultatem, qvam Commissionem vocant,

ma-

magno Angliæ sigillo munitam, ea omnia explorandi, & qvicqvid ad navium conservationem, qvicqvid ad reformationem corruptelarum, qvicqvid ad armamentaria, stationes, belli provisiones, apparatumqve nauticum, & supellectilem ex Regis peculio qvoqvo modo spectans, ex usu videretur, statuendi concedere. Negotium sane erat maximi momenti, & qvod sapientissimorum virorum longam seriamqve consultationem postularet. Cæteris aut rogantibus, aut jubentibus, brevem eorum, qvæ ex juratis testibus addidicissent, epitomen Regi exhibendam confecit Cottonus; * librum vero continentem historiam totius consultationis, statutis, sive ordinationibus tunc temporis de classe regia conditis, & institutis præmissam, composuit Comes Northamptoniensis, Cottono suo assistente, qvod ille ingenue, & gratanter fatetur.

Anno M. DC. IX. scripsit Cottonus Dissertationem de duello, sive de singulari certamine, coram Rege, aut Constabulario, & Mareschallo Angliæ habito, & qvibus de causis olim licuisset; mole qvidem exiguam, at multiplici eruditione refertam. In qva optime ostendit, illud à feritate morum, disciplina legum insuper habita, primo inductum, olim concessum fuisse, cum nulla alia lites decidendi methodus relinqveretur; Gothorum, & Longobardorum Reges morem istum, cum penitus, & ex integro, populis ferocientibus, inqve vindictam pronis, ingenuarum artium studio vix emolliendis; neutiqvam esset abolendus, præscriptis formis, regulisve, ne ex-

* Julius F. III.

tra

tra modum evagatus in carnificinam degeneraret, à singulis, post facultatem sese à crimine intentato purgandi, aut læsam amicorum famam, cædemve gladio vindicandi impetratam, observandis cavisse; hæc cruenta certamina impietatis damnari, ludicrasque etiam velitationes, qvas Torneamenta vocant, sangvine humano sæpenumero conspurcatas, pollutasqve, censuris Ecclesiasticis subesse; illud diu apud nos obtinuisse, cum apud vicinas gentes penè obsoleverit; deniqve Reges nostros, ne infestis in se concurrerent armis subditi, tum edictis, tum pœnis in transgressores infligendis pro prudentia sua intercessisse; variis casibus, & exemplis, non solum ex placitis forensibus, rotulisqve Parlamentariis, sed ex jure civili, & canonico, & ex historiis legibusq; Francorum, & Hispanorum allatis; qvas studio non indiligenti perscrutatus est; pro comperto habens, easdem consvetudines, postqvam Cimbricarum Teutonicarumqve gentium eluvies australiores Europæ plagas vi ineluctabili inundasset, armis ad victoriam viam qvaqvaversum facientibus, ubivis introductas, licet succedentibus seculis, admistis aliis, mutationes non paucas subiissent, sibi invicem ex mutua collatione lucem fœnerari.

Sed hæc pene privatorum erant speculationes, & infreqvens negotium, licet ad cujusvis Reipubl. bene moratæ honorem, ne istiusmodi pugnæ plane detestabiles, qvas ira, ambitio, ferox vindicta, pervicaxqve famæ contra calumniatores tuendæ studium, suggerunt, exitu incertæ, & innocentibus interdum

per-

perniciosæ, qvovis prætextu admitterentur, spectaverit: ad rem aliam, longe diversi argumenti, majorisqve momenti tum investigandam, tum illustrandam, utpote qvæ ad Regem ipsum arctius isthoc tempore attinebat, eodem anno, collectis ingenii, judicii, & memoriæ viribus, sese perqvam sedulo accinxit Cottonus, amicitiæ, & observantiæ Comiti Northamptoniæ id postulanti, & pietatis, & fidei Regi, in angustias ex fisco vacuo aliqvatenus redacto, debitum simul persoluturus.

Cum enim gazas regias pompis theatralibus, ludisqve personatis, atqve ludicris armatorum velitationibus, & potissimum cumulatissima Regis in Scotos, aureo jam redeunte seculo, liberalitate, exhaustas palam qvestus esset populus, veteribus Remp. gubernandi artibus jam relictis, in Elisabetæ, sacri patrimonii, nullis rapinis, peculatibus nullis, qvantum summa vigilantia efficere potuit, obnoxii, parcissimæ dispensatricis, subsidiumqve generale, nonnisi urgente bello, idqve qvidem acerrime, cujus solius usibus, non sibi, suisqve, aut aulicorum voluptatibus impendendum destinaretur, exposcere solitæ, laudes effusus; R. Jacobus his criminationibus impactis oratione solemni ad ordines regni, tum convocatos, obviam ire sua qvam maxime interesse, pro prudentia sua facile perspexit, ne animi subditorum, malis hinc imbibitis suspicionibus, ab obseqvio, amore, & obedientia debitis, qvibus ad defunctam Reginam propendissent, abalienarentur. Ideo dedita opera, (ut cætera monita, & documenta, qvæ

insti-

insignem sapientiam, & eruditionem prodant, ut-
pote non hujus loci, omittam; nemo enim ele-
gantiori stylo perorare, aut acriori solertia philoso-
phari norat, inter consummatissimos Reges, si ipse
sibi, suisqve effatis obtemperasset, connumerandus)
illis in memoriam revocat exeqvias Reginæ Elisabe-
tæ, qvæ tamen tantum qvadringentis viginti octo li-
bris supra septendecim millia constabant; iter in
Angliam, magnificumqve triumphorum in pompa
ad urbem adventu, ejus, & Reginæ inaugurationi,
& postea cum ab arce Londinensi, palatium West-
monasteriense iturus, urbem, aut provincias, popu-
lum præsentia sua solandi ergo peragraret, appara-
tum; qvantam vim pecuniarum exegerint tot splen-
didæ legationes, ad Europæ Principes missæ, qvanta
in Rege Daniæ, aliisqve Principibus, qvi præsentes
aderant, qvanta in aliorum Legatis, qvi huc congra-
tulandi causa advenerant, excipiendis, impendere-
tur; æs alienum, qvod oppignoratis qvibusdam præ-
diis apud cives Londinenses contraxerat Elisabetha,
expunctum; Anglos qvoqve munificentiam istam,
tam indecoris exprobrationibus exagitatam, non mi-
nus, qvam Scotos percepisse; militum præsidiario-
rum, tam Bervvici, aliisqve Angliæ propugnaculis,
qvam in Belgio merentium, stipendia soluta; Hiber-
niam vix sibi sufficere, nec absqve subsidiis hinc
mittendis, gliscente præsertim rebellione, tuendam,
incolasqve ad tumultus, & seditiones nimium pro-
clives non nisi stativis copiarum militarium castris
coërcendos, & in fide continendos; Regii hospitii
splen-

ſplendorem conſervandum, numeroſamque familiam regali more alendam; filium primogenitum Henricum jamjam in Principem Walliæ pompa, ceremoniisque conſuetis inaugurandum; & multa ejusmodi: hæc denique omnia ſimul ærario egeſtatem, quam jam ſero triſtis ſentit, & quam illorum ſuppetiis ſublatum iri ſperat, ſuadetque, induxiſſe: Regi ſuccurritur, ſed modice: neque enim centum ſex millia librarum Sterlingicarum ad difficultates, anguſtiasque rerum, quibus premeretur, amoliendas, aut ad animum illius, largis opum profuſionibus gaudentem, deditumque, explendum ſatis erant.

Ideo mox, annisque quoque ſequentibus, novæ rationes, modique à Conſiliariis erant excogitandi, quibus ſalvis legibus, & citra gravamen ſubditorum, pecunia ſuppeditari poſſet. Vix aliud autem Seculum inventorum politicorum (quæ communiſſimo vocabulo Anglice nuncupamus Projects, ſive Projecta) unquam erat feracius; ne quidem Regis Henrici VII. opibus, qualicunque obtentu, qui præ ſe qualem qualem juris ſpeciem ferret, colligendis intenti, obſoletis quibusdam legibus mulctæ pecuniariæ inde irrogandæ cauſa in uſum revocatis, temporibus exceptis. Cottonus inter plures, quibus hæc provincia ornanda committebatur, non melius ſe iſthoc munere defungi poſſe ſapienter judicavit, quam ſi, quod in aliis quæſitis antea facere conſueverat, ex rotulis Parlamentariis, ex libris in Scaccario repoſitis, ex ordinationibus Regum, ex

originalibus commissariorum iisdem rebus deputatorum instructionibus sive documentis, ex acti sacri Consistorii, denique ex historiis priscorum seculorum praxin sub certis capitibus, justo, & facili ordine comprehensam graphice adnotaverit, quali modo, quave ratione Reges Angliæ, difficillimis præsertim temporibus, aut quacunque necessitate compulsi, aut annuos reditus duxerint, aut rem lapsam, diminutamque reparaverint. Liber* sane, tanta cum rerum, & verborum accuratione, & perspicuitate compositus, tantopere placuit Comiti Northamptoniæ, (titulis in margine singulis sectionibus propria manu additis) in cujus gratiam hanc navavit operam, ut quasi delicti, peculatu scelestioris, si thesaurum hunc suis in loculis abscondisset, esset postulandus, qui Regis frequenti, diligentique manu tractaretur, dignissimum judicaverit, illumque Rex, ex viri nobilissimi donatione jam compos redditus, satis digne, pro merito illius, æstimaverit, eundem, nomine ipsius propria manu in fronte primæ paginæ opposito, inter cimelia sua transcripturus.

Ex omnibus inventis propositis, illud, uti videtur, de novo Equitum ordine instituendo, Regi maxime placuit, eo quod, si conjecturam à verisimili non alienam proferre fas sit, civiles in re publica dignitates à Rege, uti rivuli à fonte, deriventur, gradusque honoris, diversis titulis distincti, ab illius arbitrio, modo levitate, & affectu, modo sapientia, & judicio du-

* Cleopatra F. VI.

ducatur, pendeant; nec olim inassvetum esset Regibus Angliæ, interdum magistratus & dignitates nundinari: nullusque dubito, quin à Cottoni nostri ingenio istud consilium promanaverit. Licet enim ad finem libri prædicti post nomen Cottoni, uti ab initio aliena manu adscribatur annus hujus seculi duodecimus, quo denuo descriptus, & recognitus videtur; illum tamen, ante institutum ordinem, quo de jam agitur, h.e. circa annum M. DC. IX. aut M. DC. X. compositum fuisse constat, ex hac propositione, quam claris verbis profert, Si Regiæ Majestati quosdam ad novum dignitatis perpetuæ, & ad seros nepotes transmittendæ gradum, titulo Baronettorum, qui Baronibus proximi sint futuri, promovere, singulis mille libras pendentibus specie acquisitionis, sive, ut barbara municipalis nostri juris phrasi utar, per modum finis, (i. e. quando aliquis ad usum fructum prædii, durante vita, sive ad terminum annorum, admittendus, supremo Domino, ad quem illud proprie, & de jure spectat, pecuniam, de qua utrisque convenit, repræsentat) centum mille libras Sterlingicas inde facile corrogandas: addita hujus consilii gravi hac, & quæ non parum apud Regem valere videbatur, ratione: Viros natalibus, patrimoniis, egregiisque animi dotibus insignes, solerti delectu jam in hunc ordinem adscitos, qui de injuria ipsis illata, aliis longe inferioris census in numerum Equitum Balnei nuper promiscue admissis, ipsis vero posthabitis, neglectisque, quererentur, hoc modo conciliandos. Novos hosce Equites titulo

*Equitum Coronæ insigniendos aliqui contendebant; sed mox itum est in sententiam Cottoni, qui literas patentes anno decimo tertio Regis Edwardi III. signatas produxit, in quibus, præter opima prædia ad annuum quingentarum librarum valorem, titulus dignitasque Baronetti Gulielmo de la Poole, & hæredibus conceduntur, ob pecunias ab ipso procuratas, quo tempore Rex ipse una cum exercitu, deficiente pecunia, absque his subsidiis tum ingens periculum, tum dedecus subiisset.

Nec cum illo cessavit titulus iste, licet in historiis nostris perraro occurrat. Reperi autem in titulo concordiæ ** inter R. Ricardum II. & Magnates, aliosque Dunelmi (A. C. 1385.) habitæ, quem hic integrum dabo: Estatutz, ordenances, & customes faites entre le Roy Richard II. & Jehan Duc de Lancaster, Seneschal de Engleterre, Thomas Count d'Essex & Buckingham, Conestable d'Engleterre, & Thomas de Mowbray, Count de Nottynghan, Mareschal d'Engleterre, & des autres Seigneurs, Contes, Barons, & Baronetts, & sages Chevaliers, à Duresme 17. Juyl, l'ann du regne noefisme, numero XXVI. Interim dum Rex animi dubius penderet, nec quicquam adhuc apud se certi statuisset, longiorem deliberandi moram, hac nova occasione interpellante, sublatum iri mox vidit. Nam Hibernis Ultoniensibus, prætextu avitam religionem, quam læsam impie criminati sunt, tuendi, ad arma prorumpentibus, nulla spes illos in ordinem cogendi, nisi

** Jul. C. IX. n. 24. * Nero D. VI.

nisi conscripto exercitu supererat: provinciam enim istam viri nobiles Pontificii, irrequietæ mentis, & fluxæ fidei, numerosisque clientelis potentes, & pecunia, commeatu, aliisque subsidiis clam ex Hispania mittendis freti, insederant, sola vi & armis pacandam. Opportune quidem ærarium pene vacuum pecuniis, in pretium novæ dignitatis numerandis, erat adimplendum, nisi provinciam istam omnino perditam Angli esse vellent. Multi igitur sub iisdem conditionibus, quas proposuit Cottonus, in hunc novum ordinem Equestrem adsciscuntur, aliis ordinariis Equitibus præferendi, & Baronibus titulo, gradu, & dignitate proximi, addita gentilitiis Equitum creandorum insignibus cruenta manu, in indicium recuperatæ & pacatæ Ultoniæ, cui eadem quoque erant insignia. Comites vero Northamptoniæ, & Sarisburiæ, licet pari Regis honorem, patriæque commodum promovendi zelo incitati, uti in plerisque consultationibus, ita in hac quoque discordabant; nam ille veritus, si novus hic ordo tantis juribus, & privilegiis donaretur, nec ea magnatum filiis natu minoribus nobilissimæ prosapiæ fraudi forent, strenue admodum intercessit: hic vero maxima ex parte diligenti D. Roberti Cottoni, & D. Thomæ Sherley prensatione, & ambitu adjutus, quasi absque hoc illicio nova dignitas non tam avide à pluribus captaretur, causam istam tum Regis, tum suam, cum fisci, cui præerat, res esset, acriter quoque tutatus est, & obtinuit. D. Camdeno tamen procemium, quod Diplomati Regio præmitte-

retur, scripturo * injunctum erat, ne vocabulis, honor honorabilis, aut similibus uteretur; tam nimirum cautione adhibita, ne aliqua labes antiquæ nobilitatis splendori videretur inferri. Novus hic ordo Baronettorum incepit anno nono R. Jacobi I. A. D. M. DC. XI. Quorum primus erat D. Nicolaus Baconus de Redgrave in comitatu Suffolciensi, cæteris, Patris sui, sub R. Elisabetha magni Sigilli Custodis, causa prælatus: & in ista primo adscendorum classe recensetur D. Robertus Cottonus, in cujus origine & constitutionibus firmandis egregiam navavit operam. Postea vero cum lites inter Baronum filios natu minores, & Baronettos, uti essent dignitate superiores, intercesserint, post solennes frequentesque disceptationes coram Rege, & consiliariis habitas, quibus interesse nolebat Cottonus, licet importunis sui ordinis militum literis rogatus, quasi honore non debito, neque rite vendicando, quem ingenio suo & apud Aulicos gratia procurasset, sponte cessurus tandem filii Baronum, Rege arbitro favente, vicere.

Ut omni tempore, publicis rebus præsertim postulantibus, liber Cottono ad Regem, qui viros ingenio, & eruditione præcellentes familiari de re literaria sermone, pro admiranda sua morum facilitate, procul omni fastu, & majestate quasi deposita, mollissimis fandi temporibus excipere solitus est, patebat aditus; ita nova illum frequentius adeundi dabatur occasio. R. Jacobus maturescente cum an-

* Ex chartis Camdeni ineditis.

annis judicio, ſatis gnarus, quantum famæ, libertati, & vitæ Reginæ Mariæ, matris ſuæ, nocuerint virulenta Buchanani ſcripta, illa Comitiis Parlamentariis Edenburgi, A.C. M.D.LXXXIV. habitis damnari curavit; hac ex parte, tum ſui, & Scotiæ tranquillitati, cum vix ſibi Regem eſſe liceret, niſi ad libitum fanaticæ plebis, ſi dogmata quæ in Regum, ſummorumque magiſtratuum perniciem idem ventilasſet, admitterentur, tum matris, quam ſolio exturbarunt ſeditioſi proceres, & miniſtelli, furiis acti, ambitionem, reditus Eccleſiaſticos invadendi, & occupandi cupiditatem, perjuria, tumultus, cædes, vel in ipſis palatii Reginæ penetralibus perpetratas, apertamque rebellionem nomine religionis, & pietatis prætexentes honori conſulturus.

Neminem tunc temporis latebat Buchananum Moravio, patrono ſuo ingenium, & calamum ſtipendio annuo addicentem, illi regnum, cujus nullo jure capax erat, utpote illegitimo thoro natus, affectanti, dialogo iſto, quaſi omne jus apud Scotos regnandi, omnisque Reges aut conſtituendi, aut abdicandi poteſtas ad populum pertinuerit, viam muniviſſe; remque eo melius ſucceſſuram opinari, quo fama R. Mariæ atrocioribus calumniis, fœdioribus convitiis laceraretur. Libris iſtis auctoritate ordinum Regni damnatis, quis non crederet omnem fidem merito abjudicatam? Hoc fortaſſe norat univerſa Britannia, exteri non item, quos ingenium politusque Buchanani ſtylus, calumniæque, ſpecie veri, & artifici ſolertia contextæ, præoccupa-

verant,à malis ſuſpicionibus, & præjudiciis, aſſerta veritate, èque tabulis authenticis producta, liberandi. Quod vero, iſtis mendaciis tam facili fide admiſſis in hiſtoriarum libris, in omne ævum victuris, infamiam parentis intexuiſſet ſcriptor graviſſimus, Jacobus Auguſtus Thuanus, hoc ſane Rex ægerrime, & indignante animo ferebat, nihilque aut calidiori affectu voluit, aut impenſiori ſtudio curavit, quam ut Hiſtoricorum ſui temporis Princeps, de omnibus rebus ad matrem pertinentibus, melius certiusque inſtructus, vulneri pene obducto, jam recrudeſcenti, quod bonæ illius exiſtimationi, licet abſque malo dolo, aut animi malignitate, ſpiculis venenatis, ex officina Buchanani eductis, inflixiſſet, medelam adhiberet. Affectus iſte à natura inſitus, quem injuſtiſſime criminantur factioſi zelotæ, quaſi parentibus diverſæ religionis minime deberetur, cum veritatis amore conjunctus, acre iſtud famæ ipſius vindicandæ deſiderium menti indidit.

Non enim ſatis habuit animadverſiones in Thuani hiſtoriam, quod ad res Scoticas ſpectat, à me ex apographo, quod apud ſe reſervaverat Iſaacus Caſaubonus, in appendice ad epiſtolarum Camdeni, aliorumque Syllogen, non ita pridem editas, eidem viro clariſſimo, quem ſui apud R. Jacobum habuit interceſſorem Thuanus, dictaſſe, niſi ampliores vindicias, una cum rerum Anglicarum commentariis juxta ſeriem annorum, methodo accurata, & exquiſitiori diligentia conſcribendas curaſſet. Cottonus iſti provinciæ ornandæ maxime idoneus deputatur.

Il-

o Camdenum ſuum, qvem rerum Anglica-
egnante R. Eliſabeta, annalibus ſtylo hiſtorico
endis à multis annis intentum fuiſſe, & literis
inquennium exaratis cum Thuano de con-
iis iſtis Scoticis, qvæ jam juſſu regio ad no-
triċtiusqve examen erant revocandæ, egiſſe
t, in partem operis adſcivit, ut junctis ſtudiis
is, & Thuani expectationi ſatis fieret. Pro-
n illud, ut crebris ad Thuanum literis ſcribit
bonus, continenter urget Rex ſereniſſimus, fi-
re interim interponens ſuam, veritatem rerum
randarum nulla diſſimulatione, fuco nullo
ve fabulis, ac incertis rumuſculis offuſcatam,
lumine tandem apparituram; hiſtoriam de-
m, promiſſamqve firmiſſimis præſidiis fulci-
, & integram fore, nihil deniqve illic odio, ni-
lationi, aut partium ſtudio dandum eſſe; mo-
viculis utpote commentationibus in magnam
n excreſcentibus, neceſſario interpoſitæ impa-
jubet, ut opus iſtud qvam maturrime abſolva-
: D. Thomas Lacke ipſi à ſecretis, ad Comitem
amptoniæ ſcribit, ni D. Cottoni ægritudo,
Rex obnixe deprecatur, impediat. Poſt ve-
is abſolutum * ea omnia ſibi lecta, explorata,
bata, & ** fide digniſſima, præſente Caſaubo-
ſerit. Commentarios iſtos Angliæ contexu-
ottonum, Camdenum vero Latine interpreta-
ſſe, refert Caſaubonus: ſed † præcipuam ope-

 ris

id. Epiſt. Caſaub. ad Thuan. 627. & 652. ex edit.
i. ** Epiſt. 625. & 689. † Vid. Epiſt. Thuani ad
p. 140.

ris laudem Camdeno, consultore, & adjutore Cottono, adscribi oportere, cum ex commentariis istis, si non ipsi essent (*) Annales, Annales Elisabethæ saltem conficerentur, certissimum est. Quod hic monendum duxi, ne Cottonus tot suis luminibus, laudibusqve sibi propriis, maxime conspicuus, aliena fama, alienisve laboribus inclarescere videretur.

Qvalecunqve sit de istorum commentariorum conditoribus judicium, ad scripta Cottoni recensendum, prout præcipua hujus propositæ narrationis ratio postulat, pergo. Ea autem à D. Jacobo Hovvello, viro ob ingenii laudes apud nostrates non incelebri, primo simul collecta Londini A. M. DC. LII. edebantur: inter qvæ tamen duo occurrunt tractatuli, de qvibus justa oriri possit dubitatio, an Cottonum auctorem habuerint, nec ne: Nam qvod ad opusculum spectat, in qvo de methodo, qvæ supprimendis cohibendisqve Romanensium subditorum contra fidem, & allegiantiam Regi debitam, molionibus expeditior, meliorqve videretur, alterutriqve disseritur: auctor iste se Italiam petiisse, & Romæ aliqvam moram fecisse his verbis rotundis asserit, cum Cottonum nostrum pedem unqvam extra Angliam extulisse ne fando qvidem audiverim; & nobilissimus Vir, D. Joannes Cottonus hac de re a me literis consultus, se de isthoc avi sui itinere Italico ne verbum qvidem à patre suo edoctum fuisse respondit. Verum qvod fortasse nonnihil, ad sententiam hanc firmandam ponderis habebit; Cottonum u-

sum,

(*) V. Epist. Casaub. 615.

ſum, & cognitionem lingvæ Italicæ à Joanne Florio Italo, illius lingvæ Londini, per multos annos, ut loqvuntur, profeſſore, anno M. DC. addidiciſſe, ex ejusdem literis ad Cottonum ſcriptis, mihi certo conſtat. Ut cunqve liber iſte erat anno M. DC. XLI. ſub Cottoni nomine ſeorſim editus; & hac ex parte communi famæ morem gerens, tanqvam ipſius eſſet, licet addubitans, memorabo. De altero, qvod innuebam, opuſculo ſuo loco poſtea dicetur. In ejusmodi libris enumerandis, deſcribendisqve, virorum, ingenio, ſapientia, & eruditione illuſtrium, qvi nullis magiſtratibus, officiisve publicis addicti, nobile privatæ vitæ, ſatis ex amplis patrimoniis, à majoribus relictis, beatæ, nec alienarum acceſſionum indigæ, aqve importunis ambitionis, & invidiæ agitationibus liberæ, otium bonis literis, ad patriæ, & poſteritatis emolumentum conſecrant, hiſtoria maxime conſtituenda eſt. Nec qvicqvam aliud à Biographo jure exigendum eſt, niſi, ut res ſuo argumento congruas, cum diſpar vitæ ratio longe diverſum tractandi modum poſtulet, debitoqve, præſertim ſi copia ſuppetat, ordine diſpoſitas fideliter tradat: pariter ac qvispiam magni Ducis, militaris diſciplinæ gloria inſigniſſimi, vitam deſcripturus, iſthoc munere probe perfunctus videbitur, ſi qvot præliis, fugatis hoſtibus, interfuerit, ſi qvot urbes obſeſſæ ipſi ceſſerint, ſi ſtratagemata, in eludendis, aut expugnandis hoſtibus, ſi peritiam in caſtris metandis, aut in ordinanda acie, aut in reducendo ab anguſtiis, aut imminentibus periculis, qvibus aliter ſuc-

cubu-

cubuisset, exercitu, consiliorumqve rationes accu-rate, qvantum ea omnia liceat adseqvi, recenseat.

A. 1616. Mitissimo Regis Jacobi ingenio, qvi om-nes subditos, etiam ipsos in religionis articulis dis-sentientes, dum, servata fide, & indemni republica, modestius se gesserint, pari gratia, ac benevolentia complexus est, Jesuitæ, cæteriqve Romanæ com-munionis Sacerdotes, & emissarii abutentes, qvi nuper, rerum potita Elisabeta, metu legum coerciti apud suos, alienas personas induti, antea delituerant, elatiores facti, subdolis colloqviis, concionibus, spar-sisqve apud imperitum, incautumqve vulgus libris, dogmata sua propagare, & missis operari jam qvasi publice, & ostentabunde cœperant. Hoc omnium Ecclesiæ Anglicanæ paci, salutiqve, pro pietate sua bene consulentium animos acriter urebat; qvi, licet ex legibus, qvas illorum pervicacia, & freqventes in-sidiæ adversus optimæ Reginæ vitam structæ, rerum-qve novandarum studium extorserant, latis in illos capitalibus sententiis animadverti, nisi ineluctabilis jusserit necessitas, noluerint: insolentem tamen, & effrænem audaciam, ne qvippiam detrimenti inde caperet Ecclesia, reprimendam sapienter censuere. Qvicqvid sui muneris erat, id qvidem strenue ege-runt Theologi; nec subsidiaria Politicorum opera in sui defensionem, tutelamve vel minimum indiguis-sent, si res ista è disputationibus, Apologiis, respon-sionibusqve editis, veritate ad mentem sanctorum Patrum, & primævæ antiqvitatis normam discussa, elimataqve, ex integro pependisset. Sed acriori-

bus

bus remediis contra pertinaces zelotas erat utendum: aliisqve rationibus, qvas civilis prudentia ſuggerit, laboranti patriæ, ne ab iſta lue, qvæ paſſim ſerpebat, inficeretur, ſubvenire oportuit. Nodus iſte vindice Cottono dignus videbatur; qvi, hac re, in qva ſalus regni vertebatur, ad ſerium examen revocata, facile perſpectum habuit, malum iſtud longa mora invaluiſſe; non iſtis moribus, tandem in perniciem patriæ, ni tempori obviam eatur, ceſſuris, amplius indulgendum; cum ejusmodi pervicacibus hominibus, non lenitate, aut miſericordia, ſed pœnis irrogatis agi oportere; leges ſopitas, & longa deſvetudine qvaſi obſoleſcentes, aliqvaliter ſaltem in uſum revocandas; neqve aliter Rempubl. ſalvam fore, niſi hoſtes domeſtici in abalienandis ſub prætextu religionis ſubditorum à fide Regi debita animis, neqviter occupati, juſta ſeveritate coërcerentur. Problema autem illud, qvod tum temporis eorum, qvi publicis rebus adminiſtrandis admoti erant, ingenia, & mentes exercuerat, v.g. utrum Jeſuitas, cæterosqve Miſſionarios, hoc modo animatos, ultimo ſupplicio affici, an perpetuo carceri mancipari oporteret, ſaltem usqve dum ſeqveretur reformatio, & de meliore mente, inducta pœnitentia, conſtaret, tanta cum eruditione, cura, ac judicio, utriusqve partis rationibus rite, probeqve perpenſis, rerumqve momentis alterutrinqve æqviſſima lance libratis, tractat, ut viri conſultiſſimi, & vere ſapientis elogium inde mereatur.

Circa annum hujus ſeculi decimum qvartum

Cot-

Cottonus, publici commodi studiosissimus, scripsit historiam R. Henrici III. in breve compendium ex industria redactam, ut à R. Jacobo, cui illam exhibuerat, facilius, & qvidem sine tædio, legeretur. In hac autem, tanqvam in speculo, illorum temporum faciem vere, & accurate, detersis falsis coloribus repræsentatam intueri licet. Gnarus enim ille, res male administrari nolle, simultatesqve alta mente repositas, ni penitus tollantur, in discordias funestas, qvavis data occasione, tandem aliqvando erupturas, deqve futuro consiliorum eventu ex præteritis judicium plane certum mente præsaga facere oportere, ostendit: qvantas in angustias Barones factiosi, malis versutisqve artibus freti, qverelis qvoqve, & ambiguis de illo Rege sermonibus qvibus vulgus solet irritari, ubiqve sparsis, deinde armis specie vindicandæ libertatis sumptis, illum adduxerint; illum autem nimio affectibus indulgentem mala ista sibi ex parte accersivisse; tandemqve difficultatibus pene ineluctabilibus superatis, victorem redditum, sapuisse, erroribus, qvos ab indole, & temperamento, aut præceps, maleqve informatus contraxerat, procul amandatis, novaqve, & optima Reipublicæ administrandæ juxta legum, & prudentiæ, ubi illæ defecissent, normam, ratione inita, restituta publica tranqvillitate, qvod reliqvum erat vitæ, omnibus honoribus auctum, summa cum populi, qvi sapientissimi regiminis fructum lætus perceperat, admiratione, & applausu transegisse; relicto exemplo, qvo R. Edvvardo I. filio primogenito, & successori, qvem omnibus disci-

pli-

plinis, & virtutibus Principe dignis instituendum curaverat, ad summum humanæ gloriæ, & felicitatis apicem præivit. Libellus documentis politicis è sacratissimis sapientiæ adytis profunda mentis speculatione erutis adeo refertus est, & qvasi tot gemmulis ornatus, ut hoc ipso nomine cum Tacito, Sallustio, cæterisqve Historicis, qvos aut vetustas, aut seqviora secula summis laudibus prædicaverint, Cottonum conferendum esse, æqvus Lector, omni livore seposito, non rogatus dixerit.

Inter publica maximi momenti negotia hoc præcipue R. Jacobum sollicitum habuit, ut regnorum magnæ Britanniæ, in ipso primo unitorum, successio in familia Scoticana æternum firmaretur. Solus è prole mascula supererat serenissimus Carolus Princeps Walliæ, jam pubertatis annos egressus, cujus matrimonium, tum ex rationibus politicis, tum ex affectu paterno, voluit maturari. Et sane nulla erat ex illustrissimis Europæ heroinis, qvin si Augusti juvenis oris venustatem, decoramqve speciem, ingenium, mores pari svavitate, ac majestate conditos, cæterasqve excellentissimas excelsæ mentis dotes perpendisset, ejus thalamos, salvis dignitate, & modestia virginali, ambire posset. Ubi vero nurus eligenda esset, nondum apud se constituerat pater: de Dania, ex qva Reginam duxerat, aut Germania vix cogitare visus est. Alio igitur animum, oculosqve intendit cum aliqvo potentiore Rege arctius amicitiæ foedus ex affinitate mox contrahenda initurus. Incertum, an propria mentis inclinatione, an blan-

dis Comitis de Gondomaria, tum tempŏris Legati
Hiſpanici, qvi facetiis ſuis, ingenioqve mirè ad ſua-
cendum compoſito fere omnia apud ipſum poterat,
ſvaſionibus pellectus, Mariam, filiam Philippi
Regis Hiſpaniæ, magnifica legatione miſſa, ſibi
uxorem dari petit. Sed negotium iſtud, magis
qve perplexis difficultatibus ſubinde emergen-
novisqve ſcrupulis Hiſpanorum verſutia
longas poſt ſe moras trahebat.

Hiſtoriam iſtius tractatus vel compen-
hujus inſtituti non eſt: illud tantum me-
tem fere univerſam Anglicanam, præſertim
ma plebe, nuptias iſtas improbaſſe, & Hiſpa-
tot qvæſitas ambages animo malo egiſſe, q
gionem inde non leve damnum paſſuram
Populum contra Hiſpanos tam male animatum
mo mirabitur; odium enim ex bellis per tot
alterutrinqve geſtis, & potiſſimum ex ingenti
eorundem Angliam claſſe, uti vocarunt, inv
invadendi, & ſub jugum mittendi molimine
bus Anglorum alte infixum, non tam cito e
potuit. Atqvi conſilia Regum non ab ince
periti vulgi cenſuris, & affectibus pendent, a
vantur. Sed cum res iſta non ſolius Princi
totius gentis eſſet, Ordinibus Regni in Parl
convocatis, qvorum maxime intererat, ſub R
tilitatibus publicis proſpicere, an fœderibus i
gem, Imperatorem Germaniæ, & Regem Hi
de reſtituendo Comitis Palatini, ipſius Gene
novercante fortuna, & proſperis hoſtium ar

patrimonio, & nuptiis qvoqve inter Princi-
& Infantem ineundis renunciare, expediret,
, disceptanda proponebatur. De istis fœde-
& matrimonio omnes fere male ominantur,
ntum ipsos decuit, maturis consultationibus
s, intercedunt. Ne vero quicquam ejusmo-
que summa ratione statuere viderentur, Cot-
, inferioris Cameræ Assessor, uti credere opor-
etur (neque enim injussu rem istius momenti,
iculosæ aleæ plenam aggredi ausus fuisset) con-
illud, omnium ordinum nomine, & auctora-
exhibendum, verbis congruis adornare, in-
œderum, quæ olim, & nuper inter Anglos, &
acos intercesserint, brevi historia. Fœde-
ero istorum hunc præcipuum scopum, & fi-
x parte Austriacorum fuisse, ut sub istis specio-
oribus effrænem longe, lateque per universam
am dominandi ambitionem obtegerent, sum-
que istud affectatæ Monarchiæ fastigium cer-
r incautorum, hisque artibus sopitorum Prin-
negligentiam adsequerentur, exemplis à
ribus Maximiliani Imperatoris, & Ferdinandi
Hispaniæ, h.e. ab anno 1503. & sequenti-
dubitata fide ostendit.

c nimirum est illa Principum sapientia, à Po-
tantis laudibus celebrata; quam si quis ad
ptorum, & institutionum, quibus vita mores-
rivatorum reguntur, normam exegerit, isthoc
& venerabili titulo parum digna videbitur.

Artes autem hasce, quibus Principes sibi invicem insidiantur, Cardinali Sedunensi, Viro antiquæ probitatis, adeo displicuisse constat, ut, literis ad Regem Henricum VIII. scriptis, querelis etiam de fide læsa Imperatoris Maximiliani, qui illum de imperatoria dignitate in ipsius gratiam sponte abdicanda, promissis solemnem in morem sancitis, ludificatus est, interpositis, contra perfidiam Principum verbis atrocibus, quæ ab animo exculcerato proficisci solent, animose, & vix satis pro decoro declamitaverit.

Hanc aut similem occasionem captans Cottonus (A. C. 1621.) in gratiam viri nobilissimi, Edwardi Montacutii, Baronis de Boughton, compendiariam ex rotulis Parlamentariis, & coætaneis historicis conscribit historiam publicarum consultationum, quas de nuptiis contrahendis, fœderibus, & treugis ineundis, de bello indicendo, cæterisque magnis, arduisque regni, si quando occurrissent, negotiis, adhiberi Regibus Angliæ placuit. Licet enim ea omnia ex arbitrio principum penderent, & ex juris Regii prærogativa, quandocunque libuerit, illis inscìis, inconsultisque, possent peragi, (aliter enim vix Monarchæ essent censendi) tamen cum Episcopis, & Magnatibus, pro ratione istorum temporum despoticum in Vasallos, sive Clientes imperium exercentibus, communicari, pro prudentia sua voluere, ut ab iisdem in rebus, de quibus in commune consultum fuisset, promovendis alacrior promtiorque impenderetur opera, licet ea quoque ex debito feodo-

militarium prædiis à Gulielmo conquæstore
rum à singulis esset impendenda.
um tamen ferociam vel ipsis Regibus, ne in
entum jurium coronæ, quæ à solo Deo tene-
nis excresceret, formidandam reprimere, &
ari cum Rex Joannes, periculorum, ex æmu-
state impendentium satis gnarus, impense
set, ferali isto bello, quod Baronicum appella-
de erumpente, adversantibus fatis oppressus,
imis, iniquissimisque conditionibus cedere
atur: aliter & regno, & vita exuendus. An-
sextum hujus regni annum Deputatos com-
us civium, & provincialium suffragiis electos
s Angliæ conciliis non interfuisse satis liquet:
id conjecturis incertis clausulis, quæ ordina-
us tunc sancitis inseruntur, extortisque per
nsequentiis, quibus ad fidem rei dubiæ facien-
ti vix licet, freti, pervicacissimi quidam litiga-
ontendunt. An vero tunc temporis inter-
it, merito dubitandum videtur; nulla utpote
in Brevi Summonitionis mentione facta.
enim antea nomen Parlamenti innotuerat,
capitularibus Abbatum conventionibus, pro-
lie illud in juris Anglicani peritorum collegiis
peculiaribus comitiis retinetur. Dolendum
est, acta publica, istorum temporum histo-
omplectentia, omnino periisse, quorum ope,
ressent, vexatissima illa quæstio, an formula
piscopos, Comites, Barones, Milites, & Bur-
citandi ad comparendum in Parlamento eo-

dem modo, qui hodie obtinet, quadragesimo nono Regis Henrici III. anno antiquior sit, nec ne, non sine summa adversarum partium acritate nuperrime agitata, facile decidi potuisset. Ab isthoc tempore communitatis Angliæ in Comitiis publicis congregatæ consilium de cunctis rebus, tum ad se, tum ad regnum quoquo modo spectantibus, Reges poposcisse testatissimum est, nec laboriosa probatione indiget. Quanquam interdum sese quasi earundem disceptationi omnino impares, & inidoneos, pro humili modestia excusaverint, neque sententiam suam, nisi post adjuratam fidem, (quando silentium foret pro piaculo) dicere, & interponere voluerint.

Huic dissertatiunculæ ob argumenti cognationem responsum, ipsis Gratiis & Themide conditum, quod gravissimæ quæstioni, cui occasionem dedit causa cujusdam Baronis Angli, crimine capitali coram Paribus postulandi, à R. Jacobo propositæ, an consultationibus in publicis regni Comitiis habitis, personaliter interesse Regibus Angliæ antiqui moris fuerit, ipsius jussu adaptaverat Cottonus, adjungere libet. A quibus licet augustissimæ Reginæ, Mariæ, & Elisabeta, penitus abstinuissent, in ipsis initiis, quando brevi oratione de causis indicti Parlamenti coram ordinibus essent peroraturæ, & quo tempore, finita sessione, Senatus consulta, illorum nomine & consensu (summa enim legislationis potestas penes regiam Majestatem est) munienda, in statuta, & edicta essent transitura, tantum præsentes:

to-

tum illud soli sexus muliebris modestiæ, quæ se in
publico consessu citra necessitatem conspicien-
dare vix permiserit, videtur adscribendum. Re-
vero frequentissime adfuisse, adductis exemplis,
nonstrat, hac præcipue de causa, ut maximi mo-
nti rebus in disceptationem venientibus, potissi-
m ubi de criminibus cuiqvam ex proceribus in-
tatis agebatur, quid sibi facto opus esset, judicium
tius formarent; neque alienis relationibus, utut
s, juxtaque veritatem expressis, quæ tamen ani-
m segnius irritant, quam quod propriis auribus
sque percipit, omnino fidere viderentur. An
s sibi hac ex parte imitandos pro prudentia sua
icaverit R. Jacobus, id post septuaginta annos ex
latis testibus eruere non licet. Interim, si, quod
quissimi censores, augustam ipsius famam men-
ibus convitiis insectantes, criminantur, per plu-
los dies, in tempore generalium Comitiorum, ru-
apud Roistonam, alibique locorum venationibus
e interdum oblectaverit, id valetudinis conser-
dæ studio, id genio, quietis amantissimo, id de-
que bonæ indoli, nullis malis suspicionibus exa-
tæ, ac si, ipso absente, consilia contra ipsum,
giamque familiam iniissent, ipsis nuperis Scri-
rculis licet frendentibus dicam, erat conceden-
m.

Indicto post Principem Carolum ex Hispania re-
cem, (A. 1623.) ordinibus regni acriter urgen-
us, bello, Marchio de Inojosa, & Carolus Colu-
a, tunc temporis in Anglia, nomine Regis Hi-

ſpaniæ legatione fungentes, impl[illegible]cabili odio con-
tra Ducem Buckinghamiæ, quem p[illegible] præcipuum illius
conſilii ſuaſorem crediderunt, con[illegible]cepto, ut illum ſi
non vita, & honoribus, ſaltem gratia, qua apud Re-
gem pollebat, exuerent, junctis conſiliis conſpi-
runt. His autem nulla plauſibilior, aut expeditior
infame illud propoſitum in effectum dandi ratio ſe-
cunda viſa eſt, quam per injectas Regi, annis jam in-
graveſcentibus, animo hiſce telis non proſus impe-
vio, ne dicam facile violabili, de Buckinghamii
contra illum ſtructis inſidiis ſuſpiciones. [illegible]
impetrata pro more Regem adeundi facultate, [illegible]
profunda amoris, & reverentiæ Regiæ majeſtatis [illegible]
mulatione, diſertis verbis, clam remotis aulicis, [illegible]
tulere, ſe nuper edoctos, Bucckinghamio cum [illegible]
proceribus, Principe jam capeſſendis, moderandis-
que imperii habenis maturo, de illo, ſi illorum con-
ſiliis de rebus Hiſpanicis ſeſe oppoſuiſſet, ad amœ-
niſſimas extra urbem ædes amovendo, ubi nullis pu-
blicis curis exercitus, otio, rurisque deliciis indul-
geret, nuperrime conveniſſe. Semel iterumque à
Rege rogati, ut conſcios quosque hujus nefandi fa-
cinoris, à quibus id addidiciſſent, nominarent, [illegible]
ex parte æquiſſimis Regis poſtulationibus gratifica-
ri, aut ſui famam, qui de hac excogitata calumnia
ſuſpecti erant, vindicare, frivolis excuſationibus [illegible]
ductis, præfracte recuſarunt. Exploratiſſimum
erat, Legatos mala fide egiſſe, & violati juris gen-
tium poſtulandos: quomodo vero cum iis agen-

opor

tteret, illud non adeo facile ex æquo expedien-
a videbatur.

Rogatus à Buckinghamio Cottonus de hac re
tissima, & sententiam, & consilium, illam multis
enu historico productis exemplis ostendit: le-
s quidem eo, quod Principum vices obeant, ad-
orum licet criminum reos, ab omni pœna im-
es esse, cum malum cuipiam privato illatum
licis commodis ex isthoc commercio inter Prin-
s per Legatos provenire solitis posthabendum
illos tamen in ædibus suis concludi jure, posse,
ce dum de illata injuria satisfiat. Hoc vero ex
fundæ mentis penetralibus profert: Legatos
e, ut ædibus non exeant, ne forte ab irato po-
quippiam contingat sinistri, donec de hujus ca-
niæ auctoribus, ipsis purgatis, bene constet, per
etarios admonendos, hoc modo inducendos, si
liquo male feriato homine, qui ipsis fucum fe-
t, ejusmodi rumusculos percepissent, ut illum
derent, hanc calumniam tum principis, tum
as nomine Ordinibus regni propediem patefa-
dam, ut colloquio cum communitate mox ha-
, illorum junctis consultationibus, idoneum
malo quæratur remedium; utriusque cameræ
locutores, si videbitur, cum Legatis expostu-
debere, & de istius magnæ curiæ potestate exa-
andi & puniendi ejusmodi crimina, quibus læsa
cipis fama, publica tranquillitas non parum pe-
tari videtur, verba facere: non aliter de Regis
te, nisi productis testibus, prospiciendum esse; si

recusaverint, tanta cum solemnitate a[illegible] landi, tum
jure gentium, tum Anglicano illos [illegible] esse [illegible]
scandali scripto publico denunciando [illegible] Principes, &
Buckinghamii innocentiam quoque [illegible]
clarandam; ordinibus illud à Rege pe[illegible]
culatores præ foribus ædium excubias [illegible] agere [illegible]
tere, ne sese subtrahant; edictum, ne q[illegible]
ditorum illos, nisi prius impetrata ven[illegible]
deat, edendum: denique literas Comit[illegible] um, & [illegible]
ronum, & Prolocutoris Communitatis [illegible]
gliæ sigillo munitas, ad Regem Hispaniæ [illegible], ut [illegible]
pro ratione delicti Legatis irrogare velit, [illegible]
ctum erat in literis ad Pontificem, Roma [illegible] cum [illegible]
quadragesimo quarto R. Henrici III. & [illegible]
octavo R. Edwardi I. contra Legatos [illegible]
sua abutentes, mittendas. Si autem debitam pœ-
nam infligere recusaverit Rex Hispaniæ, hoc modo
culpa Legatorum in ipsum translata, omnem de-
ceps concordiam jure cessare, bellumque denun-
dicendum esse. In plerisque sapientissimum hoc
Cottoni consilium serenissimus Rex suggerente Bu-
ckinghamio, approbare, & sequi dignatus est. Du[m]
vero lenitatem Regis Jacobi miris elogiis prædica-
verint vicinæ gentes; socordiam Hispanorum, qui
Inojosanum summa Ducatus Mediolanensis præfe-
ctura, & Columnam amplioribus muneribus in Bel-
gio auxerunt, quasi hoc illaudabili facto præclara
meruissent, accerrimis censuris perstringendam una-
nimi sententia censuere.

Quan-

vanto autem ardore,& ſtudio Eccleſiæ cauſam, temerariis Laicorum, ſeſe ſacris nimium impor- immiſcentium, auſibus male pateretur,ſuſtinu- qvaliqve affectu viros Eccleſiaſticos coluerit onus, hoc inſigni exemplo conſtat. Cum e- qvidam Puritanorum partibus addicti, Eraſtia- mqve dogmatum fermento imbuti, qvo per di- nam laxatam, hisqve ſpecioſis artibus facilius tendam, Schismaticis elatiori animo, erectiori- ve criſtis inſanam reformationem ſanctimoniæ obductam palam oſtentare, & impune, priſti- gibus calcatis, agere liceret, leges Eccleſiaſticas, viris Eccleſiaſticis inconſultis,& plane refragan- , à ſecularibus ordinari & poſſe, & debere,argu- tis ab Imperatorum conſtitutionibus, Regum nicorum legibus, Majorumqve, qvi iſtas ſedes paſſent, praxi in hujus novæ ſententiæ præſidi- lepromptis, in ſenatu contendiſſent: ea omnia entilanda ſuſcipiens, aut miſere detorta, rem, le controvertitur, parum attingentia, aut male mmodata contrariis hiſce aſſertionibus docet, ratores, & Reges, Orthodoxos nimirum, ſſimos,ex qvo nomina Chriſto dediſſent,qvibus nitudine ſummæ poteſtatis in omnes ſubditos cunqve ordinis, & gradus exercendæ, qvicqvid ternum regimen Eccleſiaſticum ſpectat, ordi- li jus competit,veteri illa Canones condendi fa- te Eccleſiaſticis relicta integra, illos conditos ionibus ſuis roboraſſe, neutiqvam vero Epiſco- m diſceptationibus interceſſiſſe; ſi vel ipſi, vel

illorum vicarii Conciliis adessent, id honori, qvo in venerandum consessum ferebantur, & pacis, decorique servandi, ut omnia absqve strepitu, & tumultu peragerentur, studio dandum; etiam qvandoqve constitutiones civiles, si qvoqvo modo antiqvæ Ecclesiæ canonibus repugnaverint, vel ipsis Principum edictis, irritas fuisse: eandem qvoqve temporum Saxonicorum rationem fuisse; decreta nimirum Synodalia, à Regibus, & Præsulibus constituta, à magnatibus, tantum pœnis transgressoribus per brachium temporale irrogatis, fuisse confirmata; omnibus publicis consultationibus interfuisse Episcopos, etiam ordinarios Sacerdotes in generalibus regni comitiis adscitos, utpote partem populi Anglicani non contemnendam, saltem per procuratores suos pridem suffragia habuisse; Synodos Cleri provinciales de rebus sacris ordinandis omni tempore habitas; etiam apud Britannos, & in ipsis fidei Christianæ, apud Saxonas introductæ, initiis obtinuisse; illam autem potestatem, qvam jurium Ecclesiasticorum invasores sibi amant arrogare, cum formula summonitionis neutiqvam conciliari posse; Legem istam, qva auctoritas regia in rebus Ecclesiasticis R. Henrico VIII. & successoribus in integrum restituitur, primo à convocatione latam, deinde actis ordinum stabilitam fuisse; deniqve ejusmodi conatus olim (neqve enim illud prorsus novum, aut antea inauditum erat, qvod moliti sunt) Regibus Angliæ, sibi pariter, ac Ecclesiæ prudentissime caventibus, in meros fumos abiisse. Non melio

iorem causam qvisqvam patronus tutatus est unqvam, aut bona causa meliorem nacta est patronum.

Sæpe vero, regnantibus Jacobo, & Carolo, inter inferioris cameræ senatus Parlamentarii Assessores cooptabatur Cottonus, nec qvisqvam ob sedatum judicium, sapientiam, exqvisitamqve rerum Anglicarum cognitionem dignior, qvi publicis conciliis interesset. Qverelæ de oneribus, gravaminibusqve, qvibus Anglia dudum sub R. Jacobo laborabat, ubiqve fere in omnium ore percrebuere: pensiones, profusionesqve pecuniarum immodicas fuisse, exhausto penitus Scaccario; commercium diminutum remqve nauticam dilapsam retro ferri; plebem ex monopoliorum exactoribus oppressam; dignitates, debitum magnorum meritorum præmium, pretio comparatas; Angliam vafris artibus Hispanorum, nuperum fœdus de nuptiis ineundis, donec occuparetur Palatinatus, qvem facile, si legationum sumtus in copiis militaribus conscribendis impenderentur, proscriptus Comes recuperasset, in longum tempus trahentium, misere delusam; & maxima regni negotia à paucis, qvi apud Regem gratia præpollebant, cæteris, solo Consiliariorum elogio gaudentibus, exclusis, disceptata.

Hæc, & similia mala in Parlamento primo R. Caroli, sæviente Londini peste, Oxonii indicto, gravi oratione, facta temporum ex antiqvis historiis superstitumqve memoria comparatione recensere, suarum esse partium credidit Cottonus, & Regis, & patriæ, prout fidelem subditum, probumqve civem

de-

decuit, commoda ſimul promoturus: non qvidem, ut Regis clementiſſimi, à cujus prudentiſſimæ rerum adminiſtratione optima qvæqve, & feliciſſima erant expectanda, exaſperaretur animus, ſed, ut ea demum ſub initiis regni tollerentur, horum vero remedia ipſius pietati, & prudentiæ relinqverentur. Sed Cottoni, aliorumqve moderata conſilia, qvibus ſimultates injuſtiſſimæqve contra Regem optimum ſuſpiciones magis magisqve ſuccreſcentes ſopiri potuiſſent, fervidioris ingenii Demagogis, qvi ſub zelo in qvosdam præpotentes aulicos, qvos horumce malorum architectos fuiſſe inſimulabant, animadvertendi malos affectus obtegentes, & ex turbatis rebus fortunas ſuas reparare ſperantes, maxime diſplicuere, æqviſſimis Regis poſtulationibus præfracte rejectis. Ab hac fatali epocha (in duobus enim mox ſeqventibus Parlamentis vulnus iſtud, nulla arte et pertinacia medicorum ſanandum, recruduit; neqve factioſi homines, rebus novis tum in Rempublicam, tum in Eccleſiam introducendis intenti, melius ſapuere) motuum, qvibus univerſa Anglia poſtea per tot annos miſerrimum in modum affligebatur, tot millibus, flagrante Parlamentaria rebellione cæſis, tandemqve innocentiſſimo Rege, cujus mitiſſimum ingenium ab omni affectata tyrannide qvam maxime abhorrebat, obſtupeſcente univerſo orbe, manu carnificis à ſceleſtiſſimis homuncionibus ſummum jus in vitam Principis obtentu poteſtatis Parlamentariæ impiiſſime arrogantibus, trucidato, hiſtoria deducenda eſt.

bus in Parlamento Oxonienſi è pravis, turbi-
: qvorundam R. Carolo ſubſidia bello appa-
, qvod Pater, illorum repetitis, importunisqve
ius, contra Hiſpanos nuper inierat, neceſſaria
anti negantium ingeniis, male ſuccedentibus,
ltates novas, easqve majores, mox ſubnaſcitu-
visqve ſagaci animo prævidebat. Illas au-
odis ſvavibus, ſalva, & illæſa dignitate regia,
endi maxima adminiſtrorum fuit cura, qvi in-
: incerta conſiliorum, iſthoc negotio adhuc in-
, nondumqve conſtituto, mente dubii, aliorum,
rimis Cottoni, qvem tum ob conſummatam
ntiam, ſolertiamqve in rebus politicis, & Par-
itariis tractandis, tum ob ſtudium probitatis,
itilitate publica conjunctum, omnes, etiam il-
t ex injuſtiſſimo metu Regiæ poteſtatis, ultra
i conſtitutos limites evagaturæ, partibus Regi-
viores, ſuſpexerint, judicia explorare voluere.
le vero inſtar periti Medici, tarda remedia an-
ius, qvæ humores irritant, ægrotantiqve cer-
epe numero inferunt perniciem, ſapienter an-
entis, mala reipublicæ, non novis exactionibus,
unqve prætextu, ſive mutui, ſive obſoletarum
i velatis exaſperanda, ſed prudenti moderati-
iitiganda ſvadens, audacter ſtatuit, nullam ſi-
peditiorem, ſive certiorem, ſive tutiorem pe-
s ſubſidiarias colligendi, qvam juxta antiqvam
An-

Conſilium hoc vere Politicum publici qvoqve juris
oannes Rushvvorthus J. C. ex Hoſpitio Lincolni-
Hiſtoricis Collectaneis, p. 467.

Angliæ consvetudinem legibus firmatam, per Parlamentum, rationem iniri posse; huic regiæ viæ insistendum esse, anfractuosis, salebrosisqve tramitibus, qvi compendium facere videantur, relictis; aliter metam nunqvam attingi posse; necessitatem, utut justissimam, apud populum vim legis haud obtinere; hinc novam dissidiorum materiam suppeditari, & à factiosis hominibus calumnias passim spargi, qvasi jam de legibus, & religione actum sit; pecuniam à populo malis suspicionibus, affectibusqve exagitato non nisi per vim extorqveri posse; inde seditiones & tumultus, haud facile pacandos, exitusqve funestos fortean habituros oriri; deniqve Ordines regni iterum convocandos, & ad obseqvendum Regi persvadendos: hoc enim sperari jubet, si consilia ista, qvæ ipsis mandantibus affatim proponit, in usum, praxinqve reducantur. Hac præclara epicrisi submissa, rem esse ait mali ominis, fideles administros, invidia oppressos, à Rege destitui, & ad placandam iratam plebem in hostias piaculares qvasi projici; illumqve cum Ordinibus decidendi, seseqve ab incommodo, qvod premit, urgetqve, expediendi modum non raro ipsis Regibus exitialem fuisse; qvod infelicissimi Principes, Edwardus II. Ricardus II. Henricus VI. fato maxime deplorando experti sunt. Hisce autem diligenter, & serio perlectis perpensisqve, qvispiam bona mente præditus jure dixerit, ipsam Sophiam Themidemqve, sacra qvasi consultatione habita, Cottono adsidentes, ista oracula dictasse: qvæ tamen pervicacissimi homines de Rege optimo, qvo nemo,

ne

ne R. Elisabeta qvidem excepta religionem Ecclesiæ Anglicanæ vere Apostolicam sinceriori, & cordatiori affectu amplexus est, aut populi Anglicani jura legesqve exqvisitiori cura, & sollicitudine servavit, pessima qvæqve suspicantes, duobus seqventibus Parlamentis, irrita reddidere.

Reges sane nullis præ imbecillitate ingenii, nimiove potestatis amore, & studio, aut ex perversis ministrorum suggestionibus in rebus administrandis erroribus obnoxios, & ab omni labe, qvatenus aut Reges, aut homines sunt, integros fore, frustra est, & humanæ conditionis ignarus, qvi exegerit: sed ejusmodi minimis, si qvis unqvam, urgebatur R. Carolus. Hinc tamen in illum postea, qvasi in libertates, & jura populi sui involasset, declamandi in publicis comitiis,(*) mox Westmonasterii celebratis, ansa arripiebatur, eo qvod Consiliarii regia auctoritate muniti, qvosdam malevolos, & pervicaces, qvorum fidem erga Regem suspectam habuere, licet id certis indiciis, & probationibus coram tribunali proferendis, non tunc constaret, nulla speciali causa assignata, carceri, solummodo ad tempus, ne elaberentur, utpote sub arcta custodia mansuri, addixerint. Huic prærogativæ, qvam augustæ memoriæ prædecessores, si qva ratio politica, aut necessitas, qvod freqventi usu venit, impulisset, vendicarunt, & qva sublata illis vix sese, præsertim in difficillimis temporibus, adversus vafras seditiosorum machinationes tueri licebit, intercedunt Senatores, juri-

* Tertio Caroli A. 1627.

rium suorum strenui assertores; & qvidem cum venia, imo & approbatione ipsius Regis, ab ipsa sponte cessuri, si legibus antiqvis repugnare comperiatur, modo intra æqvi fines ejusmodi vindiciæ steterint. De hac re maximi momenti cum Advocatis Regiis alteram partem acriter tuentibus coram Proceribus, à communitate Angliæ inter alios disceptaturus eligitur Cottonus, qvi pensum istud ipsi demandatum optima fide, diligentia, & admiranda ingenii dexteritate, legum antiqvarum apiculis summa cum solertia discussis, rotulisqve Parlamentariis sedulo exploratis, absolvit: qvod ex Argumento, uti appellatur, sive dissertationum, qvas in istis collationibus illorum jussu protulit, serie cuivis harum rerum vel leviuscule perito facile constare poterit. Qvam beata felixqve perstitisset Anglia, si lites istæ ejusmodi disceptationibus, non feralibus præliis, qvibus in mutuam ruitur perniciem, fuissent decisæ; & tamen, licet toties icti, nondum sapimus. Sed, ut, qvod res est, fatear, (neqve enim Cottoni famam ex alienis laboribus clam surreptis, exornare opus est) Argumentum illud, sive dissertatio in illa celebri collatione habita, qvæ in posthumis Cottonianis à Jacobo Howello primo editis, sub ipsius nomine prodiit, D. Edvvardo Littletono J. C. ex interiori templo, postea custodi magni sigilli Angliæ, potiori jure videtur adscribenda, cujus epitomen, iisdem verbis subinde repetitis, exhibet Joannes Rushvvorthus in suis Collectaneis Historicis, p. 528. Ut ordines Regni simul conjuncti jura sua, ne à Regia potestate absorberentur,

petitionibus, & proteſtationibus interpoſitis
ter aſſeruere, ita non minor ſollicitudo inerat
ımunitati, ne ab ipſis Baronibus, ad qvorum
ntiam, ut dixi, temperandam R. Henricus III.
ı ad generale placitum, ſive Parlamentum con-
vit, diminutis juribus, læderetur. Ab iſthoc
n tempore, communitati pariter, ac Baronibus
ıs tam civiles, qvam capitales judicandi faculta-
& jus competiiſſe, ſaltem Baronum ſententiam
niſi illis qvoqve conſentientibus ratam firmam-
uiſſe, exemplis, qvæ conſvetudinis, in qva jus
fundatur, probationem validam, & neutiqvam
ndam inducunt, congeſtis, in epiſtola ad qven-
virum nobiliſſimum docet Cottonus, atqve ali-
ıi temperamentum illud ſapienter introductum
rum ſervetur, plane verendum eſſe, ne frenis
æ poteſtati à præpotentibus Baronibus injectis
ıarchia vertatur in Ariſtocratiam.

um qvidam vafri homines theſaurum ærarii ex
o monetæ valore non parum augeri poſſe Regi
oſuiſſent, Conſiliarii Cottonum aliosqve ad di-
lam de hac re in ſacratiori conſeſſu, die præſtitu-
ententiam, accerſendos curarunt. Cottonus
, cui univerſæ commerciorum, in qvibus pecu-
ım permutatio non minimum occupat locum,
nes erant perſpectiſſimæ, gravi oratione, ex hi-
is noſtris, & ab ipſis rerum momentis ſolerter,
geniose demonſtrat, nihil magis Regi, ſi ejus-
li mutationes permitterentur, in dedecus, aut
num ceſſurum; non modicam labem juſtitiæ, ex

qva Regum fama maxime pendet, & vindic
eft, illinc afpergendam; cujuslibet bene mora
publ. veram gloriam, & magnitudinem in nū
rum puritate, & integro pondere plurimum
ftere; R. Edwardo I. non majorem gloriam à
riis, qvam à fapientiffima rerum adminiftrati
potiffimum à ftudio, ac cura nummis aureis,
genteis, ab anteactorum feculorum fcoria
qvinamentis repurgatis, juftum pretium red
eorundem diminutionem, ærisqve admixtio
fe plane indubium declinantis imperii indi
qvod calamitofa R. Henrici VI. tempora fatis
indicant; R. Henricum VIII. poft tot victoria
reportatas, immenfis opibus luxu confumpti
turpi re admiffa, domi famæ naufragium fecif
Elifabetam pecuniam ad fummum valorem
puritate addita, qvem regnante R. Edwardo IV
avo fuo, habuit, in ipfis regni initiis ex confili
riffimorum virorum, & in æternum ob fum
prudentiam civilem celebrandorum, D. Gu
Cecilii, & D. Thomæ Smithi, immortali nomi
gloria revocaffe; incerto pecuniæ pretio omn
pulationes vacillare; nihilqve opibus, qvæ in
niis numeratis confiftunt, certi ineffe; victum
qvumqve neceffarium vitæ apparatum eo
vendi debere, operasqve infimæ plebis non nifi
re ftipendio, & mercede conducendas; deniqv
incommoda inde oritura, qvæ facilius præca
qvam tolli poffunt. Deinde fchedas fuo, & fo
rum in communi confultantium nomine exhib

argumentis monetariorum, qvi hoc unice,&
lio, lucri inde in ipsos derivandi causa, vole-
echnis, dolisq; eorundem qvoqve in apricum
explosisqve, accurate respondetur; tandem
:onidis vice subnectit qvasdam regulas: sive
ıria, maximi usus, & exploratæ fidei de metal-
pretiosioribus, tam rudibus, & infectis, qvam
s, & in titulos, faciesqve minutas concisis, qvæ,
ınsultationes adhibitas, summa cum solertia,
cio constituebantur. Sed de editis opusculis
ıi hactenus.

ædam alia opuscula scripsit Cottonus; sive
a sponte, ex fæcunditate solertis ingenii in re-
versi argumenti elaborandis exercitati, prout
ɔ ferebat, sive rogatu aliorum incitatus; puta

Scutagio.

jure, & commoditate sepiendi agros, & con-
ıdi terram arabilem in pascua.

antiqvitate Christianæ religionis in Britannia.

antiqvitate, dignitate, & officio Seneschalli,
reschalli Angliæ.

antiqvitate, etymologia, & privilegio Castel-
l.

antiqvitate, etymologia, & privilegio oppido-

mensuris agrorum.

antiqvitate Symbolorum, & de subditorum in-
ɔus gentilitiis.

ɔllectanea curiosa.

De rebus militaribus,
De mercatura, aliisqve congeneris argum...

Collectanea ex rotulis Parlamentariis, di... iis, qvæ ſub illius nomine prodierunt, id app... Bibliopola, ut mercimonium iſtud præſtabili... dibiliusqve redderet.

Cottonus de notitia comitatus Hunting... ſis, in qvo natus erat, edenda olim cogitaſſ... inducor, ut credam, ex materia congeſta è li... ſuali, aliisqve; ſed aliis ſtudiis impeditus, n... proceſſiſſe videtur. Aliud vero opus nobili... & maximi momenti, qvod illuſtrandis Eccl... Britannicarum antiqvitatibus, optime condu... ſtatu religionis Chriſtianæ in hiſce inſulis, à p... recepti Evangelii tempore, per continuam ſe... rum ſeriem, & ſucceſſionem, qvantum ex v... codicibus colligi poterat, usqve ad reforma... ſub R. Edwardo VI. initam, molitus eſt, v... conſcribendam primo propoſuit; conſilium ... Jacobo à Comite Arundeliæ communicatum... fice placuit. Qvibus autem de cauſis ceſſavit, incertum eſt; niſi potius dicendum ſit, D. Uſſ... iſtud penſum in ſe ſuſcepiſſe: cujus primam, ... qve præcipuam partem tandem in laudatiſſim... Eccleſiarum Britannicarum primordiis libro, ... diis, qvæ affatim ſuppeditavit Bibliotheca Cott... na, fretus, publici juris fecit. Ad integrum ... abſolvendum ingentem documentorum mol... cto voluminibus comprehenſam collegerat C...

nus; de cujus curiosissimis, & qvantivis pretii collectaneis, alias longe melior dabitur disserendi occasio.

Ad Cottoni ædes, tanqvam ad communem reconditioris doctrinæ apothecam, sive ad novam Academiam, qvotqvot animo paulo erectiori musis, & gratiis litaverint, sese recepere, nullam à viro humanissimo repulsam passuri: qvippe idem literas bonas promovendi studium erat omni auctoramento longe potentius. Nec ista obvia morum facilitas, qva omnes bonos, eruditionisqve candidatos complexus est, qvicqvam reverentiæ, qva vicissim ille colebatur, detraxerat: potius omnium, qvos familiari sermone, repetitisqve colloqviis dignari placuit, in se amores, & admirationem hac insigni naturæ benignitate excitavit. Ille enim ex vero literarum amore qvalescunqve aliorum, qvi ingenii, & industriæ monimentis patriam essent illustraturi, conatus strenue adjuvare, & curæ, & voluptati sibi esse duxit; nullius famæ invidens, non parcus temporis laborisve, in gratiam amicorum, illius opem, & consilium implorantium, impendendi; imo, si minus innotuissent, non alio parario, non aliunde qvæsita commendatione opus habuere, qvi qvippiam grande ausuri, de apparatu necessario, de methodo, ac ordine, qvibus esset utendum, oraculum illud irent sciscitatum. Hanc benevolentiam, si qvis unqvam, sæpissime expertus est Joannes Speedus, Civis Londinensis, ob industriam saltem maxime commendandus, qvi generalem magnæ Britanniæ historiam qvalemqvalem, vernaculo idiomate, pro captu, modulo, viribusqve

suis, scribere aggressus, tanto oneri plane succubuerat, nisi Cottonus subsidiariam laboranti operam præstitisset: cujus consiliis monitisqve tanqvam filo Ariadnæo sese ex isto Labyrintho tandem feliciter extricavit. Cottonus enim schedas incultas, scabrasqve, ingenio, tanqvam lima, perpolivit, ubi necessitas postulaverat, recoctas denuo reformavit, & insigni observationum supplemento è penu suo auxit, ut opus illud qvalecunqve, qvod longe alium auctorem, in vetustis scriptoribus tabulariisqve publicis versatissimum desideraret, si non cum laude, saltem cum venia, & fructu legeretur. Alios qvoqve rerum nostrarum peritos, lucubrationibus istis, qvibus unius viri industria elaborandis vix suffecerit, symbolas suas addidisse, fide certa constat, qvos justis elogiis in fine operis celebrat Speedus.

Ut vero opus istud ornatius prodiret, seseqve lectoribus curiosis in gratiam insinuaret magis, ex cimeliarchio suo * ectypa rarissimorum numismatum Regum Britannorum, Saxonum, Danorum, & Normannorum æri incisa suis in locis coram repræsentari passus est Cottonus, qvod istius historiæ consarcinator gratus agnovit. Cum enim lumen rebus nostris, spissa caligine involutis, melius detegendis, illustrandisqve ab antiqvis nummis, annulis, monilibus, armillis, sigillis, cæterisqve prisci ævi reliqviis ab edace tempore non absumptis, qvas subtus terram per

* Vid. Historiam magnæ Britanniæ p. 25. a. & præcipue summariam istius libri conclusionem Londini 2. edit. 1623.

ot secula latentes in apricum protulisset casus,
narmoribus affundi solere cuivis esset compertum, pretiosam hanc supellectilem, tanqvam
em Bibliothecæ appendicem, in loculis repoam per universam Angliam conqvisivit. Merx
iteraria merito censetur, secundum vetustos comaximi facienda. Hunc vero thesaurum nulut oculis videndum, aut manibus tractandum
gavit Cottonus, sed ejusdem, qvasi sui non esset
lium, in privato censu recensendum, sed uni-
literatorum genti communi jure competiisset,
im cuivis recte utenti, & pro dignitate æstimano egregia sua humanitate impertitus est. Ea
numismata, qvæ ad patrias antiqvitates illudas qvoqvo modo pertinent, sive sub ipsis Bris Regulis, sive sub Romanis Imperatoribus si-
ı, * præstantissimo Viro, G. Camdeno suo, tain opere immortali inserenda, eruditissimisqve
nentariis explicanda communicavit. Ipse au-
Cottonus decennio post (A. C. 1617.) Britanniltimo editam iconas numismatum Anglo-Saım, & Danorum Regum, una cum posterioris
'rincipum nostrorum sigillis, ex qvo in usu esse
ssent, tabellis exprimendas curavit, ectypis a-
e reservatis, ** qvibus illustres viros, Nicolaum
icium Peireskium, & Petrum Puteanum ingenalliæ lumina, aliosqve intimæ admissionis ami-

Vid. Camdeni Britan. p. 61. ** V. Camd. Ep. p.
163. 291. & vitam Peireskii à Gassendo scriptam Lib.
102. 103.

cos donavit. Non enim tabellæ istæ in communem omnium usum erant publicandæ, donec ad eas illustrandas justum, qvem, ut puto, molitus est Cottonus, commentarium absolvisset. Sed prorsus dolendum est, illum majoris momenti negotiis, ut videtur abductum, ab isto proposito abstinuisse.

Qvasi vero omnium gentium omniumqve seculorum gesta vasto excelsæ mentis ambitu comprehendisset Cottonus, Ricardus Knolles, Scriptor apud nostrates, ob historiam gentis Turcarum à prima origine, non incelebris, eandem recocturus, inqve novissima tempora producturus, illum de supplemento consulit; nec id qvidem temere, aut ἀστόχως, cum forte ipsi suboluerit, Cottonum Epistolas avthenticas Magistrorum Eqvitum Rhodiensium, qvi pro fideChristiana contra barbaros, & infideles strenue dimicarunt, aliorumqve magni nominis virorum, de rebus ab ineunte superiore seculo, & deinceps in Oriente gestis, & Syllogen epistolarum, qvas V. Cl. Edvvardus Barton, pro R. Elisabetha ordinarius apud Portam Ottomannam Orator, qvi cum Mohammede Imperatore in Hungariam profectus, isti bello interfuit, continenter scripsit, qvæ novam, eamqve ampliorem materiam historiæ suppeditaret, apud se habuisse.

Sed ut minorum gentium scriptores omittam, duos viros maximos, DD. Franciscum Baconum, & Gualterum Ravvleighum, tantum in præsenti nominabo; qvorum hic, carceris in turre Londinensi pœnam luens, in secunda universalis historiæ parte antiqvi-

tiqvitates Britannicas indagaturus, ut qvosdam codices, tum typis impressos, tum manu exaratos, sibi utendos dare vellet Cottonus, literis petit: ille autem describendæ R. Henrici VII. qvem tanqvam exqvisitissimum politicæ prudentiæ exemplar stylo elegantissimò repræsentat, vitæ intentus, V. Cl. Gualteri Havvkesvvorthi, communis amici, manu, & opera apud Cottonum usus est, ut qvicqvid documentorum, & narrationum, qvæ aliis non bene compertæ erant, felici, & sagaci industria collegisset, id impertiri non gravaretur.

His qvoqve accensendus est vir summus, & omnigena eruditione cumulatissimus, Joannes Seldenus, qvi nascentem gloriam, famamqve, qvæ postea fere in immensum crevit, Cottoni tum libris chartisqve mutuo acceptis, tum familiaribus colloqviis, (à qvibus, ipso fatente, non nisi doctior, novisqve luminibus instructus discessit) & amicitiæ debuit: cujus accepti beneficii memor, virtutumqve Cottoni admiratione defixus, illi librum Analectorum Anglo-Britannicorum magnifico & plane invidendo elogio inscribit, (1615) & triennio post (1618) in ejus laudibus celebrandis præfixa historiæ decimarum epistola dedicatoria fuse exspatiatur: ingenua professione præmissa, se non minus justitiæ rationibus, qvam obseqvii, & observantiæ debito ductum, hoc fecisse, ut qvod ipsius egregia humanitate, doctisqve consiliis, pleraqve ex parte adjutus collegisset, id ipsum non dare, sed reddere videretur. Cottoni vero acre, & perspicax judicium adeo reveritus

est Seldenus, ut illius svasionibus, consiliisqve pariter, ac genio, & propensioni naturæ obsecutus, marmora, qvæ illustrissimus vir Thomas Hovvardus, Comes Arundeliæ, in Angliam ex Græcia, tanqvam opima spolia è manibus barbarorum erepta, in qvibus vetustioris Græciæ celebriores epochæ, aliaqve venerandæ antiqvitatis arcana panduntur, advehi curaverat, additis demum eruditissimis commentariis, illustrare, illo potissimum hortante, ne dicam impellente, facile in se susceperit. Seldenum sane ob cultissimi ingenii dotes, qvæ tanqvam tot gemmæ in ipsa juventute emicantes, certam optimæ frugis, maturescente ætate, spem fecerant, amore suo dignissimum judicavit Cottonus, & per totam vitam arctissima necessitudine, & benevolentia complexus est: illum autem tanqvam patrem, & patronum studiorum vicissim coluit Seldenus, illiusqve anima ad cognatum cœlum transvolante, obseqvii debito qvasi jure clientelari ad hæredes devoluto, postqvam omnium eruditorum per universam Europam, ubi politioris literaturæ studium viguit, applausus merito suo adeptus, ingens Britanniæ decus, & ornamentum haberetur, D. Thomam Cottonum filium, & D. Joannem Cottonum nepotem, tunc juvenili ætate ad avitam majorum gloriam ex honesta æmulatione æqvis passibus contendentem, omni morositate seposita, egregia comitate indesinenter excepit. Qvin etiam in eorum negotiis, si qva occasio impulerit, grassante impia istorum temporum rebellione, qvando Proceres, Senatoresqve Parlamentarii in

Re-

Regiis partibus, quas viri hi nobilissimi integra fide secuti sunt, addictos dominarentur, procurandis promtus alacerque, nullis sive humanitatis, sive observantiæ officiis, quibus benevolentiam suam testaretur omissis, neglectisve; tandemque, ut memoria tam sinceri affectus, & observantiæ apud nepotes nepotum in familia Cottoniana perennaret, morti * propinqvus, duodecim discos argenteos deauratos, in quibus affabre cœlantur labores Herculis, scyphum ex concha margaritifera tornatum aliaque pretiosa donaria testamento legavit.

Nec minor in alios, licet non in eminentiori gradu collocatos, sed in secundis consistentes benignitas, modo quippiam, quod literis, & patriæ sive honori, sive commodo quoquo modo conducere posset, molirentur; quod V. Cl. Joannes Weaverus & lætus sensit, & gratissimo ore prædicavit. Ille enim otio abundans, pio clarissimorum virorum memorias ab oblivione, & interitu vindicandi desiderio incensus, itineribus per varias Angliæ provincias, & etiam in Scotiam, susceptis, inibique Ecclesiis cathedralibus, & si quæ essent celebrioris notæ, Parochialibus lustratis, sepulcra, cæteraque monumenta diligenti oculo exploravit, epitaphia exscripturus. In hoc autem nobili instituto insignes quosdam viros, Schraderum, Chytræum, & Sweertium, qui Italiæ, Galliæ, & Germaniæ titulos cippis, marmoribusque incisos publica luce donarunt, ipsi præeuntes habuit. Labor sane optime inpen-

* Obiit 30. Nov. 1654.

pensus videtur, & omni commendatione dignus, præsertim si advertamus, characteres in æreis laminis, quas rapaces sacrilegorum manus non abripuissent, situ obductos, & exesos, visum fugere, & obliterari incepisse. Hunc à V. Cl. & inter Heraldos post Gloverum, Camdenum, & Dugdallum, ob stupendam in stirpibus nobilium Angliæ familiarum indagandis solertiam, maximo in signi, Augustino Vincentio, commendatum summa benignitate excipit Cottonus; consiliis adjuvat, &, ut institutum illud, dum valetudo, dum ætas, dum otium siverit, usque, & usque prosequi velit, urget, documentisque ad istam indaginem accuratius faciendam de locis, (ut credere par est) ubi magnorum virorum, de quibus erat inquirendum, cineres conduntur, aliisque ex vetustorum codicum indicio expedite impertitur. Dum vero Weaverus * librum, modicam, uti videtur, operis destinati partem, ex ingenti Collectaneorum mole, selectum, prelo mandat, moritur Cottonus; quem eo impensius laudat, & debito gratitudinis sensu tactus, de se, & opere suo optime meruisse testatur.

Magnates quidam, qui regnante Jacobo I. titulis, dignitatibus, & opibus bonarum literarum studium conjunxerant, Cottoni exemplo (quidni enim dixerim?) incitati de bibliothecis in suis ædibus condendis erant maxime solliciti, quasi illæ, licet deauratis laquearibus, picturis, statuis, toreumatis, lectulis affabre elaboratis, supellectile pretiosa, reliquoque

quem

* Liber iste impressus erat Londini in folio 1631.

quem aut exteræ regiones,aut domesticorum artificum ingenium, & industria suppeditare solent,instructæ, præcipuum ipsis judicibus à Museo splendorem,& ornatum mutuarentur. Ad illud autem recte instituendum,librorum,qui non ad pompam, aut oculorum delicias, sed ad usum, cultumque mentis sobriæ, & sapientiam ab optimis Magistris assidua lectione acquirendi cupidissimæ, erant comparandi,delectu opus habuere,nec quisquam laudatissimis hisce curis magis exercitatus occurrebat, qui subsidiarias operas præstaret, quam Cottonus; quo cum illustrissimi viri,Henricus Howardus, Comes Northamptoniæ,Cottono,si quis unquam,amicissimus, Carolus Bluntus, Comes Devoniæ, & Robertus Sidneius, Comes Leicestriæ, libris pertinaci studio colligendis maxime intenti, tum sermone, tum literis sæpe egerunt. Sed hasce nobilissimas Bibliothecas, (uti & multas alias, quibus olim nobiles familiæ merito superbiebant) possessoribus procul dubio perquam dignissimas, aut deplorandæ motuum nuperorum in Angliavicissitudines,aut hæredum socordia,& avaritia,aut edax tempus, inductis patrimoniorum,bonorumque nobilium mutationibus,aut longe voraciores flammæ jactura plane irreparabili absumpsere: quod triste fatum subiit Bibliotheca Sidneiana,quam illustrissimus Comes, filius, hæres,& successor paternis vestigiis insistens, parique literarum amore incensus, magnis accessionibus locupletaverat, quo tempore magnificæ

ædes

ædes Penshurtianæ fere ante triginta annos deflagrarunt.

Vita functo Henrico Howardo, Comite Northamptoniæ, nullius præ illustrissimo viro Thoma Comite Arundeliæ, ejus fratris, Thomæ Ducis Norfolciæ, nepote, amicitiam, aut majori studio captavit, aut sinceriori obsequio coluit Cottonus, ab eodem paribus veri amoris, & observantiæ officiis deinceps prosequendus. Affectum illum, alterutrinque certatim repensum, induxerunt idem bonarum literarum amor, eadem morum similitudo, eadem patriam ornandi, & adjuvandi, collectis literariis, licet diversi generis, monimentis, voluntas, & cura: nullusque dubito, quin ab ista bona æmulatione Comes codices Græcos, aliosque manuscriptos, marmora, statuas, protomas, toreumata, picturas, numismata, ac gemmas, Athenis, & Romæ à peritissimis artificibus affabre cœlatas, inque capsulis Imperatorum, aliorumque prisci ævi, quos sors nascendi, aut heroica virtus ad summas dignitates extulisset, (neque enim ob materiam, artemque exquisitissimam, qua pretium augeri solet, in censu privatorum esse poterant) olim repositas, ex Oriente sumptibus, pene immensis procurandi desiderio postea incenderetur. Hujus celebratissimam Bibliothecam, quæ Arundeliana nuncupatur, illustrissimus vir, Henricus Dux Norfolciæ, Thomæ nepos, Regali Societati Londinensi, & marmora Academiæ Oxoniensi dono dedit. Dactyliothecam vero, qua aut ditiorem, aut curiosiorem per universam Europam

vix

vix reperire est , jam posſidet vir nobilisſimus, D.Henricus Comes Petriburgenſis,qui ex inſito antiquitatis amore,admiranda plane ſolertia,ejusmodi gazas vel ipſis Regibus invidendas, à multis annis collegit: cujus ſummæ benignitati debeo, quod jucundisſimo hujus incomparabilis theſauri conſpectu oculos,mentemque meam plusquam ſemel refecerim. Hinc iſta familiaritas inter Comitem & Cottonum,ſalva dignitate,in colloquiis,crebrisque congresſibus, perſpecta, ut alter altero,quod certiſſimum eſt veræ amicitiæ indicium,delectaretur; hinc literarum illud, dum Comes, relicta pro tempore Anglia, Italiam, aliasque regiones peragraret, commercium; quocunque peregrinaretur, Cottonum ſuum quaſi ſemper ſecum ferre viſus eſt, ſi non oculis, ſaltem in memoria habens,ſpondensque, iter illud longe jucundius fore, ſi ille ſibi adfuiſſet; hinc denique poſt reditum in patriam mutui amplexus, & arcta neceſſitudo, fortiori vinculo colligata, & per integram vitam repetita,quam ſola mors Cottoni terminaverit, relicto apud virum maximum tam cari capitis ingenti deſiderio.

Amicitia vero (A. 1615. exeunte) cum D.Roberto Carro Scoto,quem ampliſſimis in Anglia muneribus auctum nimius R. Jacobi favor ad titulum, & dignitatem Comitis Somerſettiæ evexerat, pridem inita, non mediocre Cottono faceſſebat negotium; quod hic non celandum arbitror, licet ad rem iſtam animum non ſerio advertentibus aliquam

labem famæ Cottonianæ inferre videatur. Comes iste insanis Elisabethæ, Comitissæ Essexiæ, jam ob frigidatem marito intentatam ex judicum sententia ab istius matrimonii contracti vinculo solutæ, amoribus abreptus, D. Thomam Overburium Equitem auratum, ingenii laudibus celebratissimum, tum temporis in turre Londinensi, eo, quod legationem in Moscoviam ipsi à Rege demandatam obire pertinacissime recusasset, carceris pœnam luentem, venenatis medicamentis enecandum curavit, illa potissimum instigante, cujus odium in virum clarissimum, qui, pro debita amicitiæ, & familiaritatis ratione, ut ille præ se ferebat, celata in familiam, è qua oriunda erat, Suffolciensem inimicitia, illas infames nuptias importunis precibus, argumentisque subinde ingestis avertere conatus est, non nisi sanguine illius erat placandum. Scelere mox detecto, conscii, & participes vitam suspendio finierunt, è quorum confessionibus nullus, de primariis istius nefarii consilii auctoribus, ne vel minimæ dubitationi relinquebatur locus. Metu mortis, vi legum infligendæ, consternatus Comes, Cottonum consuluit, quibus technis, sive coram consiliariis, horribile hoc arcanum severo examine exploraturis, sive ad judicium vocatus coram tribunali, sese à crimine impacto meliuscule excusaret. Ille vero, apud quem non tantum arcana animi, sed capsulam quoque gemmis, aureisque nummis ad valorem usque quadraginta mille librarum assurgentibus refertam, (tanta erat amicitiæ, & fidei Cottonianæ fiducia) de-

osuit, ne amicum in maximis angustiis constitu-
a deseruisse videretur acceptis literis ab Overbu-
ad ipsum scriptis, perspexit quippiam subsidii inde
i posse, si tempus, utpote omissum, in quo scriptæ
nt, assignaretur; dein, cum à Sommersetto, Re-
n ex misericordia erga famulum, quem nuperri-
impendio amabat, de relaxanda capitis pœna
ppiam coram innuisse, accepisset, respondit, char-
um, quas Gulielmo Wickamo, Episcopo Winto-
nsi, & Cardinali Wolsæo de homicidiis, aliisque
italibus criminibus remittendis olim concesse-
t R.R. Ricardus II. & Henricus VIII, apographa
d se extare; monuitque ejusmodi chartam par-
ationis, ut barbara voce forensi utar, si salvus es-
oluerit, necessario impetrandam; quam illo fa-
annuente, mox curavit conscribendam. De
loquiis, quæ celari non poterant, cum Somerset-
abitis, Cottonus coram Consiliariis comparere
us, nihil eorum, quæ aut dixerit, aut fecerit ro-
u Comitis, qui rem quoque ita se habuisse inter-
ita fide asseveravit, voluit subticendum. Cum
o res mali exempli esse videretur, tanti sce-
s manifestum consiliis juvisse, Cottonum di-
ttere nolebant; nec tamen volebant in car-
em dare, ideo in mitiorem sententiam in-
antes, decreverunt, illum D. Barkhamo, Se-
tori Londinensi, in custodiam committen-
m esse: in cujus ædibus per quinque menses
tentus, tandem post judicium à Paribus regni ad-
rsus Comitem, & Comitissam in foro Westmo-

nasteriensi latum, quod Rex postea remiserat, liberatur. Sane verus iste, quo erga Comitem ferebatur, affectus facile excusandus videbitur; nec quicquam inde bonæ existimationi, & famæ Cottoni detractum amici censuere, neque æqui rerum judices adhuc censebunt.

Non multo post clancularriis artibus subrepebat in lucem famosus libellus, in quo Rex ob male administratam Rempublicam acerrime perstringebatur, de quo cum suspectus fuisset Cottonus, quasi nuperum dedecus hoc mordaci scripto ulturus, illum mox Rex ipse, omnesque boni, quibus ejus erga Regem pietas, fides, & obsequium, candidissimique mores, à convitiis, & satyra alienissimi, innotuere, à ficto crimine absolverunt. Post triennium (1619.) deprehensus auctor, Joannes Williams Cantianus, Juris-consultus è medii Templi Collegio, læsæ majestatis postulatus ad patibulum damnatur.

Nemo aut Regem integriore fide coluit, aut patriam, ejusque jura, privilegia, honorem, commodumve sinceriore affectu prosecutus est. Cottoni enim animus, malis affectibus vacuus, non auro, non muneribus, quibus plerique mortalium succumbunt, erat corrumpendus; non blanditiis, aut præstigiis à proposito, & amore veri, ac recti dimovendus. Id quidem tristis, & pudore suffusus sensit Comes Gondomarius, qui hisce artibus, quarum frequens est in aulis Principum usus, qua erat versutia, si quis unquam, maxime adsueverat. Ille autem

m* indiculo illorum, quos in Anglia apud Regem, apud Ordines regni, & apud populum gratia pollentes, ad tuendas Hispanorum partes larga pecuniarum profusione allexerat, circa A. M.DC.XX. Madriti exhibito, Cottoni nomen apposuit, quasi ille libras Sterlingicas accepisset. Horribile hoc [illegible]mnum felici indicio nobilis Angli, tunc temporis illic degentis, Cottono tandem innotuit, qui famæ, hac falsissima criminatione læsæ, vindicandæ cupidissimus, prout virum vere nobilem, & probum decuit, publicam atrocis calumniæ, & injuriæ sibi illatæ reparationem ab ipso Legato poposcit, & obtinuit quidem: ita tamen, ut istius fœdissimi erroris infamia ab illo, salva publici muneris, quod susti-[illegible]set, dignitate (si hac frivola excusatione esset purgandus) in Secretarium derivaretur.

Cottono, licet Angliam satis amplum gloriæ theatrum habuerit, apud exteros non defuere amici, & laudatores; quales erant, ut alios omittam, V. V. ingenio, & eruditione præstantissimi, Janus Gruterus, Franciscus Sweertius, Andreas du Chesne, Joannes Bourdelotius, Petrus Puteanus, & maxime omnium, Nicolaus Fabricius Peireskius, qui post amicitiam cum Cottono, & Camdeno, cum anno 1606. esset in Anglia, initam, utrosque omni honore indesinenter prosecutus est: atque iis ob codices transmissos, numismata, chartasque rariores benevole communicatas, se, si quisquam alius mortalium, devinctissimum crebris literis agnovit.

Ll 2 In-

* vid. Rusworthi *Collectanea* Tom. I. ad A. 1620. p. 20.

Inter amicos vero domi, præter eos, quos supra sparsim recensui, maxime familiares habuit Jac. Usserium Archiep. Armachanum, Henricum Bourchierum, Comitem Bathoniæ, Edwardum, Henricum & Jacobum Montacutios, fratres, & cognatos suos, illum Comitem Mancestriæ, istum Baronem de Boughton, hunc, Epis. Winton. Joan. Dodderidgium, Regii Banci Justitiarium, D. Joan. Davisium, Equitem auratum, Franciscum Tate, Davidem Powellum, Doctorem Theologum, Hugonem Hollandum, Arthurum Agardum, Vice-camerarium Scaccarii, Ricardum Carew Cornubiensem, Rogerum Doddesworthium Eboracensem, Gulielmum Burton Leicestrensem, Gulielmum Lisle, & D. Jacobum Waræum, ut à reliquis singillatim recensendis abstineam, ne ostentationis vitio id mihi vertatur; quorum epistolas ad illum Anglice scriptas tandem aliquando edi curabo.

Sed dum firma, vegetaque corporis constitutio vitam, affecta licet senectute spondere videbatur, ex inopinato superveniebat violenta febris, nullis medicamentis, nulla arte expugnabilis. Non medici soli, sed ipse Cottonus facile præsagiebat, mortem sibi prope instare; ideo citra moram, prout virum Christianum decuit, totus jam, abjecta omni productioris vitæ spe, rebus cœlestibus contemplandis intentus, reverendum Presbyterum, D. Oldisworthum, curat accersendum, ut solatia illa, subsidiaque, quæ moribundis religio Christiana sole

imi-

ertiri, illo rite miniſtrante perciperet, & purgata ſalutarem pœnitentiam, & fidem in Chriſtum atorem ſuum, anima, ſacro Eucharistiæ viatico eretur. Licet enim erga quosdam, qui non in ibus fidei Chriſtianæ articulis, (novis utpote ex lari typho, & ſuperſtitione introductis) idem iſſent, animi eſſet moderatioris, & unum, aut alm è Romanæ Eccleſiæ Sacerdotibus colloquio, randio interdum excipere dignaretur, illud cais vere Chriſtianæ, hoc autem perpetui erga boliteras amoris erat indicium. Hujus autem cotis, præter bonam indolem à natura inſitam exndæ juſtisſima ſuppetebat ratio. Angli * Beαtini, qui Duaci in Collegio, & Conventu S gorii degebant, actis ordinis ſui conſcribendis ipati, literis obſequii plenisſimis impetrarunt, ander de S. Martino, cujus verum nomen erat nes Jones, hac de cauſa in Angliam miſſus, an-

i V.V.CLL. Cottonum, Camdenum, Spelmannum & num de Apoſtolatu, & antiquitate Benedictinorum, à quibusdam iſtius ordinis æmulis in dubium voca:, circa id tempus conſuluerunt; quorum teſtimo, & de hoc lite unanimem ſententiam, nominum riptionibus firmatam refert Clemens Reinerius in iſtorica Diſceptatione Duaci A. M. DC. XXVI, im: cui ut majorem apud exteros conciliaret fidem, & ritatem, illos in genere merito appellat homines es in Rep. Angliæ, florentes divitiarum, & honorum a; magis autem ſuſpiciendos eruditionis laude, & uitatum ſtudioſa indagatione, toti Angliæ nobilis, p. 202. & deinde ſingulos peculiaribus elogiis ſeorohoneſtat.

tiquitatis monimenta, quorum nusquam aut major copia, aut melior delectus extabat, in Bibliotheca Cottoniana lustraret. Petitioni æquæ facilis annuebat vir nobilissimus, qui thesaurum illum in publicos omnium usus collegerat, & Monachum istum placidissimis moribus, quibus se in gratiam illius insinuavit, & eruditione haud vulgari præditum, benevolo affectu complectebatur. Nec id aut famæ, aut conscientiæ fraudi, & præjudicio erat, quasi in fide Catholica, quam à matre Ecclesia Anglicana didicerat, vel minimum vacillasset; in cujus communione, uti animo optime informato antea constanter vixit, ita quoque per Dei gratiam pie decessurus.

Testamentum mox condit Cottonus, in quo, amplissima hæreditate, quam ipse à majoribus derivaverat, in filium unicum, D. Thomam Cottonum, quem solum illius Executorem, ut Jurisconsulti loquuntur, constituit, jure patrimoniali transcripta, quantum humana prudentia prospicere potest, statuit, cavetque, ut codices manuscripti, chartæ, reliqvusque sacræ antiquitatis apparatus, quam magnis impensis, nec minori industria per quadraginta annos collegerat, eidem D. Thomæ, & post illum D. Joanni nepoti, quem expressim nominat, puero tum decenni, de quo optimam spem conceperat avus, & deinde hæredibus suis, recta serie succedentibus, in peculium familiæ Cottonianæ, nullo modo distrahendum, in omne ævum cedant.

Post

Post biduum, ingravescente morbo, sexto die Maji A. Ch. M. DC. XXXI. postquam tres menses, pauculosque dies, supra sexaginta annos complevisset, in ædibus suis Westmonasteriensibus, pie in Christo animam efflavit. Hujus mortem, tanquam immaturam, & ipsis literis fatalem, omnes luxerunt boni; sed luctu in virtutum Cottonianarum amorem, & admirationem tandem converso, Patriæ hoc insignissimum decus, & felicitatem gratulati sunt, quod in hac effœta mundi senecta Cottonum protulisset, virum non solius Angliæ, sed totius Reipubl. literariæ commodo natum, virum omnium seculorum memoria per quam dignissimum; cujus laudes & merita nulla ætas aut deteret, aut silebit, sed quæ, dum suus literis constabit honos, & quamdiu antiquitatis, & historiæ Anglicanæ amor, & studium vigebunt, usque, & usque propagabuntur.

Corpus solemni pompa, splendidis natalibus, & dignitati congrua, amicis extra urbem comitantibus, elatum, in australi Ecclesiæ de Conington capella, prout ipse in ultimis tabellis statuerat, sepeliendum curarunt lectissima fœmina conjux Elisabeta, una ex filialibus, & cohæredibus amplissimi viri, Gulielmi Brocasii, Armigeri, de Thedingworth in Comitatu Leicestriensi, & filius; ibique monimentum posuerunt cum hac epigraphe:

ROBERTUS COTTONUS MILES
ET BARONETTUS, DOMINUS HUJUS
MANERII DE CONINGTON
ANTIQUÆ ET NOBILIS FAMILIÆ
BRUCEORUM, EJUSDEM
MANERII DOMINORUM, PER
PARENTALEM SUCCESSIONEM HÆRES:
SAGACISSIMUS ANTIQUITATUM HUJUS
GENTIS INDAGATOR,
ET CONSERVATOR NOTISSIMUS;
NATUS XXII. JANUARII M. D. LXX.
DENTONIÆ:
OBIIT VI. DIE MAJI M. DC. XXXI. IN
DOMO SUA WESTMONASTERIENSI.
ET JUXTA HIC CONDITUR EXPECTANS
RESURRECTIONEM FELICEM.
COMMUNIS MUNDO SUPEREST ROGUS.

OCTA-

OCTAVII ANTAGATHI VITA

AVCTORE

JO. BAPTISTA RVFO.

Juxta Exemplar
)MAE, Typis Varesii, M.DC. LVII.
impressum.

* * *

INENTISSIMO & REVERENDISSIMO

PRINCIPI

.ANCISCO BARBERINO

E. CARD. VICECANCELLARIO.

)VANTVM illud est, doctrinas excoluisse ad fastigium & admirationem, Artes exercuisse :emplar & miraculum! Attamen si vitio cadesi infortunio interirent, fieri posset, ut subinde :arentur, aliqvando restituerentur, suffectis awentoribus, novis ingeniis & sublimibus prola- ' redditis. Cum enim Naturæ curæ sit, humaneri consulere, illud in dies propagando, &

continua successione ad sæcula traducendo, & plurimum virtutis, plurimum beneficentiæ semper mater eadem ferax & fœcunda retineat, certum est, cum ii ipsi, qvi nobis animi monumenta, manuum opificia struxerunt reliqveruntqve, humanæ conditionis fuerint, post illos, alios pares substituturam; nec sineret qværere qvod perdidissemus, non lamentis fatigare sortem, non votis reposcere amissa. Hac Magistra scientias edocti Majores nostri, iisdem informarentur posteri. Bono igitur aptoqve subsidio nobis provisum est, si Artes ingenuæ, si serviles deperderentur omnino, in commune nostrum vires reparante, & vices suas diversis fœtibus referente Natura. Singulorum longe dispar ratio, ideoqve minus optabilis. Non ejus, non ullius interest servare, aut seponere qvempiam. Absumuntur homines qvotidie qvà acerba, qvà tempestiva morte, tolluntur à cœtu, ab amicis, extrahuntur à Magistratibus, & his diebus miserrimè exitiali morbo ingruente devorantur irritis ubiqve suorùm lacrymis: nec est amplius, qvi eumdem reducat, iterum addicat, actionibus, dictis moribus, institutis unà pereuntibus. Oblivio omnia occupat, avum obscurat. Nullum remedium apud nos, apud futuros mortalitas cujusqve opperitur. Ita singillatim desinimus, in universum manemus, & duramus. Homini cavetur, Petrus despicitur. Sola Historia illud ipsum, qvod Natura generatim operatur in sortem humanam, operatur in unoqvoqve nostrum, reficiendo nos, donandoqve perpetuitate effigie actibus

eos-

eosdem ut viventes spirantesqve. Annales demonstrant, qvales fuimus, dant videndos perinde ac viximus. Prudenter expetiti labores ad aliorum, & propriam famam! Immortales studiorum calami, qvi nos cum majoribus componitis, qvi absentes advocatis, vultum vocem redintegratis, qvi Bella, Regna, Reges, & præterita omnia reportatis sub oculos. Qvid igitur si tantopere omnes capiat amor, si desiderium delectet legendi scrutandive res gestas, & imperitum etiam scriptorem in manibus versari appetamus, ut anteactorum scenam venemur & conseqvamur? Certe qvi hoc intelligit & amat, fovet qvæcunqve huc pertinent. Verum si qvisqvam hodie, Tu Eminentissime Princeps, ille es. Non enim solum Latinorum & nostratium, sed Græcorum & exterorum codices tua celebri adservas Bibliotheca, & qvæ nos latent, luce & publico jure donas. Hac spe Octavii Pantagathi *Vitam Tibi trado consignoqve, Viri summorum ingeniorum testimoniis illustris. Non in alium sui temporis ita conspirant & conjurant, qvam in eum ad unum omnes laudibus, sed (si non pro meritis) insigniter certè exornatus explet animum; at ipse negligens sui, nihil vigiliarum nobis reliqvit, & penè ejus memoria intercideret, nisi divisus, ac dispersus inter plures extaret, ex qvibus collectum hic apponimus. Jam mihi non est precibus laborandum, ut libenter excipias, frustra onerarem benignitatem tuam. Caussam juvat genius comparandi retinendiqve monumenta litteratorum & educendi litteratos ipsos: &*

jam-

jamdiu didicimus ope & auxilio tuo vitam iis rediisse, sibiqve superstites spirare cum scriptis suis, nunqvam in posterum fama desituros, qva si aliis nominibus, hoc uno amabilior suaviorqve superer it Tibi qvatenus in precio jus fasqve memoriarum.

VITA
OCTAVII PANTAGATHI.

HOMINUM is error, ea fallacia est, ut unusqvisqve sibi bona cuncta velit, felicitatem plenam præsumat, commoda omnia induat. At nimirum res secus accidit; vel nunqvam, vel raro compos votorum qvis invenitur, & pro beneficio plerumqve pœna exigitur, malo precio miseriarum sæpe emitur prosperitas: Qvantum tollimur, tantundem premimur. Amat lares suos civis, sed urgetur paupertate: dives fœnore abundat, æmulatione tabescit: decori ac dignitati invidet, ignotus, desitus, procul à fastu, & à Magistratu: bellis mari terraqve exercetur dubius victoriæ, & anxius Princeps. Octavius Pantagathus, de cujus vita, & moribus scribimus, adeo nactus sublime, & erectum ingenium, ut nemo profana, & sacra, nemo tempora, origines, & instituta rerum, immo & scientiæ altiora tractare aptius, explicare felicius potuerit: nihil tamen scriptis exceptum ad nostras manus permisit, nihil ad nostram diem pertulit; licet ad finem qvædam produxe-

duxerit, alia tantum inchoauerit. Pasſim ei triumphus gloriæ decernitur, laborum fructus non videmus. Inops in alieno recipitur, qvi refundere ubertatem, qvi copiam præſtare ſolitus erat. Ornamentis, & veſte caret, qvi aliis ſuppeditarat. Doctrinas deſpondit, nusqvam fœtus educit parens: Præter leges, præter naturam etiam, in ſinu dum filios nutrit, ſunt qvi ſine mancipatione ſibi adoptent. Sic ſortem humanam expertus, infelicitatem tolerat, qvi felix: infœcunditatem ſortitur, qvi fœcundus. Manet tamen apud ſui ævi ſcriptores, celebraturqve, ſed nomine tenus: parum accurata poſteritatis ſuperior ætas præter laudes ejus nihil meminit; Nos ut potuimus revocantes memoriam, hic Tibi damus amice Lector. Si ex ſtylo minus probabitur, ea cauſſa certè placebit, qvod cum videatur optimum, qvod multum deſideratur, qvod diu exqviritur, hic ipſe jamdiu expoſcitur.

Octavius Bagattus primò, Pacatus mox & Pantagathus, clarus patria, majoribus obſcurus, naſcitur Brixiæ, nobili Italiæ in Cenomannis Vrbe: pueritiam & adoleſcentiam pietate, ac bonis moribus, vel ex eo laudabiliter excoluit, qvod cum per ætatem licuit Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis inſtituto in Sancti Alexandri ejus Ordinis Templo adſcribi voluit, dato ad experimentum conſtantiæ tyrocinio. Inde Lutetiam Pariſiorum, alteras Athenas, confirmata jam ætate ad Philoſophiæ, & Theologiæ ponenda rudimenta conceſſit. Incertum ſponte ſua an conſilio, vel juſſu Præſidum Religionis, qvi-

bus curæ eſt æſtimare, & promovere Juvenum ingenia, ut imbuta bonis artibus in utilitatem, & uſum cedant. Exploratum certè eſt Octavii indolem vehementi deſiderio,qvo nec difficilioribus, nec obſcurioribus retardabatur (unde plures diligentiam minuunt,operam frangunt) appetiiſſe egreſſura modum,& aviditate occupaſſe inopportuna,qvoad ætatem. Multis jam tunc inſtructus auctusqve documentis latii ſermonis erat non apud Pomponium Letum Romæ, ut qvidam ſuſpicati ſunt ex inſcriptione libelli de Magiſtratibus ejusdem ad qvemdam M. Pantagathum, cum Pomponius ſeculum qvartum ſupra decimum non ſuperaverit, & tunc Octavius admodum puer erat,ſed apud doctos Magiſtros conjicere par eſt. Igniculi virtutum,& ſemina nobis indita à natura, inſtructoris arte excitantur, & commoventur, & Brixianus tractus ferax eſt Virorum,eloqventia & doctrina Clariſſimorum. facerem igitur Præceptorem humanarum litterarum Fauſtinum Civicum, vel Joannem Brittanicum,utrumqve Brixianum, & doctiſſimum, & temporis, qvo Octavius erat erudiendus, & propior vero admoverem eum, & adſcriberem Brittannico: is enim tunc præcipuus, & maximæ exiſtimationis ob commentarios in præclariſſimos Poëtarum, Ovidium, Perſium, & Statium; & qvia in obſervationibus lingvæ Latinæ mirificè addictus habebatur. Sed Pariſiis Collegii Sorbonici Auditor in primis fuit,utrisqve ſatis congruum, ſatis aptum accidit, præceptoribus optimis, capax genius ſubditur. In hac ſede, & litte-

teraria officina ſemper ſollicitus, ne ſibi tempus elaberetur, anxior, & intenſior agere, diſcere à ſolidioribus, ſeqvi doctiores, alios percontari, qvibusdam dubitationes anteponere, in adverſaria multa referre, unde inſignia Doctoratus Jurisprudentiæ, & Theologiæ promeritus, & conſeqvutus, Magiſter mox declaratur, & ubi olim diſcipulus ea fama Theologiam docuit, qva facilitate didicerat. Hoc temporis non minus ornamenti ſibi comparavit ex neceſſitudine, & alloqviis eorum, qvi omnem vim, & aciem ingenii in veteres Scriptores conferentes, eloqventiam, & artificium rimantur, ſignatis diligenter cujusqve characteribus, dictionibus, moribus, inſtitutis: eoqve plenus, & dives cognitionis evaſit, ut natum cum iis, qvos legerat, indiſtinctè reputares, tam eos apte inſpiciebat, examinabatqve. Nec vero Chriſtianos Auctores Octavius ſeorſim habuit, immò verò peculiari delectu ac nexu copulavit, qvo facultates invicem conjunguntur, & inter ſe juvantur, ac Græci ſermonis etiam gnarus, Palliatorum ſapientum volumina indiſcretim cum noſtris retinuit. Studium litterarum, amorem artium liberalium, ubi ea altius ſe abſcondunt ac celant, ſemper ſibi Gallia avocavit, & in primis fovit Lutetia, tunc præcipue ſummis Capitibus Budæo, Scaligero Patre, Turnebo, Conano, aliisqve, qvorum ad exemplum properat juventus, & conformat ſe animus: cumqve Pariſios confluat qviqvid egregii per provinciam ſpargitur, non dubitarim Octavium hinc omne decus doctrinarum deduxiſſe, & ad nos adſportaſſe. Sed

nihil stimulabat magis pectus, nihil exagitabat acrius, qvam commendatus fama, fortunaqve civis suus Joannes Franciscus Qvinzanus, qvi in eadem Urbe Rector, & Princeps Gymnasii electus, dein FRANCISCI REGIS studiorum ductor, omnium peritissimus audiebat, vel astrorum cælestium consideratione, vel metricæ, & Poëseos. Magna æmulatio hinc ei exorta, magna contentio ad profectum & imitationem. Interim obversante animo Italiam, & reputante natale solum, paullatim sensit se avelli à Gallia, revocariqve in patriam ab affectu omnibus communi, nulli non honesto. Jam virtutis fama, qvæ de ipso percrebuerat, anteit reditum, atqve vix iter remensum, pars in eum officii salutare, alii benemerendi studio spem offerre, intimus qvisqve sollicitari, ne moram interponeret ad capessendos honores. Cunctantem tamdem, & diu aspernantem Joannis Salviati Cardinalis Florentini auctoritas & dignitas pervicerunt; animumqve modestum, qvietis, ac secreti cupidum superarunt, in familiam, & clientelam Octavio adscito. Sororis Leonis X. filius erat Salviatus, natalibus æqve, ac laude prudentiæ, virtutis amore, studiorum amœnitate celebris: facilis inde conciliatio benevolentiæ erga Octavium; ideo inter præcipuos, & caros apud se adlegit, & in rebus dubiis, ac difficilibus in dies magis eo utebatur. Impositus jam tum Reipublicæ Florentinæ Dux & caput præsederat Alexander Medices. Aegre id ferens Salviatus, ne sub specie retinendæ, vel conciliandæ pacis, munia & vim Senatus ad se trahendo,

tur-

turbas majores conciret, communi malo exitioqve, auctor ei, ac svasor accesserat, ut in ordinem redactus qvietem potius domi suæ toleret; *Facilius* (dicebat) *privata moderatione, ac prudentia mores compones, dissidia sedabis. Egregius civis si libertatem, qva nostra Respublica crevit, bodieqve constat, arripies, sed tentabis fortasse, & invades, num sinent, qvi honesta probant, qvi eumdem conatum secreto meditantur? Graves sumus aliis, si pares, si aeqvales. Velint ne igitur arbitrium nostrum, aut nutum ad moderandas fortunas, ad continenda capita?* Ejusdem sententiæ Nicolaus Rodulphius Cardinalis & ipse Florentinus, neposqve itidem ex sorore Leonis X. familia & meritis conspicuus, patriæ libertati, qva cohortationibus, qva argumentis favens *Manendo* (aiebat) *intra domesticos lares patriam consiliis sublevando, tutioris & honestioris civis esse partes, deductam tot annis, bellis & internecionibus coalitam libertatem qvis credat cives nostros vita, & sangvine, non defensuros? Omnes pariter hanc vim à natura, dominationem arcendi ab ipsis incunabulis docemur. An non est a parentibus, & a patria qvidqvid retinemus? reddendum igitur in summo eorum discrimine. Non opes, non vis argenti, aut auri, non vita est huic debito par, & qvodcumqve irrogatur, precium gloria est.* Ita Cardinales ex humana consideratione consilia ac studia dirigentes, res patriæ definiebant formabantqve. Fatum interim res easdem arcanis suis aliter urgens & expendens, præparabat fastigium, & po-

tentiam instruebat potiori & securiori beneficio pacis & tranqvillitatis. Recepti moris est, clientes, & contuberniumPræpotentum omne non tantum sensu seqvi Dominum, qvam etiam si possis, sensa, & voce exprimere: Octavius verò ut sententiam suam daret, homo a dominatione & fastu alienus, securitatem & qvietem laudans & expetens, similia protulerat; *Ne certa ac firmata aliqvando posthabendo, lubrica & incerta imprudens appetant.* Turbata ex his omnis spei & fortunæ ejus alea, accipientibus iis, qvi Alexandrum summa rei potiri, studiis & factione optabant, ab Octavii ore & consiliis Salviatum, & ob necessitudinis vinculum etiam Rodulphium pendere. Inde odia in eum & machinamenta, qvibus prohibitus ei fuit dignitatum aditus, & locus augendi commoda. Sed non utiqve animis Cardinalium omnino cecidit. Virtus qvatenus etiam oppugnationibus obnoxia sit, nondum tamen jacet: nam experimento & fide in dies validiore Octavii, & veritate etiam connisu suo prodeunte se, ingenuitas ejus tandem patuit, innotuitqve ipsi Salviato, qvi ut omnem suspicionem amoveret alieni erga eum animi, eo declaravit beneficio, qvod cum qværeretur Abbas Marianensis in Sicilia, ejus opera in demortui locum Octavius suffectus est. Sed non est hic mihi reticendum, extare qvædam acta, qvæ nullius qvidem prolatæ sententiæ meminerint, verum qvia noluit Salviato svadere, ut deposita hujus negotii provincia, sibi ac suis curis vacaret, non minus Alexandri qvam etiam postmodum Cosmi, qvem ex eadem

con-

constantia idem Cardinalis detrahere conabatur, indignationem incurisse, eorumqve fautorum odium provocasse, qvi eo acrius insectantur, qvo ministri fortunarum videri volunt, idqve alieni animi vitio factum fuisse, ut disturbatus ab honoribus diu adversam sortem toleraverit. Utcumqve res se habuerit, superatis æstibus non suo ingenio, qvo non utebatur nisi ad bonum & salutem, sed modestia & patientia declaratus Abbas, non veste & amictu Religionis dehinc incessit, at concesso tunc more, Clericorum consvetudine usus, occasione novæ Dignationis. Aperuit is dies aliud vitæ genus, in qvo tamen, nec reprehensione nec moderatione opus. Luxus, pompa, ostentatio superflua aberant, oblectamentum, & deliciæ, vel lectiones, vel amicorum congressus, ac in ipsa præsertim Cardinalis domo, contubernales Lilius Gregorius Giraldus, Jo. Baptista Pigna, Madius, &, dum Florentiæ moraretur, Petrus Victorius, qvibus cum disputationes lingvæ Latinæ, & Græcæ, disqvisitiones Philosophicæ, Poëticæ, dissertationes humanarum divinarumqve rerum in medium proponebantur. In hac Cardinalis clientela, studiorum vigiliis lætus, patrocinio destituitur, Salviato morte sublato sub annum millesimum qvingentesimum qvinqvagesimum tertium, cujus obitu utpote amantissimi & humanissimi Patroni vehementer conflictatur. Innotuit is mœror Venetiis Paullo Manutio, qvi ad hoc ei datis litteris consolatus est. Ante aliqvot annos excessus Salviati, Epistola Petri Victorii ad familiares Ciceronis, Benedi-

cto Accolto Cardinali, Ferrariæ, Octavium addicit assignatqve. Hic Cardinalis Aretinus patria, prudentia & litterarum nomine præcipuus, fortasse illuc diverterat, vel negotii sui caussa, vel Salviati, aut ab eo datus ad explendum desiderium amici & familiaris sui, ut mos est summorum Virorum, officiis & benevolentia certare. At luctu, & orbitate gravatus Romæ conducta domo, supellectili honesta, censu ex Sicilia aliqvandiu vixit, spectabilis ob eamdem exercitationem virtutum, & morum integritatem procul à turbis, procul à negotiis, à potentum liminibus, nisi statis temporibus ad redimendam contumaciam ab obseqvio & reverentia pertractus; donec Religioni, & obedientiæ tandem redditur. Edicente enim Paulo Qvarto Pontifice, ne amplius vagi & divisi agerent, qvi legibus & institutis initiati tenerentur, dicto parens, dimissa statim libertate, sepsit se claustro S. Mariæ in Via, eoqve secessu adeo delectatus, nunqvam satiatus, ut raro inde pedem extraxerit. Non alias magis ejus vultus in jucunditatem, animus in gaudium ivit. Vidisses apud eum dimensa tempora, partitum diem, assignatis horis unicuiqve rei, dispositis actionibus, distinctis humanis sacrisqve negotiis, silentio loqvi, solitudine meditari, secula revocare, tempora conciliare, sectas Philosophorum stabilire, opiniones examinare, dicta expendere, nihil vitæ suæ perire. Per hæc vestigia studia revolvendo, ad incepta qvondam, eadem redibant referebantqve se, lustratis Scriptoribus, remensa Bibliotheca. Qvorundam etiam commen-

trii in Gymnasio Romano ferunt juventutem ab Octavio publice excultam, & per aliqvot annos ibi professum, sed ut id receptum vulgo est, ita non mi- concessum Pontifice Leone X. an Clemente VII. ... tam præstiterit, in qva certe expetenda, vel ipsi ... m Pontifices multum laboris, nobilitas multum ... itatis, eo sollicitiores reponere, qvo difficile erat ... qventia, & eruditione parem sufficere præmio vel delectu. Verum in tam diuturna tractatione studiorum, in tam longa doctrinarum exercitatione & facilitate illud unum, qvod omnes summopere concupiscunt, mansuram nempè famam ... ovo exemplo, & parum admisso, mirum qvantum neglexerit. Nihil enim umqvam edidit, nihil in lucem emisit. Eripuit nobis sui gloriam, Patriæ, & Religioni splendorem detraxit, fortasse non sine offensione, & injuria justitiæ, qvæ amicis, & civibus, immo & generi humano nostrorum laborum emolumentum, & vigiliarum impertiri admoneret nos, invidiam non crediderim, qvæ identidem obrepit, inertiam non appellaverim, qvæ ab animis ingenuis exulat: reputaverim potius modestiam vel contemptum sui, qvibus par non est cujusvis consilium, etiam eorum, qvi sapere videntur. Verum nec culpa statim est damnandus is, qvi scripsit, si non vulgaverit; qvi lucubravit; si non ediderit. Certum est Octavium multarum rerum commentarios elaborasse, multa variarum rerum digessisse, alia qvampluri-ma de suo excogitasse, qvæ si minus publici juris facta sint, operarum incuria, exscriptorum negligentia, temporum calamitate impedita, sæpe fallunt aucto-

 rem,

rem, sæpissime eundem perpoliendi ratio & studium, qvod doctissimus qvisqve dum auget, sibi minuit gloriam, cæteris utilitatem. Nominatur inter alia præsertim ejus operum Historia Ecclesiastica, series seu Catalogus temporum, qvam Chronologiam vocant, signatis Imperatoribus, Regibus, Conciliis, Pontificibus. Historiarum folia, sive fragmenta, apud Cæsarem Baronium mox Cardinalem asportata narrat Octavius Roscius ex ipsius voce, ut erat homo candidus, & veritatis amator, qvi insuper manu Pantagathi asseruit, & aspicienda obtulit. Notitias verò rerum Romanarum, & Antiqvitatum ad manus Onuphrii Panvinii pervenisse vulgi fama est, & Roscii opinio. Nuper ex Bibliotheca Vaticana humanissimus vir Lucas Holstenius ingenio excultus super omnes, & diligentia commendatus in exqvirenda potissimum omnis ævi antiqvitate, qvasdam schedas variarum rerum, & observationes conceptas tantum, non expolitas tractandas, & evolvendas D. Carolo Morono, mihiqve consignavit. Multa alia notata & scripta domiqve coacervatim habita, & post mortem erepta, & dispersa asserunt etiam nunc Patres sui Ordinis, qvæ in manibus imperitorum contempta ut vilia, & neglecta fuerunt, vel in potestate Eruditorum aliis supposita iniqvo jure Patrem mentiuntur. Sed passim apud Criticos apparet acre inprimis ejus ingenium, perspicax judicium in emendatione, & interpunctione Ciceronis, Cæsaris, Livii, & aliqvot Poëtarum: nam plurimas hujusmodi ei acceptas ferunt. Onuphrius ea ingenuitate tam

aperto

animo, ut non paginas, non libros, sed uni-
n doctrinam, refundat, & redonet. Ac licet
nymus Mercurialis Medicorum probatissi-
lum explicat Thermas Vitruvii in exercitatio-
Gymnasticis, *doctissimum sanctissimumqve*
et, & Justus Lipsius Eruditorum scientissimus
uti verbis *virum Magnum, & altum, qvi esse*
eligeret, qvam videri; plenius, cæteris Paul-
anutius & paucissimis implet nos, deliberat se
ius (inqvit) *Varro est nostri temporis*. Hæc
æstimatio ejus virtutum, liberet diligentiam
sitionis meritorum, consoletur desiderium me-
e & recordationis. Satis jam designatum ha-
n, & abunde repræsentatum novimus. Effec-
xtremum longo senio, & valetudine imbecilli,
ra mortis admonitus eadem hilaritate exuit
alitatem, qvâ diu retinuerat: Supremis suis
lo Domino, & Beatæ Virgini Mariæ sub qva
iverat se ritè commendans commune debitum
le exolvit, datis ante multis diebus hæredibus
stino, & Jo. Antonio Ricciardis. Romæ vita
us apud S. Mariam in Via, ibidem conditur ad-
ilogio marmore expresso, qvod in Porticibus
oris Domus ad novam Templi constructionem
latum hodie videmus.
rt. Kalend. Augusti anni Millesimi qvadringen-
i nonagesimi qvarti Alexandro VI. Summo
ifice Octavii Natalis dies fuit; Mortis XIV. Kal.
rii sexagesimi septimi superioris sæculi. Vixit
annos tres & septuaginta, menses qvatuor, dies

viginti: Adolescens Bagatti cognomen gentis suæ retinuit, verum cum nihil ei ad gustum, nihil ad aures responderet, immo eo etiam offensus, rejecit cum exprobratione tamqvam ludicræ rei vocabulum sumpsitqve aliud Pacati svavioris, an sibi aptioris notæ, non discreverim. Gulielmus Sirletus Cardinalis, M. Antonius Muretus, Paulus Manutius ex condicto Pantagathum significatione nobiliori vocitarunt, & assensu, ore, scriptis passim vulgus postea agnovit, & probavit. Insuper Agnomen ex humanitate accepit, qvod alii ex devictis Populis vel Provinciis, & PATER nuncupatus, hoc tantum nomine per Vrbem denotatus, & creditus est unus Octavius: tantæ enim comitatis & affabilitatis ad conciliandos, & deliniendos animos erat, ut in eo sedem habere has virtutes credideris. excipiebat illos, alios alliciebat, omnibus se profundebat, dum in utilitatem, nihil sibi retinebat vel docendo, vel consulendo. Sub tempora Paulli Qvarti summa prudentum judicia meruit, qvibus Cardinalem futurum promittebant, & fortasse Pontifex, voto, & destinatione non alienus, unde æstimatio Vrbis, rumor aulæ. Aeqvales habuit eundem Guglielmum Sirletum Cardinalem, Antonium Augustinum, Paulum Manutium, Carolum Sigonium, Onuphrium Panvinium, Fulvium Vrsinum, Basilium Zanchum, M. Antonium Flaminium, Benedictum Aegium, Gabrielem Faernum, Latinum Latinium, Hieronymum Mercurialem majora lumina ejus sæculi, in qvorum omnium scriptis reperire est, memoriam Octavii, eoqve magis

gis de eorum judiciis æstimandum, qvo summi viri non inserviebant auribus in spem mercandæ laudis cum enim nihil in publicum committere solitus, statuti proferebat sententiam suam. Si delectat corporis habitum novisse, ex effigie qvam usqve Brixia Eminentissimi FRANCISCI CARDINALIS BARBERINI auctoritas conqvisivit, cognosces: facies non rotunda, non oblonga, non gracilis, sed bene composita: Statura procera, non tamen indecens, carne subalbus, oculis subniger, semper eum bonum, & doctum præsumeres. Vir Magnus comparatione aliorum sui ævi, qvia nempe alter Socrates voce prompsit, ore juvit; nostri minor: non enim habemus qvidpiam qvod nobis repræsentetur, aut proponatur, atqvi mansuris posteritas fruitur. Ceteroqvi tradetur ejus gloria reputantibus, omnia non uni advenire.

FINIS.

D. O. M.

F. OCTAVIO. PAGATO. BRIXIENSI
SODALITATIS. SERVOR. OBS. SODALI
VIRO. ANTIQVAE. PROBITATIS
TANTIQ. ERGA. OMNES. OFFICII
VT. VNVS. IN. VRBE
PATRIS. COGNOMINE. COLERETVR
AVGVSTINVS. ET. IO. ANT. RICCIARDI
HAEREDES. EX. TEST.
AVVNCVLO. BENEMERENTI
P
VIX. AN. LXXIII. M. IIII. D. XX
OBIIT. AN. SAL. MDLXVII
XIIII. CAL. IAN

FVL-

FVLVII VRSINI VITA

AVCTORE
JOSEPHO CASTALIONE.

Juxta Exemplar
ROMÆ, Typis Varesii MDCLVII.
impressum.

FVLVIVS Ursinus patre quidem Illustrissimo matre verò humili nec justis nuptiis Romæ ortus est anno Domini MDXXX. Patris nomen neque ipse testamento suâ manu scripto indicavit, neque aliunde cognoscere licuit. Fuisse certè Illustrissimum ex ordine Sancti Joannis Hierosolymitani Præceptorem, seu Commendatorem, ut vulgò appellant, ab Achille Statio viro doctissimo cognovi, ex Ursinis autem Mugnanæ Dominis eum genus deduxisse ab ipsomet Fulvio Ursino accepisse se Fulvius Archangelus spectatæ fidei vir mihi narravit. Matris item nomen & genus ignoratur. Operæ pretium est rerum varietatem, vicissitudinemque in Fulvio contemplandam proponere, ut à Propertia Micinella primaria & cordatissima fœmina Marii Delphini uxore, Horatii Lancellotti Cardinalis amplissimi avia materna septimum & octuagesimum annum agente accepi. Consuetudinem habebat Fulvii pater cum venusta muliere, qua cum matri-

monium non esset, ex qua Fulvium suscepit, tollendumque splendidè curavit. Puero jam grandiusculo in victum cultumque maximi sumptus suppeditabantur. Perurbem equo vectus, multis comitantibus monstrabatur illustrissimi & præpotentis viri filius. Magna subinde facta est rerum mutatio ex parentum dissidio. Fulvius cum matre valere jussa repence factus est ex beato miser, cumque sub angusto & sordido tecto non esset unde aleretur, licet à matre victum manu quæritante sustentaretur: ubi primum per ætatem licuit, in Basilicam Lateranensem deductus, Canonicorum Collegio, quod Capitulum vocant, inservire, Clericique munus obire occepit. Erat in eo Collegio vir humanissimus Gentilis Delphinus litterarum & antiquitatis studiosus: is de Fulvii ingenio simulatque ex epitaphii demonstrati accurata descriptione periculum fecisset, puerum ultro accersit, laudat sedulitatem, modestiam probat. Quid multis opus est? eum in domum suam recipit educandum, instituendumque litteris Latinis pariter ac Græcis liberaliter curat. Ad cognitionem rei antiquariæ ipse perducit. Mox reditibus Ecclesiasticis, Clericatuque in eadem Basilicà ultro delato juvenem satis superque eruditum spectatumque benigne auxit, omnique officio & pietate prosecutus est. Beneficii verò memor Fulvius Gentilem Delphinum parentis loco semper habuit, mortuique memoriam unicè coluit: ejus effigiem penicillo expressam apud se religiosè habuit. Delphinos omnes, à quibus ipse diligeretur perinde

ac

si ex ea gente ortus esset, amavit, ornavit, charita-
ncredibili complexus est, gratiam denique quam
ximè potuit, eis retulit: ad ea, quæ commemo-
i, Delphinorum in Fulvium beneficia Canonica-
quoque Lateranensis, qui Gentilis Delphini fue-
per ejus Gentilis studium accessit, patuitque Ful-
Delphinorum domus & res familiaris quoad vi-
. Mira in adolescente ingenii vis, incredibile
dium qua Græcis qua Latinis Auctoribus emen-
ndis, illustrandisque. Continentia verò, religio-
comitate gravitatis plena omnibus admirationi
t. Ea juvenis prædicatione permotus Ranu-
s Farnesius Cardinalis Sancti Angeli, Pauli Tertii
æ Nepos, hominum doctissimorum amator &
tor, inter familiares suos Fulvium honestissimo
o habuit, Bibliothecæ suæ præfecit. Post Ra-
tii mortem, apud Alexandrum Cardinalem Far-
ium Ranutii fratrem, eodem loco perpetuo fuit.
nta Fulvius humanitatis, eruditionisque gloria
rebat, ut amplissimo cuique Cardinalium acce-
us gratusque esset. Cum Cardinale Granvella
ditorum patrono sæpe convivabatur. Ad An-
nium Cardinalem Carrafam Congregationis Bi-
orum Præfectum cum Petro Ciaccono & Flami-
Nobile viris Doctissimis certis diebus commea-
; acutissimè de rebus propositis disserebat. Per
m Cardinalem à Gregorio XIII. Pontifice Maxi-
beneficentissimo pensionem ducentorum Ca-
ræ ducatorum super Ecclesia Civitatis Aversæ in
mpania reservatam consecutus est. Ascanius
Co-

Columna, Alexander Montaltus Cardinales Fulvium maximi fecerunt. Sixtus V. Clemens VIII. Summi Pontifices multum homini detulerunt. Cum Antonio Augustino Apostolicæ Rotæ Auditore, moxque Archiepiscopo Tarraconensi, Achille Statio, Octavio Pantagatho, Latino Latinio Viterbiensi, Petro Ciaccono, Gabriele Faërno viris eruditissimis summa ei necessitudo fuerat. Quanti autem à Senioribus Fulvius fieret vel ex uno Petri Victorii loco intelligi potest: is enim Libro variarum lectionum XXXVI. capite XXII. *Auxilio*, inquit, *mihi fuit ad hunc locum restituendum magni ingenii, raræque eruditionis vir Fulvius Ursinus, qui cum hanc fabulam contulisset cum antiquo & eodem fideli libro, quæcumque illic reperit à pervulgata lectione variata ad me amanter misit, ut est humanissimus & optimorum Auctorum omni ratione expoliendorum studiosissimus.* Quam etiam ipsius laudem naturæque bonitatem celebravit vir doctissimus, & de omni vetere memoria egregiè meritus Carolus Sigonius, cum & ipse in re, quæ faceret ad institutum quoddam veterum Romanorum, cognoscendum liberaliter ab eo adjutus fuisset. Neque solum à grandioribus natu, coætaneisque miris laudibus ornabatur, sed ex junioribus unumquemque judicii, eruditionisque laude florentem in admirationem sui pertrahebat. Ex Gallia, Hispania, Belgio, Germania, Britannia, & Polonia quamplurimi mortales litterarum studiosi in Urbem confluebant, ut Fulvium Ursinum viderent, atque alloque-

nitur. Mitto cæteros, ad Justum Lipsium ve-
ni magnum sibi porro nomen doctissimis li-
ditis comparavit. Adolescens Romæ Fulvii
assidue frequentabat, ab ejus colloquio do-
discedebat, eumque veluti parentem suspicie-
quodque in numero Familiarium Cardinalis
vellæ esset Lipsius, Fulviusque apud eum Car-
em interdum seu pranderet, seu cœnaret, is
rnæ munus Fulvio libens præstabat. Ab o-
us denique quibus notus erat, ob humanita-
nicè diligebatur, atque observabatur. Erat
Fulvius quam maximè frugi & in summa fru-
ate splendidus, elegans, liberalis, quare familia-
os, quorum opera ad victum cultumque ute-
, benigne alebat. Equo juvenis per urbem,
. verò ad senium vergente rheda vehebatur:
iam luxu diffluens, nusquam sordidus, vestibus
uam sericis, sed talaribus ex lana, ut Clericum
, perpetuo est usus. Maximos quidem sum-
n coëmendis vetustioribus signis, simulacris
narmoreis, tabulisque æreis, numismatis, gem-
nsculptis, anulis signatoriis faciebat: quo ta-
in studio superabatur, quà discernendi vera à
ctis usu & peritia, quà numero & raritate ea-
rerum incomparabili à viro clarissimo Lælio
ialino, qui Pompejo optimè merito eruditissi-
tatris filio hæredi instituto thesaurum antiqui-
moriens reliquit, Canonicatu S. Mariæ Majo-
dem prius resignato. Libros Fulvius impen-
idio & pretio cum Latinos, tum Græcos manu-
scri

scriptos comparavit. In iis Terentium admiran-
dæ vetustatis, Virgili lusus, & Petrarchæ Rithmos
Hetrusca lingua compositos manu auctoris scriptos
& descriptos, qui fuerant Cardinalis Bembi, quo-
rum gratia Patavium ab omnibus nationibus cele-
brabatur. Signa, gemmas, annulos aureos, numis-
mata ex ære, argento, auro Odoardo Cardinali Far-
nesio hæredi instituto attribuit. Libros calamo ex-
aratos Bibliothecæ Vaticanæ, impressos Horatio
Lancellotto Apostolicæ Rotæ Auditori sibi charissi-
mo, qui ob Juris prudentiam singularem & pieta-
tem à Sanctiss. D. N. Paulo V. Pontif. Max. Cardi-
nalis est factus, legavit. Rogatum verò Cardina-
lem Bibliothecarium Apostolicum voluit, ut libris
e Bibliothecæ ab se donatis nomen Fulvii inscribi
juberet. Sic enim testamento cavit: *Volo autem
& à Bibliothecario Cardinale, qui erit pro tempore
enixè peto, ut per custodes Bibliothecæ curet in sin-
gulis meis libris inscribi Fulvius Ursinus huic Bi-
bliothecæ donavit.* Hæredem quidem universa-
lem Illustrissimum Odoardum Cardinalem Farne-
sium fecit, sed nonnullis legatis exhausit. Legavit
autem Delphinis sex aureorum millia, quibuscun-
que autem aliquid donavit aut reliquit, adjecto sem-
per elogio, id fecit. Multa scripsit atque edidit, in
iis librum de Familiis Romanis ab Urbe condita ad
Augusti Octaviani tempora per numismata Consu-
laria confirmatis, cui accesserunt triginta familiæ ex
libro Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraco-
nensis, à quo summopere diligebatur, opus certè
ma-

gnum, & perutile ad antiquitatis cognitionem
pressum Romæ MD LXXVII. Notas ad le-
;. & senatus consulta adjectas ad librum de
ibus Antonii Augustini Romæ impressas
MLXXXIII. Notas ad Festum Pompejum de-
ptum ex libro Bibliothecæ Farnesianæ excusas
mæ MDLXXXI. Appendicem ad Triclinium
ri Ciacconii Romæ impressam MDLXXXVIII.
gilium collatione Græcorum Scriptorum illu-
tum Antverpiæ excusum MDLXVII. Notas
omnia Ciceronis opera Ant. impressas MD
XXI. Scholia & adnotationes in Lyricorum
æcorum fragmenta Antverpiæ impressa MD
VIII. Notas ad Catonem, Varronem, Colu-
llam de re Rustica; item ad Calendarium Rusti-
n Farnesianum,& veteres inscriptiones Fratrum
valium Romæ impressas MDLXXXVII. Arno-
m ab se emendatum imprimendum Romæ cura-
MDLXXXIII. Fragmenta historicorum ab
tonio Augustino collecta à Fulvio emendata:
tas item ad Sallustium, Cæsarem, Livium, Velle-
n, Tacitum, Suetonium, Spartianum,& alios Ant-
piæ impressas MDXCV. Clarorum veterum vi-
um imagines iterum excudendas cum elogiis
sp. Schoppio viro doctissimo & sui studiosissi-
mandavit. In summa quoque senectute le-
oni, scriptionique operam quotidie dabat, ami-
rum salutationes humanissimè admittebat. Of-
io in Ecclesiam Lateranensem suo nunquam de-
t. Ædiculam in ea sive Sacellum ad Sacrarium

extruxit, altare excitavit, ante altaris gradus sepultu-
ram humi sibi fecit, in quam inferri corpus suum
mandavit. Sacerdotes duos, quos Cappellanos vo-
cant, instituit, qui Missas in eo Sacello bis singulis
septimanis alternis vicibus celebrent, & choro La-
teranensi cum aliis cantoribus inserviant, iis susten-
tandis, alendisque duo millia aureorum assignavit,
ex quorum fructibus merces menstrua eisdem per-
solveretur, eosque à Delphinæ familiæ Romanis pri-
mario nominari perpetuo voluit. In matrem
quoad vixit maximè fuit pius; ejus in matrem pie-
tatis testis erat apud me Achilles Statius Lusitanus
vir doctissimus atque optimus. Matris solitudi-
nem solatus est Fulvius, eamque incredibili charitate
aluit. Mortuæ quoque animam suffragiis divinis
sublevandam curavit. Annum agens septuagesi-
mum testamentum sua manu scriptum condidit,
subscriptum obsignatumque à se & septem Conca-
nonicis testibus, Notario clausum tradidit, Idib. Fe-
bruariis MDC. ipso anno Jubilæi. Testandi verò
facultatem à Sanctiss. D. N. Clemente VIII. Pont.
Max. pro ejus in se benevolentia obtinuit: indies
verò cùm valetudine infirmiore uteretur, & mense
Majo deterius sibi esse intelligeret, in Delphinorum
ædes concessit, ubi sedulò benevolèque curari esset
solitus, sed vis morbi tenuiores vires decumbentis
oppressit, quare die XVIII. ejus mensis occubuit.
In epitaphii autem lapide erratum est fortasse fabri-
le. Nam pro his notis XV. Kal. Jun. incisæ sunt
plures XVIII. Kal. Jun. tot enim dies ab Idib. Majis

ad

Cal. Junias omnino superſunt. Eqvidem diem
tus Fulvii mihi acerbiſſimum accurate in libello
o adverſariorum adnotaveram. Epitaphium
descriptum appingam & teſtamenti, qvod ab
riſſimo, & Reverendiſſimo Domino meo Ho-
o Lancellotto Cardinale, qva eſt humanitate u-
dum acceperam, exemplum adjiciam, ſi prius per-
im pauca adſcripſero: Fulvius Vrſinus ſtatura fuit
cera, facie dignitatis plena, moribus ſvaviſſimis,
ca pietate, fide & caſtitate litterarum Græca-
& Latinarum, Romanæqve antiqvitatis lumen
. Fulvio extinctum pleriqve non immeritò do-

FINIS.

TESTAMENTVM

VLVII VRSINI

Canonici Eccleſiæ S. Joannis in Laterano.

N nomine Sanctiſſ. Trinitatis. Ego Fulvius Vr-
ſinus Canonicus ſubdiaconus Sacroſanctæ Late-
nenſis Eccleſiæ, ex Dei benignitate, integra men-
, rectisqve ſenſibus, licet corpore & viribus imbe-
llus, ac tenui prorſus valetudine, cogitans adven-
re jam tempus illud, qvo mihi annum agenti LXX.

ex hac vitæ ſtatione decedendum ſit, & idcirco volens de rebus meis qvalescumqve illæ ſint, diſponere, habens teſtandi facultatem à S. D. N. Clemente PP. VIII. mihi conceſſam per breve ſub anulo piſcatoris, die qvinta Maji, Anno M D XCII. in qva confirmantur aliæ qvoqve facultates mihi qvomodolibet tam de jure communi, qvam alias competentes, hoc teſtamentum meam ultimam in ſe continens voluntatem condo, facio, & ordino in hunc qvi ſeqvitur modum, cum proteſtatione tamen, ut ſi forte, qvod penitus ignoro, reperiatur in eo aliqvid datum perſonæ, ſeu perſonis incapacibus, & de jure prohibitis, id omne ac ſi non eſſet datum habeatur, cum ſit mens & voluntas mea, hanc meam diſpoſitionem conformare & regulare cum diſpoſitione juris, & Apoſtolicis conſtitutionibus, præſertim Pii PP. V. fe. recor.

Ac primum cum omni humilitate ac reverentia commendo animam meam omnipotenti Deo, qvi me creavit, & redemit per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, ut intercedentibus advocatis, & patronis meis beatisſima Virgine Maria, & Sanctis Jo. Baptiſta, & Evangeliſta, velit pro ſua miſericordia qvæcumqve ego adverſus legem & voluntatem ejus turpiter commiſi, mihi ignoſcere, & ex hac periculoſa, & difficili navigatione in cœleſti, & tranqvillo portu collocare, in qvo redemptionem animæ meæ & vitam ſpero ſempiternam, confiſus meritis Jeſu Chriſti D. N., qvi cum patre, & Spiritu ſancto eſt Deus benedictus in ſæcula. Deinde à S. D. N. Papa cui pacem, & incolumitatem perpetuam opto, poſt

pedum oſcula beatorum, paternam benedictionem humiliter peto.

Corpus autem meum [illegible] & ordino; ut absqve ulla pompa, ſtatim poſt obitum, in lignea theca incluſum, deferatur noctu ad Eccleſiam Lateranenſem, ubi in ædicula ſeu ſacello, ex conceſſione Capituli & Canonicorum per acta Secretarii die XI. Decembris M D XCIX. confirmata publico inſtrumento capitularis Notarii die XIX. Januarii MDC. à me ſumptibus meis vel hærede meo in eam qvam deſignavi formam conſtruendo, ſub altari ibidem à me, vel hærede meo erigendo, & ut infra dotando, plumbeo loculo reconditum ſepeliatur. Die autem ab obitu octavo volo pro ea tantum vice, ut in Choro Eccleſiæ Lateranenſis celebretur ſolemnis Miſſa mortuorum, pro ſalute animæ meæ, in qva adſit totus Clerus Eccleſiæ cum ſolita diſtributione per executores hujus teſtamenti curanda ex iis pecuniis, qvæ perſolutis prius juſtis funebribus, ac debitis, ſi qvæ erunt, magis paratæ videbuntur. Die vero anniverſario depoſitionis volo, ut in eodem Choro celebretur perpetuo alia ſimilis Miſſa cum eorundem interventu, & eadem diſtributione, cui pro ea qvam habeo facultatem lego ſupellectilem meam argenteam, qvæ ſecuta morte reperta fuerit in vaſculis, & ſimilibus utenſilibus, ut ea vendita, & in pecuniam redacta, ex ea emantur loca montium non vacantium, qvorũ fructus aſſignentur huic diſtributioni, inter præſentes faciendæ, niſi à me aliter ei proviſum fuerit. In altari autem, qvod erit in ea,

qvam modo dixi, ædicula seu sacello à me erigendum & dotandum, volo & ordino, ut bis singulis septimanis à duobus Cappellanis legatur alternis vicibus Missa pro anima mea, & matris meæ, atqve omnium fidelium defunctorum. Qvibus Cappellanis alendis & sustentandis assigno duo millia aureorum, qvæ habeo ad meam dispositionem in viginti locis non vacantibus Montis Sanitatis Populi Romani, qvæ si contigerit redimi, volo emi alia totidem loca similia, ex qvorum fructibus constituatur illis menstrua merces pro rata singulis, qvos volo esse perpetuos in Ecclesia Lateranensi, eligo verò & nominari à primo ex Familia Delphinorum, nobilium civium Romanorum, cum qvibus magna mihi intercedit consvetudo & familiaritas, institui autem sic nominatos à Capitulo, & Canonicis, facta in Bullis de me, qvi eos ordinavi, mentionem, ita ut si eam familiam, qvod Deus avertat, contigerit extingvi, ut res sunt mortales, nominatio hujusmodi spectet ad Archipresbyterum pro tempore in Ecclesia Lateranensi futurum. His vero Cappellanis, præter onus legendi eas Missas, qvas modo dixi, injungo aliud etiam onus, psallendi scilicet in Choro Lateranensi, & canendi cum aliis cantoribus, cum qvibus volo eos esse eodem jure, ita tamen, ut hac eorum accessione, non diminuatur numerus consvetus in Ecclesia Lateranensi cantorum, cum mea intentio sit augere in ea Ecclesia divinum cultum, non autem minuere ex hac mea ordinatione, qvæ ut in hac qvoqve parte servetur, curabit præcipue pro sua pietate Archipresby-

ter

ter pro tempore futurus. Qvod si talis mea dispositio, & voluntas, qvam nullo unqvam tempore mutari volo, aut infringi, etiam in vim specialis gratiæ, seu dispensationis Apostolicæ, per Capitulum steterit & Canonicos (qvod non credo) qvo minus executioni mandetur, tum qvoad corporis sepulturam eo, qvo ordinavi loco, tum qvoad Cappellanorum ordinationem, tunc & eo casu, Canonici & Capitulum teneantur & debeant reficere omnes expensas, si qvæ à me factæ erunt in construenda ædicula seu sacello supradicto, & ejus Altari, executores autem mei curent corpus meum ex Ecclesia Lateranensi transferri ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Aeqviro de Urbe, ibiqve prout eis decentius videbitur, sepeliri, declarans devolutum & translatum ad ejus Ecclesiæ Archi-confraternitatem Orphanorum scilicet, & Orphanarum omne jus tam dictarum expensarum, qvam institutionis dictorum Cappellanorum, reservata tamen eorum nominatione Familiæ Delphinorum prout supra. Atqve hanc meam voluntatem, & dispositionem qvoad sepulturam, & ordinationem, Cappellanorum, si aliqva de causa mihi visum fuerit mutare, extabit hujusmodi mutatio in folio exarato manu mea, meiqve sigilli impressione munito, ut infra dicetur.

Qvoniam vero patrimonialia bona mihi non sunt, qvorum causa consangvineorum meorum, si qvi sunt, rationem habere debeam, idcirco volens ea bona, qvæ mihi sunt à Deo collata, & industria mea parta & acqvisita in pias causas, & in personas

benè de me meritas diſtribui, jure legati do, & dono Bibliothecæ Palatinæ, qvæ dicitur Vaticana, omnes, & ſingulos meos libros tam Græcos, qvàm Latinos, manuſcriptos, & impreſſos, in qvibus licet impreſſis eſt aliqva in marginibus notatio manu doctorum virorum, & omnes alias præterea ſcripturas, qvæ cum dictorum librorum nominibus deſcriptæ ſunt in Indice ſeu Inventario à me ſubſcripto, meoqve ſigillo ſignato. Qvos qvidem libros, qvi magni ſunt nominis, & pretii, & ſcripturas, volo ad communem ſtudioſorum utilitatem ſervari in ea Bibliotheca, qvæ magno mihi olim adjumento fuit, cum juvenis ibi Græcis litteris, & Latinis operam darem, tum etiam, ut extet perpetuum qvoddam qvaſi monumentum meæ erga Sedem Apoſtolicam devotionis, cum qva cupio hujusmodi legato conſcientiam meam exonerare, ſi qvos fructus ex reditibus meis Eccleſiaſticis, dum vixi male forſan perceperim.

Volo autem & à Bibliothecario Cardinale, qvi erit pro tempore, enixe peto, ut per Cuſtodes Bibliothecæ curet in ſingulis meis libris inſcribi, *Fulvius Vrſinus huic Bibliothecæ donavit.* Et ſi contigerit aliqvos libros, & ſcripturas in conſignatione hujus legati non reperiri, admoneat idem Bibliothecarius eos, qvi libros hujusmodi aut ſcripturas clam detinuerint, incidiſſe in eam excommunicationem à qva non poſſunt abſolvi, niſi à Romano Pontifice juxta privilegium Vaticanæ Bibliothecæ, ad qvam ſpectare & pertinere debebunt dicti libri, & ſcripturæ hujus legati jure. Curent igitur tam Cuſtodes

Vati-

Vaticani, qvam alii, ne ſcheda qvidem aliqva ex iis libris & ſcripturis depereat.

Sanctiſſimo D. N. Clementi Papæ VIII. grati animi monumentum licet exiguum do, dono, dicoqve memoriæ cauſa duo inſignia numismata ærea magna theca rubea incluſa, qvorum alterum habet caput Conſtantini Imp. alterum Criſpi Cæſaris: itemqve duo ærea parva numismata ejusdem Conſtantini, in qvorum unius antica parte caput eſt ipſius Conſtantini galeatum cum celebri illo ſigno Chriſti nomen ſignificante; in alterius autem poſtica labarum cum eodem ſigno, qvæ qvidem qvatuor numismata cupio, & ab eodem Sanctiſſimo humiliter peto, ut poſt ejus obitum mandet ſervari in Bibliotheca Vaticana, ut omnibus in promptu ſint Eccleſiaſticæ antiqvitatis curioſis.

Senatui populoqve Romano lego caput marmoreum L. Cornelii Prætoris, cui à tergo pendet anulus æreus, fidem faciens appenſum olim fuiſſe in aliqvo publico loco civitatis Tiburtinæ cum ænea tabella, qvam ſimul lego, antiqviſſimis Romanis litteris inciſam, cupiens eam in Capitolio reponi cum ſupradicto capite marmoreo eo potiſſimum loco, qvo Bruti caput æneum hodie ſervatur.

Jlluſtriſſimo & Reverendiſſimo D. meo Alexandro Peretto Cardinali Vicecancellario, cujus multa extant in me merita, legati jure do, & dono duo numismata ærea magna, unum Græcum Antinoi adoleſcentis, in cujus inverſa parte ſignum eſt Mercurii, alterum Latinum Titi imp. in qvo à tergo eſt Am-

phitheatrum, vulgo dictum Coliseum. Itemque lego, qvod puto eidem Illustrissimo D. meo gratum futurum, opus minio elaboratum manu Julii Clovii, in qvo est effigies ipsius Julii, cum duabus sororibus non tamen ejus.

Ecclesiæ Sancti Augustini de Vrbe lego scuta xxv. & totidem Sanctæ Mariæ de Populo, solvenda ex iis pecuniis, qvæ ex supellectile mea, cum vendetur, habebuntur.

Item lego scuta xxv. Ecclesiæ Sancti Andreæ dictæ vulgo della Fratta, in qva conditum est corpus eximii viri Angeli Colotii Episcopi olim Nucerini, & de me bene meriti, cum onere legendi Missam mortuorum singulis mensibus pro anima ejus.

Item lego Archiconfraternitati Orphanorum, & Orphanarum de Vrbe scuta similia xxv. pro salute animæ meæ ex pecuniis collectis de mea supellectile.

Reverendissimo D. Horatio Lancellotto Auditori, Rotæ hujus mei testamenti executori infra nominando, cui multum me debere sentio, legati jure do, & dono libros meos omnes impressos tam Græcos, qvàm Latinos solutos, & ligatos, qvi non sunt notati in Indice, seu Inventario librorum, qvos Bibliothecæ Vaticanæ supra legavi, & præterea dono eidem Reverendissimo Dom. Horatio duo musica instrumenta, qvorum alterum vulgo Graviorganum vocatur, alterum vero Cymbalum, opus utrumqve excellentium artificum, & à me pro eorum raritate decenter ornata, qvibus uti & frui possit horis suc-

cissi-

cissivis, & cum vacat ab aliis ejus occupationibus.

Reverendissimo Domino Gentili Delphino Episcopo Camerinensi, cujus in me plurima & qvidem magna extant merita, eodem legati jure do millia aureorum duo, ex iis pecuniis, qvas infra nominabo, ex qvibus volo emi loca montium non vacantium, qvæ post obitum ejus, qvem Deus servet diu, spectent perpetuo ad domum & Familiam Delphinorum.

Illustri viro Domino Flaminio Delphino, hujus mei testamenti executori designato, qvem ego à teneris ejus annis unice semper dilexi, lego anulum meum cum illustri gemma Topatii, qvem gestet tanqvam pignus qvoddam mei in illum amoris.

D. Propertiæ Delphinæ de Miccinellis uxori qvondam viri multum de me bene meriti Marii Delphini, fœminæ primariæ & lectissimæ, cui nihil me non debere sentio, eodem legati jure dono scrinium ex hebeno, & ebore elaboratum, qvod mihi Illustrissimus Dominus meus Odoardus Farnesius Cardinalis pro sua liberalitate donavit.

Item lego picturam Lucæ de Olanda, qvæ Sancti Hieronymi imaginem habet, Patroni domus ejus.

Item Illustri D. Mario Delphino, filio Illustris viri D. Flaminii supra nominati, puero bonæ indolis, & magnæ spei, legati jure do, & assigno qvatuor aureorum millia ex iis pecuniis, qvas infra nominabo, Qvod legatum à me illi assignatur ob innumera beneficia, qvæ ego accepi à tota Delphinorum Familia, qvorum oblivisci sine flagitio non possum.

Vo-

Volo autem ut ex supra dicta pecunia emantur tot loca montium non vacantium, qvæ nunqvam vendi, aut alienari debeant, ita ut eorum fructus perpetuo usui sint Familiæ Delphinæ cúm aliis duobus millibus supra legatis Reverendissimo D. Gentili Episcopo Camerinensi post ejus obitum.

Georgio Barzino de Sabaudia, qvi apud me multos annos vixit, & aurigæ officio bene functus est, lego scuta centum solvenda ex iis pecuniis, qvæ ex mea supellectile poterunt haberi.

Itemqve aliis famulis, & servitoribus meis præter lugubre vestimentum, qvod dari eis volo, lego eam pecuniæ summam, qvæ habita ratione eorum servitutis, erit à me declarata in scriptura manu mea scripta meoqve sigillo consignata.

In reliqvis autem bonis meis qvibuscumqve mobilibus & immobilibus, juribus, nominibus, pecuniis, supellectile, qvam habeo, & habiturus sum, & in summa qvicqvid tempore mortis meæ continget ad me spectare, vel qvomodocumqve ad meam dispositionem, & facultatem pertinere videbuntur, in iis, & præcipue in rebus, de qvibus extat Inventarium manu mea subscriptum, meoqve sigillo consignatum sub titulo, *Inventarium rerum insigniorum Fulvii Vrsini*, in eo enim habentur omnia numismata mea tam aurea, & argentea, qvam ærea, nec non gemmæ variæ, & camei magnæ æstimationis, & valoris; præterea signa ænea, & imagines illustrium virorum ex marmore; itemqve tabellæ æneæ, & lapideæ inscriptæ litteris Grecis, & Latinis, nec non pi-

ćturæ

ctura multæ excellentium pictorum magni pretii, horum, inquam, bonorum omnium, aliarumque rerum mearum, qualescumque illæ sint, quas intelligo quam sint tenues, universalem hæredem meum instituo, & ore meo nomino Illustriss. D. meum D. Odoardum Fernesium Card. S. Eustachii, quem ob summam in Deum pietatem, & singularem erga me benevolentiam, jam inde à teneris ejus annis mihi perspectam, & probatam, dignum judicavi, & elegi, qui ob ejus rerum earum, quæ habentur in supradicto Inventario, cognitionem, & intelligentiam gratus mihi succedat hæres, earumque sit integerrimus conservator futurus; confidens pro ejus charitate, & qua est bonitate singulari, eum hoc hæreditatis onus non gravatè suscepturum, ad quod tamen facilius sustinendum, hujus mei ita ordinati Testamenti, seu ultimæ voluntatis executores, & adjutores ordino, & nomino Reverendissimum D. Horatium Lancellottum Auditorem Rotæ, & Illustrem D. Flaminium Delphinum, rogans eos pro mutuo inter nos amore, non graventur hoc ultimum officium mihi præstare, sed præfato Illustrissimo D. meo, in exequenda hac voluntate mea præsto esse, & ut rectè, & expeditè exequi possit, consilio illum & opera adjuvare, adsistendo illi, quamvis pro ejus modestia non fuerint ab eo requisiti, ut hujus meæ dispositionis impedimenta, & dubia, si qua forte oriri contigerit, auctoritate sua penitus tollantur. Volo autem, vel potius, cum omni reverentia peto ab eodem Illustrissimo Domino meo, ut pro rerum

su-

supradictarum in Inventario expressarum recognitione, dignetur infra certum tempus, vel trium, vel quatuor annorum, prout sibi commodius videbitur, satisfacere duobus illis supra nominatis legatis, uni duorum millium, alteri quatuor millium aureorum, detractis prius ex hac summa pecuniis iis, si quæ forte ad perficiendam ædiculam seu sacellum, de quo supra, impensæ ab eo erunt, legatariis interim data idonea reliquarum pecuniarum assignatione, quas volo non tanquam pensum ab eo exigi, sed de liberali ejus manu accipi tanquam beneficii loco. Voluissem enim libenter si rationes meæ paterentur, hac quoque in parte sincero ejus, atque explorato in me amori, cumulate à me responderi. Cui tamen illud pro certo possum affirmare, res istas qualescumque illæ sint, multo majori à me pretio comparatas fuisse,, quam sit summa illa duorum supradictorum legatorum, & fortasse dimidio plus, ita ut illud plus possit esse loco Falcidiæ, & Trebellianicæ, quando id, quod minime credendum est, in mentem ipsius Illustrissimi D. mei, alicujus admonitu venire posset. Quod si præfatus Illustrissimus D. meus post spatium duorum, vel trium mensium post obitum meum, harum rerum, quæ in Inventario continentur hæreditatem, quas secuta morte mea apud executores meos servari volo, aliqua ex causa non curet adire, tunc & eo casu volo, & ordino res illas, quæ in supradicto habentur Inventario, vendi omnes simul non distractas, sed uni si fieri poterit, ne res tam raræ, & tanto

à me

à me collectæ pretio, & labore in diversas multorum distrahantur manus, sed ab uno potius talium rerum studioso, quod maxime cupio, asserventur. Ex pecuniis verò ab earum rerum venditione habitis, volo, & ordino, ut duobus legatariis à me modo nominatis, ne damnum aliquod patiantur, satisfiat, quo meliori modo visum fuerit executoribus meis, quos rogo ut nomine meo de hac postrema mea voluntate velint significare Illustriss. D. meo, supplicentque cum omni reverentia, ut qua benignitate, & favore erga me viventem, omnibus in rebus, & rationibus meis usus est, eandem mihi mortuo pro ejus benignitate velit exhibere.

Quapropter volo, ut imago Pauli PP. Tertii ab excellenti pictore Titiano depicta, detur legati nomine Illustrissimo Domino meo, si hanc hæreditatem adire recusaverit, ut extet hoc saltem meæ erga illum observantiæ perpetuum monumentum, quam quidem supradictam imaginem Pauli Papæ Tertii cum aliis rebus supra à me legatis volo, & ordino tunc deleri ex aliarum rerum Inventario, in quo vel potius in hac tota mea dispositione, si quid præterea fuerit à me vel additum, vel detractum, vel aliquo modo aliter dispositum, ac nunc in præsenti testamento pro mea voluntate, & post maturam deliberationem disposui, cupiens talem additionem, detractionem, vel mutationem secretam esse me vivente, & ad evitandam testium rogationem, & sollemnitates in codicillis requisitas, volo, & mando, ut si contigerit post obitum meum reperiri aliquam

scri-

ſcripturam mea manu ſcriptam, & ſubſcriptam meoque ſigillo ſignatam, quæ continet aliquod legatum, ſive aliquam aliam diſpoſitionem, præſertim quoad ſepulturam, & ordinationem Cappellanorum ſupradictorum, volo, inquam, & mando, ut illud legatum, & illa diſpoſitio perinde habeatur, ac ſi in præſenti Teſtamento eſſet inſertum, aut inſerta, etiam ſi dicta ſcriptura à nullis teſtibus ſit ſubſcripta, nec alicui Notario conſignata, quia volo hujuſmodi privatam ſcripturam à me faciendam, meoque ſigillo muniendam, tale robur habere, ac illi ita fidem adhiberi, ac ſi eſſet inſerta in hujuſmodi meo teſtamento, & fuiſſet rogatus de ea publicus Notarius coram idoneis, & ſufficientibus teſtibus.

Sacroſanctæ Lateranenſi Eccleſiæ volo conſignari per executores, & hæredem meum, tabellam eburneam cum imaginibus Græcorum quorundam Sanctorum, & litteris nomina eorum indicantibus Græcè inſculptis, quam tabellam volo ſervari in ea Eccleſia ornatam hebeno impenſa mea, quia monumentum eſt ſatis antiquum.

Excellentiſſ. & Illuſtriſſ. D. Joanni Antonio Urſino Duci S. Gemini, mando reſtitui cum gratiarum actione, duos cameos auro incluſos, in quorum altero inſculptum eſt Veneris ſignum cum duobus Cupidinibus, in altero Nimpha quædam equo marino inſidens, ſunt enim dicti camei ipſius Excellentiſſ. Ducis, qui mihi eos donec viverem, dedit ſervandos.

Il.

Illuſtri Domino Fabricio Carrafæ,qui habitat, & vivit Neapoli, volo reſtitui librum ſcriptum in pergamena charta Græcum commentarium S. Baſilii continentem, & præterea librum Galeni manuſcriptum in papiro,itemque volumen quoddam conſiliorum innominati medici recentioris, qui libri pertinent ad dictum Illuſtrem Dominum Fabricium, qui mihi eos jam pridem ſervandos dedit. Commentario autem ſupradicto S. Baſilii in Pſal. deeſt principium, & finis.

Illuſtri Familiæ Delphinæ mando reſtitui numiſmata omnia argentea, quæ ſunt involuta chartis cum ſupraſcriptione Delphinorum. Itemque monetas aureas,& argenteas cum eadem ſupraſcriptione chartis ſimiliter involutas, quæ ſpectant ad eam Familiam,& tantum uſus earum fuit meus, ita permittentibus ipſis illuſtribus Dominis Delphinis.

Executores hujus mei ultimi Teſtamenti,ſeu ultimæ voluntatis meæ facio, & ordino, quos ſupra nominavi, Reverendiſſ. D. Horatium Lancellottum, & Illuſtrem D. Flavium Delphinum quibus omnem eam do,& tribuo amplam,& liberam facultatem,ac poteſtatem,ſupradicta omnia pro ut à me diſpoſita ſunt exequendi,quam ego ipſe haberem, & qua uti poſſem ſi vivens mentis meæ ſententiam executioni demandarem.

Atque hoc aſſero eſſe meum Teſtamentum, & meam ultimam voluntatem,& diſpoſitionem,quam ſi tanquam Teſtamentum ex quacunque legitima cauſa valere non poterit,volo codicillorum jure, aut

in vim cujuscunque alterius voluntatis, & dispositionis valere, omnibusque aliis hucusque si quæ sunt per me conditis, quas irritas facio prævalere.

Et quia mea intentio, & voluntas est, ut hujusmodi mea dispositio, me vivente secreta sit, & nulli nota, ideo illam in his foliis à me manu mea scriptam, meisque sigillis tribus clausam, consignabo Domino Quintiliano Gargario Notario Curiæ Capitolinæ cui seu cuicunque in Off. successori, amplam do facultatem, secuto obitu meo, illam ad instantiam cujuscunque super bonis, & hæreditate mea interesse prætendentibus, propria auctoritate, absque ulla Judicis aditione, licentia, decreto, vel mandato, & absque manuum, vel sigilli recognitione, vel alia de jure requisita solemnitate aperiendi, & publicandi, & de ea unum, vel plura instrumenta conficiendi, & in fidem hic me manu mea propria subscripsi die XXI. Januarii MDC.

Ita testor, & dispono
Ego Fulvius Ursinus manu propria.

D. O. M.

D. O. M.

FVLVIO. VRSINO. ROMANO. NOBILI
BASILICAE. CONSTANTINIANAE
CANONICO. RELIGIOSO
HVIVS. SACELLI. FVNDATORI. PIO
VIRO. GRAECA. LATINAQ. FACVNDIA
VTRIVSQ. ANTIQVITATIS. NOTITIA
ET. OMNI. ELEGANTIORI. LITTERATVRA
CLARISSIMO
QVIBVS. IN. STVDIIS. TANTVM. VNI
CVM. VIVERET
OB. DILIGENTEM. AC. ASSIDVAM. EORVM
TRACTATIONEM
ET. IVDICII. ACVMEN. ATQ. CANDOREM
DELATVM. EST
VT. AEVI. SVI. ORACVLVM. HABITVS
CVM. IN. PATRIA. TVM. PER. EXTERAS
GENTES. CELEBERRIMVS
SVMMA. APVD. PONTIFICES
SACRVMQ. SENATVM. GRATIA. ET
AESTIMATIONE. FLORVERIT
MORTVI. AVTEM. GLORIAM. APVD. POSTEROS
NE. VLLO. VNQVAM. TEMPORE. INTERCIDAT
EXCELLENTIS. INGENII. RECONDITAEQ.
DOCTRINAE
AC. PLANE. IMMORTALITATE. DIGNA
QVAE. EDIDIT. SCRIPTA. CVSTODIENT
ODOARDVS. CARD. FARNESIVS. HAERES,
EX. TESTAMENTO
GENTIS. SVAE. ALVMNO
HORATIVS. LANCELLOTTVS
APOSTOLICAE. ROTAE. AVDITOR
FLAMINIVS. DELPHINVS. EXECVTORES
AMICO. OPTIMO, POSS
VIXIT. ANNOS. LXX. MENS. IIII. DIES. XXVII
OBIIT. XVIII. KAL. IVNII
ANNO. CHRISTI. SAL. MDC

TYPOGRAPHUS

LECTORI.

Ut ſcias Lector quibus ipſe debeas, Vitam Fulvii Urſini doctiſſimus Lucas Holſtenius, Teſtamentum Joannes Baptiſta, & Laurentius Mari vere Αὐτάδελφοι, vere Φιλάδελφοι ex ſuis cimeliis communicarunt. Teſtamentum in Actis Quintiliani Gargarii collatum eſt cum ipſius Urſini Autographo. Epitaphium legitur prope Sacreſtiam in Sacello S. Mariæ Magdalenæ ab eodem fundato in Baſilica Conſtantiniana.

Ad-

Admonitio ad Lectorem.

VIta Pfeifferi prolixè descripta est a Christiano de Helwich Med. Doctore, rerum ejus admodum gnaro. Ex hac omissis multis, qvæ Regiomontanorum Theologorum controversias concernunt, & ad historiam ecclesiasticam Prussorum spectare videntur, excerpta, verbis Helwichii ferè ubiqve retentis, sunt, qvæ de rebus Pfeifferi tibi communicamus. Vale.

* * *

VITA IOHANNIS PHILIPPI PFEIFFERI.

JOhannes Philippus Pfeifferus natus est Noribergæ die 19. Februarii anno gratiæ 1645, patre Heinrico Pfeiffero Notario Cæsareo & inclyto Senatui Noribergensi à Secretis, qvem Joh. Mich. Dilherrus in epistola qvadam elogio *Viri doctrinâ, pietate & meritis in patriam conspicui* ornat, & matre Martha Wargetia Virtutum selectissimarum fœminâ. Puer educatus domi liberaliter est, & rudimenta pietatis ac Virtutum imbibit. Inde vix septem natus annos in scholam Laurentianam traditus est maturè literis imbuendus, ac in illis feliciter latinitatis usum con-

traxit. Tyrocinio hoc posito in ipsum Gymnasium transiit ad uberiorem majoremqve cultum ingenii consequendum, qvem tanta alacritate in Græcis ac Philologia, Hebraicis, Geographicis hausit, ut anno ætatis 18. dignus judicaretur, qvi Academias ipsas intraret. Auctoritate Patris in celeberrimum Noricorum Academiam sese conferebat. Ibidem usus fuit hospite Nicolao Rittershusio, qvi cum summa eruditionis fama jus profitebatur, ac Heinrico Pfeiffero intimâ amicitiâ junctus erat. Qvâ ratione ibidem biennium exegerit, loqvantur Professorum encomia largâ in illum manu effusa. Ex celeberrimorum Virorum epistolis ad eum, cum deinceps Regiomonti in Prussia studiorum causa ageret, scriptis, liqvido constat, qvod noster ita se clarissimis Viris probârit, ut nullus æqvè à parente filius, qvam ipse ab iis amaretur. Una omnium istorum sententia erat, qvæ doctissimi Dürrii, qvi conceptis verbis testatur, Pfeifferum sibi *Pietatis, modestiæ & elegantioris eruditionis nominibus multò charissimum fuisse.* Excoluit in Altorffina Academia philosophiam aliaqve elegantiora studia, qvæ theologiæ, cujus studio jam tum sese consecrârat, ancillantur, & cum angusta ac tralatitia eruditione non esset contentus, antiqvitatis & historiæ notitiam magnâ animi contentione sibi comparare satégit. Philosophiam verò didicit tum ex vivis Præceptoribus, tum ex Aristotele ac Græcis ejus interpretibus, Alexandro Aphrodisiensi, Themistio, Simplicio, Philopono, ut & Italis qvibusdam Cæsalpino, Accorambono, Mureto, Bona-

namico, Montecatino &c. qvibus junxit doctissimum Hispanum Monitorium. Philosophiam Peripateticam prout ab his traditur Alttorffini Professores Scherbius, (cui amorem ejus Cæsalpinus Alttorffii ad tempus delitescens, inspirasse videri posset) Sonerus, Piccatus eorumqve Successores unicè in oculis ferebant, qvorum exemplum secuti sunt nonnulli inter Helmstadienses, maximè verò Illustris Conringius, ac tandem Regiomontani in Prussia. Theologiam ex fontibus sacræ Scripturæ & S. Patrum rivis degustare cœpit. Anno 1664. Mense Martio ivit Ratisbonam multis monumentis & Comitiis celebrem urbem Imperialem, & cum diligenti inqvisitione indagasset, cognovissetqve non pauca, qvæ ad Romani Imperii formam legesqve ac rationes illud administrandi pertinent, Noribergam concessit, Parentibusqve ac consangvineis valedixit, peregre iturus. Faustis ominibus auguriisqve abitum ejus prosecuti sunt optimi parentes. Noster lustratis Universitatibus Gerana, Jenensi, Lipsiensi, Wittebergensi, Helmstadiensi, salutatisqve celeberrimis qvibusvis Viris, *divino prorsus instinctu*, si Sandio credimus in Programmate, qvo Pfeifferi promotionem in Theologiâ civibus Academicis significabat, *ad Regiomontanam Academiam sese recepit, & apud D. Samuelem Wernerum Theol. Prof. hospitium nactus est commodissimum.* Dici non potest, qvam indefessâ diligentiâ non modò longè uberiori literarum ac philosophiæ cognitione, sed & doctrinæ theologicæ opibus animum ornarit ac locupletarit. Patebat ei

selecta Werneri, cujus domo mensaqve receptus erat, ac dives bibliotheca; Noster itaqve occasione hac prudenter utendum esse ratus, Græcos auctores (cum Græcæ eruditioni plurimum attenderet) diligentissimè excussit, Philosophorumqve ac Sanctorum Patrum lectioni summâ industriâ incubuit. Professorum qvoqve Theologiæ Dreieri, Zeidleri & Grabe acroases & scholas sectatus sedulo freqventavit, ac vel discendi cupidissimis suo præluxit exemplo. Concionatoriis etiam ac disputatoriis Gymnasmatis subinde vacavit. Eâ ratione jam A. 1666. illos fecerat profectus, ut sub finem Septembris Doctoratûs philosophici titulo (in qvo conferendo Academia Regiomontana hactenus liberalitatem moremqve universitatum multarum in Germaniâ non est æmulata) atqve insignibus publicè & solenniter, applaudentibus qvibusvis bonis ac doctis, ornaretur. Qvo ipso etiam est jura nobilitatis in inclyto Poloniæ regno ex privilegio Divi Sigismundi consecutus, ut & potestatem privatis scholis docendi. Hanc nactus prælegit selectissimis juvenibus universam philosophiam summaqve dexteritate ac fidelitate eos ita erudiit, ut non pauci operâ illius non parum se profecisse ultrò libenterqve hodiè fateantur. Interea parens optimus vitâ decesserat, ac mors illius fecit, ut tandem, postqvam sex annos in Regiomontana Academia commoratus esset, a matre A. 1669. revocaretur. Tametsi verò ægrè a Prussorum Universitate divelleretur, Matri tamen, qvam semper summo cultu ac pietate prosecutus est, parendum sibi esse

exi-

iſtimavit. Itum ex voto, perventusqve eſt Nori-rgam. Ibi verò doctiſſimis viris, qvavis data oc-ſione, facile probavit, nihil affectui dediſſe Samu-um Wernerum, dum ad Parentes Pfeifferi noſtri iberet, frænô, non calcari opus eſſe filio, neceſſa-umqve videri, ut illi hunc a continuâ ſtudiorum ıctatione abducerent, filium enim omnibus oble-ımentis ipſo etiam ſomno valere juſſis, ſeſe totum ıdiis ac perſcrutandæ antiqvitati impendere. Ni-l non agebat Mater, ſangvine juncti & Rittershu-ıs, ut Patriæ Academiæ vel Reipublicæ Noriber-nſi illum vindicarent jam nuptiæ, jam ampla offe-bantur munera. At iſte humana hæc eſſe conſi-ıratus, Deum precabatur, ut eadem diſturbaret, & maturè diſcuſſâ, Rittershuſio ac amicis qvibusdam eruit, ſe interno inſtinctu commotum denuo ad uſſos migraturum, modò aſſenſum matris impe-aret, qvod qvidem factum eſt, annitente Rittershu-o, ſed non ſine ſumma difficultate. Reverſus igi-ır eſt ad Academiam Regiomontanam ſub ejus-m anni, qvo diſceſſerat, autumnum, *a divina pro-identia,* interprete Sandio l. c. *eidem deſtinatus.* iſtino etiam more in Univerſitate literis invigila-t, ſicuti decebat eum, qvi non inanem eruditionis nbram captabat, ſed veram ad ſapientiam adſpira-ıt. Rarior illa diligentia non caruit præmio; ſi-ridem A. 1671. a Sereniſſimo Electore Friderico Vilhelmo Græcæ lingvæ Profeſſor eſt conſtitutus. ro hac ſparta rite obtinenda anno ſeqventi Diſpu-ıtionem ſolennem *de variis ſignificationibus Vo-*

cis οἰκονομίας apud veteres, cum applausu habuit. Hæc Disputatio a successore ejus in eadem sparta Clarissimo Dno. Rabio tanti habita est, ut eam tanqvam exemplar, qvod philologicam scripturus dissertationem intueri debet, qvondam juventuti proposuerit. Munere suo functus est diligentissimè, adeò ut in Academicis feriis, in qvibus pulpita & Cathedræ juxta statuta Academica silent, publice profiteretur subindè etiam non multis, arbitratus benè satis navatam operam, qvæ vel paucis prodesset, qvamvis ferè semper extra tempus feriarum freqventi cingeretur Auditorum coronâ. Manibus studiosorum hodie adhuc præter Institutiones grammaticas, Commentationes Philologicæ in difficiliora N. T. dicta, in Epictetum, Theophrasti characteres, aurea Phocilidis carmina, notabiles ac selectas ex Poëtis sententias &c. teruntur. Antiqvitates Græcæ qvæ deinceps publicam viderunt lucem, selectioribus Auditoribus, in calamum fuere dictatæ, ut aliqvam græcos Auctores evoluturis præferrent lucem, non illum vero in finem scriptæ, ut typis vulgarentur. Disputationes habuit varias, qvarum Catalogum in fine adjiciemus; qvæ avidè, præcipuè verò philologico-Theologicæ fuere distractæ. Decani munere in facultate philosophica ter functus est, & XII. Candidatis summum in Philosophia gradum, qvi Magisterii dicitur, in duabus promotionibus solenniter contulit. Anno 1673. ipsi commissa est cura Bibliothecæ Wallenrodianæ, & A. 1679. Electorali Bibliothecæ, cujus Custos D. Martinus Sylvester Grabe

fue-

fuerat, à ſereniſſimo Principe eſt præfectus. *Sed qvaſi hæc omnia minora eſſent tanti Viri mentis, & ut ampliorem haberet campum fructus Doctrinæ ſubliniores exponendi, Sereniſſ. Elector pro Clementia ſua Electorali, qvâ in Academiam Regiomontanam ferebatur*, Profeſſionem Theologiæ A. 1680. eidem *clementiſſimè demandavit*, ut Sandius iterum loqvitur. Sed qvo minus ſtatim Cathedram Theologicam conſcenderet, invidia Collegarum, qvi ima ſummis miſcebant, effecit. At verò mandato Electoris eò res A. 1684. perducta eſt, ut fruſtra repugnantibus æmulis inter Theologiæ Profeſſores à Senatu Academico adſcriberetur. *Sic ſtatim functionem aggredi poterat. Aſt verò ut modeſtiam atqve ſubmiſſionem animi inter ipſos honorum gradus probaret, & omne id, qvod videbatur aliqvibus juſtum, impleret, inſignia Doctoratus à facultate Theologicâ modeſtè petiit, ſeqve ad omnia præſtanda, qvæ decent Theologiæ Candidatum obtulit*, prout rurſus verba programmatis ſonant. Lectiones itaqve, qvas vocant Curſorias, ex Decreto Facultatis habuit in 1. ad Timoth. cap. 2. v. 5. 6. ut & Diſputationem die 2. Novembris, qvod *in Cœtu Lutherano etiam ſit vera Eccleſia.* In fervore Diſputationis Præſidi D. Sandio & Pfeiffero duriores de Lutheraniſmo ſermones ſubinde exciderant, & ad Plebis etiam aures ab Auditoribus propagati manaverant. Diſputatio ſanè illa ipſi etiam D. Sandio ſtetit impendio famæ orthodoxiæ Lutheranæ. Qvievere tandem magni hanc Diſputationem conſecuti motus, de qvibus

bus in continuatione Histor. Ecclesiastic. Hartknochii uberior dicendi locus erit, & Pfeifferus seqventi an. 1685. die 15. Maji à D. Christ. Dreiero, cujus Oratio paradoxa *de septem modis conseqvendi remissionem peccatorum*, animos multorum non parum turbavit, Doctoris titulo condecoratus est, cum jam Professoriam dignitatem adiisset Mense Martio, ventilato, ut moris est, in Disputatione solenni *pro loco* Professionis, versu *14. & 15. ex Esaia capite 45.* Honoribus hisce auctus sine omni procrastinatione lectiones theologicas auspicatus est, easqve diligentissimè continuavit, cum Auditores ejus industriæ responderent, qvin eam provocarent ac freqventia studioqve auscultandi incitarent. Anno 1686. D. Samuelem Wernerum Concionatorem Aulicum in festo luminum seu purificationis explicantem verba illa Simeonis: *Domine nunc dimittis servum tuum in pace:* apoplexia obruit & post qvatriduum abstulit; in hospitis sui amicissimi locum surrogatus Pfeifferus, & à Principe Concionator Aulicus secundarius est designatus. Hoc etiam munus strenuè obiit nec qvicqvam in officii sui partibus desiderari passus est. Dum hisce detinetur laboribus Pfeifferus A. 1687. rogatur a Bibliopola, ut sibi antiqvitatum Græcarum libros imprimendi concedatur facultas. Negat auctor eâ fini esse scriptos, ut publicam adspiciant lucem, ac serio affirmat, laborem hunc suum qvibusdam tantum Auditoribus fuisse sacrum. Instat Bibliopola. Flectitur aliqvo modo animus Pfeifferi. Et hic qvidem cum plurimum semper tribueret candori

dori domeſtici ſui Chriſtiani Helwich; ei libros illos relegendos tradit, ejusque judicium de hiſce requirit. Illis attente, quamvis aliis tum ſtudiis vacaret, excuſſis Helwichius ingenuè ac liberè monebat, ſtylum non ſatis purum in illis fluere, imo interdum vix eſſe grammaticum, opus ipſum, quoad rerum tractationem eſſe mancum ac mutilum, in eo multa eſſe omiſſa, alia vix levi brachio tacta, alia a recentioribus longè majori diligentiâ exculta, prætermiſſam fere fuiſſe tractationem de veterum Græcorum muſicâ, de Oraculis, quæ tradita ſunt, non ſatis eſſe examinata, ac falſitatis convinci poſſe, non ſatis videri penetraſſe, aut exhauſiſſe, quæ veterum Græcorum concernunt Architecturam; porrò non exactè obſervatam temporum differentiam ac ætates Græciæ varias, neque enim dubitandum, ſicut ex lectione Græcorum auctorum ac Poetarum conſtat, Græcorum mores pro diverſitate temporum alios atque alios fuiſſe, levitatem eorum etiam proverbio locum feciſſe; præterea modum exceſſiſſe Auctorem in allegandis Lexicis, & quamvis auctoritate Scaligeri, Caſauboni, Meurſii, Salmaſii, Voſſii ſeſe tueri poſſet, fatendum tamen eſſe, quod, ubi Claſſicorum Auctorum & Lexicographorum teſtimonia ſimul allegantur, unicè illorum auctoritate contentus eſſe, ubi verò hi ſoli citantur, ſuffragium illorum jure optimo deſiderare poſſit lector. Adjecit denique ſeſe mirari, cur Alexandrum ab Alexandro, Natalem Comitem, Perottum &c. alleget, nuſpiam tamen perdoctos Everhardi Feithii *antiquitatum Homericarum* libros laudet? Diſpli-

plicere etiam, quod non ubivis citati ex Auctoribus græcis Textus græcè allegentur. Hæc & alia ubi magnâ cum libertate exposuisset Helwichius, ultimò addit, opus Viri clarissimi, etsi his aliisque forsan nævis laboret, doctissimum tamen esse, & græcarum litterarum studiosis apprimè utile ac necessarium, ac ex ipsis fontibus haustum; Nec in hoc genere scriptum ullum, quod omnes antiquitates græcas complexum sit, quantum sciat, prodiisse, quod cum Pfeifferiano Syntagmate comparari mereatur. Pfeifferus probè gnarus, Helwichium non livore ebrium aut invidiæ facibus accensum ita judicare, candide istos fœtus sui defectus agnoscebat, sed tempore exclusus, ac aliis laboribus obrutus opus suum revidere, ac defectibus istis mederi non potuit, victusque precibus Bibliopolæ, ac benignis Amicorum judiciis, potestatem ejus imprimendi fecit. Onus corrigendi errores typographi in se suscepit Clariss. Sagittarius Professor Jenensis, sed eum vel editioni non præfuisse, vel non satis attentum & majoribus occupatum fuisse, tot sphalmata ubique occurrentia loquuntur. Non sine plausu ab eruditis fuisse exceptas antiquitates illas, ex iteratâ earum editione colligere licet. Nec est, cur celeberrimos Actorum Lipsiensium Auctores, vel in hunc diem elogii, quo opus hoc & auctorem ornare voluerunt, pœnitere debeat. Neque enim post illud tempus repertus est ullus, qui antiquitates istas *eâ methodo, tamque plenè quam ab Auctore Clarissimo in luculento hoc opere factum est*, illustrarit.

Et

Et studiosa Juventus adhuc securè credere potest, quod abunde habeat, unde *sitim possit restinguere.* In laboribus Academicis, & ecclesiasticis interea sedulo perrexit Pfeifferus, & succedebant egregiè omnia usque ad annum 88. quô luctu satis acerbo turbatus est. Morte enim ei adimebatur Christianus Dreierus, Collega, cum quo nunquam in gratiam redierat. Munera Dreieri vacantia ambiit, & exambiit D. Sandius, vaferrimi Vir ingenii, scenæ & tempori inservire apprimè edoctus. Hic versipellis popularis favoris auceps frendebat, Pfeifferum à multis Auditoribus Dreieri ac Zeileri admiratoribus plurimum æstimari. Cum autem probè nosset, plebem aversari eos, quos Demagogus aliquis temeratæ religionis reos agit, hâc viâ Pfeifferum, cum quo in plerisque doctrinæ capitibus concordabat, adoriendum esse callidè censebat, ei inutilem prorsus litem sub initium muneris movens. Contendebat Pfeifferus Orationem Dominicam iis, quibus à Christo concepta verbis est, recitandam esse ministro cœnam celebraturo. Favebat ei summa Orationis dignitas, suprema Auctoris Majestas antiqua Ecclesiæ praxis, consuetudo Lutherani cœtûs in Saxonia & aliis provinciis, agendorum tenor & mos in templo arcis diuturno usu confirmatus. Sandius contra pro paraphrasi tanquam pro aris & focis partim vivâ voce, partim scriptis certans eò rem produxit, ut Deus ad altare Oratione Dominicâ ampliùs non invocaretur. Inde in maximas Conscientiæ angustias conjiciebatur Pfeifferus, quibus noctu diuque

jactabatur; dubius enim hærebat, an vera esset cœna, in cujus administratione ne Oratio quidem dominica locum inveniret? & animo a Lutheranismo & Syncretismo cœpit esse alieniori. Crevit propensio in religionem Catholicam, post iter Gedanense, quod anno 1692. mense Augusto partim animi, partim negotiorum domesticorum causa susceperat. Dum verò per aliquot dies Gedani degeret Cœnobii Olivensis celebritate & Abbatis eruditione excitus ad monasterium illud sese contulit. Benignè exceptus ac ab Abbate mensæ adhibitus: misti ibi, ut fit, sermones fuerunt de Religione, ac de Regiomontanorum Professorum (de quibus Schelvigius illud Poetæ usurpari posse alicubi scripsit: *Dogmata quod foveant tunicis distantia:* scilicet a dogmatibus Catholicorum) controversiis. Pro re natâ præsenti Medico Lutherano sententias eorundem Doctorum de Papæ auctoritate, precibus pro defunctis, mutatione substantiali symbolorum in Evcharistia, sacrificio Missæ, de Jejunio quadragesimali &c. colloquio inspergit ac defendit. Illicò hi discursus a Medico pariter ac Catholicis vulgati, Pfeiffero odium Lutheranorum grave pepererunt. Tametsi verò magnis clamoribus passim in Cathedris res ageretur, ac a Sandio, jam animo filium successorem Pfeiffero destinanti versutè tumultus foverentur, procella desæviit, cùm Aula Electoralis Pfeifferum tueretur, sive occulto in Pfeifferum affectu, de innocentia vitæ ejus præclarè sentiens, sive odio in quosdam ejus adversarios. Non tan-

tantum colloquio serenissimus Princeps clementissimè Pfeifferum fuerat dignatus, sed & eum tum temporis Decanum Facultatis Theologicæ mensæ assidere ac de gratiâ suâ securum esse jusserat. Tandem Sandii & aliorum Votis obsecuta fortuna est. Conjecerat in chartam D. Pfeifferus in vernaculâ linguâ brevem dogmatum ecclesiasticorum Sciagraphiam per quæstiones brevissimasque responsiones digestam ex Patrum scriptis, in quà passim à symbolicorum librorum sententiâ more Theologorum Regiomontanorum liberè discesserat. Placuerat scriptum hoc generosæ cuidam familiæ, ut illud ad instructionem prolis in spem magnam natæ fecerit describi. Evenit verò, ut libellus ille sub Catechismi Pfeifferiani nomine passim innotesceret, ac ipsis etiam tùm ob Patriæ negotia congregatis Prussiæ proceribus, à quibus ad Consistorium est missus, exhiberetur. Hujus assessores, ut & Tripolitanum Ministerium atrô carbone multas ex eo propositiones notarunt. Quid fit? Tota causa tandem ad Serenissimum Principem est devoluta. Serenissimus Princeps clementissimè agnovit, plurima adversarios Pfeifferi ex odio suis chartis illevisse, & scripta eorum atræ bilis fermento turgere, nec iis judicium utpote professis hostibus, quos naturalis ratio judices esse non patitur, ullâ ratione competere. Potuisset de Sandio & aliis Pfeifferus triumphare, si voluisset clypeo favoris aulæ sese munire. Et jam animum multi ex invidis ejus desponderant, cum defensionem ab Aulâ ei non esse negatum,

aliisqve qvam ſibi arbitrium cauſæ permiſſum iri, cognoviſſent. Enim verò in prolixâ ſuâ apologiâ, ac in ſupplici ad Sereniſſimum libello diſertis propemodum verbis agnoſcit, doctrinam ſuam libris Lutheranorum ſymbolicis non eſſe conformem, & non niſi ad bilancem ſacræ ſcripturæ & conſenſum Catholicæ Eccleſiæ eſſe trutinandam, juratò enim ſeſe ſpoſpondiſſe, cum Profeſſor conſtitueretur, ſe *amplexurum eſſe veram ac piam Evangelii doctrinam, quam uno ſpiritu ac voce unâ Eccleſia Dei Catholica profitetur.* Imò antequam Aula litem decideret, miſſionem ab officiis ferventiſſimè petiit, cauſatus imbecilliorem corporis conſtitutionem, & attritas morbo ac perſecutionibus vires, perſpicuè ac ſine ullô verborum circuitu ſignificans, ſe ab agnitâ veritate ne latum quidem unguem receſſurum, nec unquam ceſſaturos tumultus, jam ſe ſatisfacere conſilio S. Clementis, quod in Epiſtolâ ad Corinthios colliſis inter ſe Doctoribus ſuppeditat his verbis: *Qui inter vos generoſus eſt, qui miſericors & charitate plenus, dicat: ſi propter me ſeditio, contentio & ſchiſmata orta ſunt, emigrabo, abibo. Qui hoc fecerit magnam gloriam ſibi in Domino conciliabit: & omnis locus libenter eum ſuſcipiet, Domini eſt terra & plenitudo ejus.* Verba quoque Gregorii Nazianzeni ſua fecit; *lubens equidem patiar, quicquid volueritis, quanquam innocens, veſtra concordia cauſa; ejicite me ſolio, urbe pellite, tantum veritatem & pacem diligite.* Ita tandem factum eſt, ut cum palinodiam canere nol-

nollet, dimiſſionem ab officiis ſuis impetraret, ſicuti colligere eſt ex verbis clementiſſimi Reſcripti A. 1694. die 24. Maji ad Conſiliarium Schmid: Weil der bißherige Hof-Prediger/ Profeſſor und Bibliothecarius um ſeine Dimiſſion inſtändig anhält/und wir dieſelbe nunmehro/ da er mit ſeiner endlichen Erklärung eingekommen/ ihme nicht verſagen werden: Itaque & munere Electoralis Bibliothecarii, cui per 14 præfuerat annos, traditâ prius conſiliario Electorali jamjam laudato Bibliothecâ, abiit, & Academiæ, in qua per 22. annos docuerat, ac Facultati Theologicæ quartum Decanus valedixit, ac è Spartà Concionatoris Aulici deceſſit. Tot officiorum vinculis ſolutus iter meditabatur in Germaniam, ſalutaturus fratrem germanum Theophilum Pfeifferum, ſorores & affines. Verum aliter Deo viſum, aliud etiam proſtratæ corporis vires ſuadebant, aliò etiam amici vocabant. Seceſſit igitur Heilsbergam ad Epiſcopum Warmienſem ab eodem jam ante ſemeſtre honorificè invitatus, ibidemque 25. Julii 1694. Catholicam cum ſuis religionem eſt amplexus. Brevi poſt cum Epiſcopo Warſoviam ivit, & à ſereniſſimo Rege Johanne clementiſſime ad familiare colloquium admiſſus eſt. Redux ad Parochiam Seyberswaldenſem, cujus reditibus ab Epiſcopo donatus fuerat, Deo & lectionibus piis vacaturus, renitente quidem Epiſcopo, qui eum ſibi perpetuò à latere eſſe volebat, confugit Anno 1695. die 31. Januarii Canonicatum Gutſtadienſem obtinuit. Menſe Septem-

 bri

bri ejusdem anni ineunte, eum febris maligna invasit, & quamvis Medicus alexipharmacorum ope adversus morbi vim certaret, nihil tamen profecit: Æger etiam illicò sensit, futurum vix esse, ut valetudinem recuperaret, cùm etiam ante morbum corpore esset valdè infirmô ægritudinibus variis, studiorum vigiliis & persecutionum tempestatibus attenuato & fracto. Quapropter ad Deum, in quo omnem spem vivus posuerat, conversus, ardentissimis precibus Servatori optimo se commendavit, peccata confessus S. Mysteriis animam expiavit, ac Testamentum, in quo sese in vulneribus Christi, in gremio catholicæ Ecclesiæ mori velle scripserat, moribundâ manu signabat. Die 10. Septembris horâ circiter nonâ matutinâ placidissimè post recitatum S. Bernhardi Jubilum, unicas suas in vita delitias, & verba illa S. Stephani: *Domine Jesu suscipe spiritum meum:* Vitam cum morte commutavit, de quâ sæpe cogitare non tantùm, sed & sermones habere solitus ante fuerat. Emicuit in illo Viro magnum, quod nec isti negabunt, quibus doctrinam suam approbare non potuit, integritatis ac innocentiæ studium. Pietas non ficta & imaginaria in omnibus ejus actionibus elucescebat. In Orationibus creber ac penè assiduus fuit. Domesticos omnes paterno rexit imperio, professus otii, impudicitiæ & spurcitiei hostis. Diætæ & jejuniorum servantissimus. Temeraria juramenta & execrationes à mensâ suâ prorsus abesse voluit, constitutâ in Consalinos eos, quibus ex pravâ consuetudine

line seculi incautiùs imprecationes excidunt, multâ. Fastum omnem & superbiam aversabatur, nundô nihilominus semper usus habitu. Pientissima Thomæ à Kempis opuscula & præcipuè de imitatione Christi libros cum summa animi delectatione multoties perlegit. Reliquit tres liberos, quos ex Dorotheâ Landenbergiâ Erasmi Landenbergii Senatus Academici & Judiciorum in Tripoli Regiomontanâ Secretarii filiâ, solennibus Nuptiarum A. 1672. die 8. Novembris sibi junctâ sustulit. Supersunt adhuc omnes. Filius Christianus Richardus Pfeifferus A. 1673. natus hodiè Medicinæ Doctor est,& Medicus Provincialis Ducatus Mönsterbergensis in Silesiâ. Filia natu major Martha Dorothea in pacatissimo thoro D. Helwichii vivit; altera verò Anna Catharina nuptum data est Petro Cerbst ante ferale bellum in Poloniâ Posnaniensi Consuli, modò verò Mercatori Vratislaviensi, cum quo concorditer conjunctèque vitam ex voto agit. Illam A. 1675. hanc verò 1678. enixa est Mater, quæ morte & Marito & proli A. 1689. die 15. Januarii erepta est. Funus Pfeifferi die 13. ejusdem Septembris magnâ pompâ ex arce Heilsbergensi in templum oppidanum elatum, ibidemque magno apparatu, habitis sacris & Concione, sepultura peracta est. Tres Episcopi, Presbyterorum, ex Episcopatu maxima pars, nobiles ac Cives honoratissimi quique exequias has frequentes obiere.

Catalogus Disputationum à Pfeiffero ha-
barum.

1. Exercitatio proponens quæstionem; an *de mundo ad Alexandrum sit* Aristotelis?

2. De definitione hominis, quâ dicitur *a rationale*, an sit bona?

3. An Deus sit in *Categoria substantiæ?* tereuntur siccô pede philosophemata, positis theses variæ.

4. *De anno nativitatis Christi.*

5. *De Generationis æternitate.*

6. *De Curâ Virginum* Dissertationes di Lipsiæ sunt recusæ.

7. *De filiâ Jephta à Patre sacrificata.*

8. *De statuâ salis, in quam conversa fuit Lothi.*

9. *De homicidio Lamechi, & ultione fu Caino.*

10. Dissertatio philologica in verba Psal v. 13. *Justus ut palma florebit.*

11. *De voce οἰκονομίας.*

12. *De Phœnice ave.*

13. Dissertatio philologica in v. 6. Psa de *Dæmonio meridiano.*

14. *De Nabuchodonosoris in feram tr. tatione* ex Dan. 4. v. 29. 30. & 5. v. 21.

15. Dissertatio philologica in verba Ap pseos: *Ego sum* A. & Ω.

16. *De discrimine inter κήρυγμα (Præc & dogma.*

17. *De significatione vocis ἐπιούσιος in oratione Dominica.*

18. Dissertatio in verba Salvatoris: *Facilius est Camelum per foramen acus transire &c.* ex Matth. 19. v. 24. Marc. 10. v. 25. & Luc. c. 18. v. 25.

19. *De signo Filii hominis* ex Matth. c. 24. v. 30.

20. De verbis Lucæ Actor. 23. v. 8.

21. Dissertatio pro gradu Doctoratus.

22. Dissertatio pro loco ad verba Isaiæ c. 45. v. 14. 15.

Ab ipso etiam elaborata sunt programmata duo in *honorem Jesu Christi justi* ex Isaiæ c. 45. v. 8. Ann. 85. in festo Nativitatis & 86. in festo paschatos à Rectore & Senatu proposita. Item programma paschale anno 88. *in honorem spiritus S. effundendi instar aquarum & fluentorum super credentes N. T. tanquam insitientem & aridam* ex Isaiæ c. 44. v 2. 3. 4. 5. it. ex Psalmo 44. v. 2. *de spiritu S. ut scriba velociter scribente*, ac ultimo ex Matth. 9. v. 17. in honorem Spiritus S. *tanquam novi vini in novos utres missi.*

Observat. 4. tom. 8. *Observ. Halens. de significatione vocis Paradisi in verbis Domini ad Latronem*, etiam est Pfeifferi nostri; nescio verò, qui factum, ut Exercitatio *de paritate & imparitate peccatorum* itidem Halam missa tomis observationum non fuerit inserta. Reliquit explicationes philologicas in multa N. T. dicta, quæ publicam, nisi fallimur, merentur lucem, & eàdem ferè diligentiâ, quâ Disputationes Scriptæ sunt. Ejus certè generis

ſunt 1.) Explicatio dicti prophetici ex Matth. 1. v. 23. 2.) Verborum Chriſti Matth. 5. v. 18. 3.) Matth. 10. v. 16. 4.) Matth. 11. v. 16. 17. 5.) Matth. 15. v. 40. 6.) Matth. 18. v. 6. 7.) Matth. 19. v. 30. 8.) Marc. 16. v. 15. 9.) Luc. 3. v. 7. & Matth. 3. 7. 10.) Luc. 3. v. 14. 11.) Luc. 12. v. 33. & 34. 12.) Luc. 12. v. 35. 13.) Verborum Apoſtoli in 1. Corinth. c. 15. v. 29. 14.) verb. Domini Joh. 5. v. 39. 15.) Actor. 9. 4. 5. & 26. 14. 16.) Verborum Apoſtoli in Epiſtola ad Phil. 3. v. 8. 17.) dicti ad Roman. c. 8. v. 18. &c. Eodem proſtant loco habendæ ſunt prolixæ Explicationes Epiſtol. in 4. *Epiſtolas Dominicales Adventûs*, ut & Epiſtol. domin. 1. poſt Epiphan. Orationem etiam Hugonis Brugthoni ad Genevenſes *de deſcenſu ad inferos* græcam latinè vertit & notas addidit.

ORA-

ORATIO

DE ORTU, VITA ET OBITU JOH. OPORINI, Basiliensis,

Typographicorum Germaniæ Principis, recitata in Argentinensi Academia ab Joanne Henrico Hainzelio Augustano.

AUTHORE ANDREA JOCISCO SILESIO, Ethicorum in eadem Academia professore.

Adjunximus librorum per Joannem Oporinum excusorum Catalogum

Juxta Exemplar Argentorati, M.D.LXIX. editum.

* * *

MAGNIFICO VIRO DOMINO JOANNI CRATONI A CRAFTHEYM,

Consiliario & Medico Cæsareo intimo II. Andreas Jociscus S.

BREVI ORATIONE OPORINI manibus, in Academia nostra, non ita pridem, clarissime Crato, domine & patrone obs. parentavimus: quod amplissima ipsius in Rempubl. litterariam merita id à nobis efflagitare viderentur, ut hac nostra in eum observantia & pietatis testificatione Oporino justa faceremus. Eam quidem multis de causis, quas probare non esset difficilè, in pu-

blicum emittere, non erat animus, ne apud quosdam temeritatis reprehensionem incurrerem, qui parum rectè ejus vitam describi posse existimabunt, cujus consuetudine non adeò diu fueris usus. Sed cùm benevolentiæ & humanitatis, hoc officium bonis & doctis viris non displicere: atque eosdem ipsos, ut publicè testatum facerem, velle, intelligerem, morem illis gessi: ratus eorum authoritate mihi munito, malorum calumnias non reformidandas fore. Eodem mense, quo morbo tentabatur Oporinus, negotium quoddam pecuniarium apud amicum magni nominis (cujus præsentem opem non semel fuerat expertus) expediendum mihi huc Argentinam descensuro, amanter injungebat. Inde sumta occasione, ingressus de ærumnis suis dicere, vitæ cursum, quem ab ipsis typographicæ negociationis initiis in eum usque diem tenuerat, exponebat. Ex eo sermone pleraque quæ in illas inciderunt turbas sunt posita: multa omisi, quæ alios urere potuissent. Quæ de Theophrasto, historiæ continuandæ causa inseruntur, complures gravissimi & doctissimi viri, mecum sæpe ab ipso Oporino audiverunt: Ita ut nihil suggillandi alios studio à me dicatur. Semper enim detestatus sum eorum petulantiam, qui satyrica quadam mordacitate vel vivos contumeliosè proscindunt, mediumque illis ostendunt digitum: vel mortuis etiam contra sanctissimam Athenienſium legem maledicunt atque insultant. In tuo autem præcipuè celebri nomine Patrone obs. hoc quicquid est, apparere volui, quòd

quan-

quanti feceris Oporinum non ignorarem, & si alterius in medica arte secta homines atrocius in me invadere conarentur, apud te certum & constans præsidium habiturum me considerem. Tua erit probitatis studium meum in optimam partem accipere: Humanitatis verò, favoris qui aura, me ut antebac, prosequi. Si porrò mea digna fuerint studia, quibus virtuti tuæ atque excellenti eruditioni honos babeatur: ita me geram, ut facultatem potius quàm voluntatis promtitudinem mihi defuisse, sis intellecturus. Bene vale, Argentinæ 4. Idus Martii, M. D. LXIX.

* * *

DUo sunt potissimum, quibus vita nostra informatur, præcepta & exempla. Illa ex principiis legis naturæ derivata, quid sequendum fugiendumve sit, docent & præscribunt: Hæc verò, speculi instar, hominum mores oculis subjiciunt, & quid cuivis ex usu sit demonstrant. Utraque sanè, ad virtutis culturam in animis ingenuis, vim habent evidentem & momentum maximum. De præceptis ac disciplina honestè & cum virtute instituendæ vitæ, non ita pridem præclarè dictum est. Ego, cui has dicendi partes, ipsa consuetudo & præceptorum authoritas imposuit, non alienum ab officii & ætatis meæ ratione facturum me putavi, si exemplum in medium adferrem, quo & ad virtutis decus, & promtam sedulitatem in studiis adhibendam, mecum adolescentes invitarentur.

In-

Instituam autem brevem ac nudam: verum tamen enarrationem de ortu, vita & obitu Joannis Oporini, Typographorum, testimonio omnium, ut spero, Coryphæi: qvi nuper rebus humanis exemtus suis luctum, & gravissimum moerorem: bonis desiderium ingens; omnibus manifestum fragilitatis humanæ & lubricæ inconstantiæ exemplum reliqvit. Si enim in ullo unqvam alio, certè in Oporino nostro, fallacis fortunæ lusus eminere visus est: vel hoc uno illustri documento ostensuræ, qvàm fragili loco starent res nostræ, perpetuæ vicissitudini & variis, iisqve freqventibus conversionibus obnoxiæ. Humanitatis est, defunctorum memoriam piè colere, eorumqve honestam existimationem, ab iniqvorum calumniis qvalicunqve patrocinio, vindicareqve. Officii verò nostri, Oporino, de nostra litteraria Reipubl. optimè merito, hæc justa facere: qvæ ut parum celebritatis, nomini Oporini, propriæ virtutis lumine spaciosum orbem implentis, adferunt: ita pietatem nostram, erga defunctum non obscurè testantur.

Celebris fuit olim, eaqve honesta de Homeri patria multarum civitatum contentio, qvæ ex tam præclari civis splendore, plurimum claritatis sibi pollicebantur. Ita obscura patria, vel unius illustri virtute inclarescit. Magnus etiam eorum est numerus, qvibus ad æternam nominis memoriam, & eam, qvam vocant, felicitatem patriæ nobilitas non parum momenti attulit: sic ut mutuas operas ad famæ perpetuitatem, utrinqve tradi, exemplis ostendere

haud

haud difficilè foret. Qvare ne vel Oporini felicitati, qvam patria auget, qvid detraxisse, vel inclytæ Argentinæ nostræ, qvæ parenti ipsius dedit ortum, ipsiqve Oporino, rudimenta litterarum in hac schola discenti, benignum hospitium præbuit, atqve ob id Oporinum ut civem, jure asserit, laudem hanc invidisse videamur, rectè fieri à nobis fatebuntur, omnes, qvi suis qvoqve aliqvando manibus simili pietatis officio, parentari cupiunt. Optarim eqvidem, eam mihi dicendi facultatem, qvæ viri hujus virtutibus responderet. Verum si doctissimis auribus vestris, auditores gravissimi, orationis splendore non satisfecero, gratiam vos mihi non adeo expedita dicendi facultate instructo, facturos, pro æqvanimitate vestra confido: præsertim cum ipsa rerum tristium narratio, ornatum orationis reformidet: & cujusvis etiam facundiæ rivuli, in gravissimo luctu, dolore justissimo, atqve uberrimis lachrymis exarescant.

Natus est igitur Joannes Oporinus, anno Christi, supra millesinum, qvingentesimum, septimo: Mense Januario, die conversionis Pauli.

Nascentem excepit Basilea, loci natura, cœli temperie, & agri bonitate peramœna, atqve ob Musarum tutum fidumqve domicilium: doctorum freqventiam apud omnes, celebrata civitas: qvæ ex ruinis Augustæ Rauracorum incrementa ac vires sumsisse creditur. Eam alii à Basilio Minutio, Julii Cæsaris qvondam in his terris legato, nomen hoc sortitam opinantur: alii aliam appellationis rationem assignant. Qvi ex veterum monumentorum indicio,

veriorem conjecturam seqvuntur: à libero transitu, dictam putant. Sed operosè hæc in præsentia prosequi, nostri non est instituti. Patrem habuit Oporinus, Joannem Herbst, arte pictoria insignem, vitæqve probitate, & numinis divini cultu piè religiosum. Familiæ nomen ex vernacula lingva postmodum in Græcam commutavit: Illud ex Martiali: Si daret autumnus mihi nomen ὀπωρινὸς essem: Horrida si brumæ, sidera χειμερινός, commodè, & ingeniosè mutuatus, cum non obscuro omine, fore aliqvando, ut cum Roberto Vuintero, qvi Chimerinum se postea vocavit, typographicam negotiationem iniret.

Avus Oporini in hac urbe honores publicos gessit & ædilitio functus munere, integritatis singularis, diligentiæ, & spectatæ virtutis laudem habuit. Is cum re satis esset lauta, unicum filium à pueris statim ad liberalium artium studia adhibebat. Sed pestiferum novercæ odium, pium facilis patris consilium impedivit. Hoc enim malo paterna domo expulsus, Reipub. notario, commissus est: cujus domestica consvetudine usus, bellius scribendi facultatem sibi compararet. Cum autem ad elegantem litterarum picturam pronior videretur, ab heri sui filio Pictore, ad eam artem est seductus. Vnde domum parentis, aliqvando reversus, & specimen suæ diligentiæ in scribendo exhibere jussus, cui rei daret operam, est fassus. Inclementius igitur, ab irato patre ea de causa habitus, qvi ne unqvam in ejus conspectum rediret, fuerat interminatus: patria profugus,

gus,& ſpe recuperandi amoris ac paternorum bonorum, excluſus, totum pictoriæ arti ſe dedidit, ac felici diligentia, eò progreſſus fuit, ut inter ſuæ ætatis artifices non poſtremus haberetur. Et qvidem tunc in Helvetiam directa profectione, patriam deſeruit: in omnem perdiſcendæ artis ſuæ, & conſtituendarum rerum occaſionem intentus.

Non qvævis plantæ ſub qvovis creſcunt cœlo: multæ aliò translatæ felicius & lætius proveniunt. Ita nec ubiqve benè agendi occaſiones offeruntur. Præclarè Plutarchus dicit: τὴν ἀρετὴν ὥσπερ ἰσχυρὸν καὶ διαρκὲς φυτὸν, ἐν ἅπαντι ῥιζοῦσθαι τόπῳ: φύσεώς τε χρηστῆς, καὶ φιλοπόνου ψυχῆς ἐπιλαμβανομένην. Rectè etiam Themiſtocles cuidam Seriphio, objicienti: Non ipſum ſua, ſed patriæ gloria illuſtrem, reſpondit: Vera dicis, inqviens, Nam neqve ego ſi Seriphius eſſem, clarus evaſiſſem, neqve tu, ſi Athenienſis. Ea enim virtutis vis eſt, ut indolem bonam nacta, ubivis terrarum radices agat: & freqventibus iisqve honeſtis actionibus excitata in ſementem uberrimam producatur. Evidenter hoc Oporini pater probavit, qvi naturæ probitatem ſtudioſè excoluit, & acceptam ab hac urbe claritatem propria virtute ita illuſtravit, ut dignum ſe patria ſua civem exhibuerit. Dum in Helvetia exercendæ artis gratia ſubſiſtit, patrem amiſit: Mittuntur igitur qvi filium, unicum hæredem qværant. Pervenitur in Helvetiam, ubi eum eſſe cognoverant: ſed is cui dabat operam, adoleſcentis diſceſſu, lucri, qvod ex ipſius induſtria faciebat maximum, jacturam metu-

ens,

ens, secum eum esse negavit. Hoc igitur infortunio magistri sui avaritia & iniqvitate, paternorumque bonorum, qvæ satis ampla erant, hæreditate dejectus, Basileam se contulit: ubi omnibus industriam suam ita probavit, ut studia & benevolentiam bonorum, pro gentis istius probitate, facilè promeretur. Delectatus loco & hominum moribus, pedem ibi fixurus, duxit uxorem, Barbaram Lupfartinam honestæ existimationis virginem. Ex ea sustulit duas filias (qvarum una Reipub. litterariæ, civem optimum Theodorum Zvinggerum, Philosophum & Medicum clarissimum genuit: & post prioris mariti fatum, Conrado Lycostheni nuptui data, diligentia sua infirmam atqve etiam ægram perditamqve valetudinem hujus viri, pia cura diu sustentavit) & hunc Joannem eo, qvo dixi anno, cum paulò antè, parricida qvidam candentibus forcipibus dilaniaretur: qvem mater adhuc uterum gerens ex fenestra, adeò discerptum intuita, subito horrore concussa, maculas Oporino impressit.

Præter virtutem, dotis nihil ab uxore acceperat: nec ipse qvicqvam præter industriam ad eam attulerat. Hinc tantæ omnium rerum difficultates objiciebantur, ut continuo labore suum vix victum exsarcirent. Qvare, cum ob domesticam hanc inopiam, liberorum prosperitas, in propria potius, post Dei benedictionem, industria, qvam relictarum opum abundantia, posita videretur, studiosè parentes dabant operam, ut in se ipsis certa & duratura vitæ præsidia collocata haberent. Pater igitur ipse diligen-

genter filium litterarum rudimenta docere: & in publicum ludum litterarium ducere: & à præceptoribus tradita exigere ac repetere. Mater verò nihil quæ fœmineas decerent manus, negligere. Qua sedula cura factum est, ut & ærumnæ domesticæ liberorum secundo successu dulcescerent, & vocationis duriusculi labores mitigarentur.

Cœperat tum juventus in scholis melius institui: quod litteræ suum jam nitorem, doctorum studio reciperent: & bonorum authorum scripta, integritati restituta, in hominum manibus versarentur. Proinde cùm in Oporino ingenii acumen in ipsa pueritia emineret, atque indoles nescio quam messis ubertatem & autumnalem fœcunditatem promitteret: Pater nihil eorum, quæ naturæ bonitatem, in filio elucescentem ornatura putabantur, prætermittebat: licet omnia, quæ facultatem emergendi præbere possent, accisa admodum forent.

Postquam igitur domi feliciter litterarum rudimenta percepisset: ob patris inopiam, huc Argentinam descendit: & in pauperum scholasticorum contubernio, quatuor ferè annos vixit. Docebat eo tempore in hac urbe Gebuuilerus, doctus informandæ juventutis, pro temporis illius ratione, & Oporini captu, moderator. Quo magistro & duce rum Oporinus usus, tantum profecit, ut & latinè, pure atque expeditè loqueretur, & Græcæ linguæ, non prorsus ignarus, cum multorum admiratione haberetur. Maturitatem ætatis & judicii adeptus, patriam repetit: perfectæ eruditionis (cujus acqui-

rendæ, ibi facultas erat maxima) laude ductus. Viros igitur doctos (quorum frequenti multitudine, peculiari civitatis genio, semper felix Basilea fuit) sedulò audivit : & eorum institutione judicium de artibus humanioribus, quarum gustum hic perceperat, informare didicit. Sed eum cursum diu tenere non potuit. Cum enim patria paupertas, domestica subsidia negaret : nec quod aliunde accederet, sperare posset, ad Abbatem S. Urbani (monasterium est, sub ditione Lucernensium in Helvetia situm) se contulit : & ibi juventutem quæ aliquando in collegium recipienda erat, docuit. Nondum enim monachorum socordia, & bonarum rerum abusus, consuetudinem hanc instituendorum puerorum oboleverat.

Hac vitæ conditione ibi degens, venit in familiaritatem Xylotecti, canonici apud Lucernenses : conjungebat eos & ingeniorum similitudo, (quæ ad coalescendos animos plurimum habet momenti) & politior litterarum cultura. Xylotectus enim doctum & lepidum, ut ea ferebant tempora, scribebat carmen : & Oporinus eo non erat inferior. Non multò post Xylotectus Evangelii puritatem amplexus, amplissimos illos reditus deseruit, ductaque uxore, Basileam concessit, ubi deinde pestis contagione infectus, vitam cum morte commutavit. Oporinus quoque monasticæ scholæ pertæsus, amicum sequutus, Basileam rediit : cœptum semel studiorum cursum continuaturus, & cum laude confecturus. Sed cùm nec tum quidem ulla subsidia à

quo-

quoquam subministrarentur, Græcos Theologos, ut Irenæum & alios describendos suscepit: quos magno sumtu Joannes Frobenius Græcè in publicum emittebat. Adeò semper res angusta domi, & gravis paupertas Oporino obstitit. Tandem Xylotecti viduam anno 1527. uxorem duxit: non alia ratione de amico præclarius se mereri posse existimans, nisi magno suo cum malo, morosæ & austeræ vetulæ jugum subiret. Quæ ab ea fuerit perpessus: referre non libet. Hinc autem quivis acerbitatem molestiarum, quas uxor imperiosa & immitis objiciebat, facilè æstimabit: quòd ipse Oporinus sæpe diceret: idem sibi quod Socrati accidisse, ut cum Xantippe philosophari disceret. Nec minor sanè ejus quam Socratis in perferenda & mussitanda uxoris injuria, fuit tolerantia. Nam ut ille multis convitiis ab uxore exagitatus, demum sordida quoque aqua perfunderetur: nihil aliud dixit, quàm sibi notum esse, post tot tonitrua, tandem quoque venturam pluviam. Ita Oporinus importunitatem conjugis, in casibus haud dissimilibus, patientissimè tulit. Gubernabat tum litterarium patriæ ludum Oporinus, & feliciter juventutis studia, ut erat tractandorum ingeniorum elegans artifex, moderabatur. Et sunt adhuc non pauci, qui primorum rudimentorum cognitionem, & hinc extructam solidam eruditionem acceptam Oporino ferunt. Sed is, quoque scholasticæ vitæ cursus, citò est interruptus. Quum enim naturæ præstantia ipsum non nisi ad summa hortaretur: & do-

ctorum virorum, qui tum vivebant, elogiis extimulatus, non quiesceret: forsan etiam præsentis tenuitatis (quæ plerunque gravissimos labores ludimagistrorum comitari solet) suppuderet: de ineunda alia studiorum ratione cogitare cœpit, quæ eum continuis illis molestiis ereptum, tutiori durabilis prosperitatis locaret sede. Hoc meditanti Oporino, Ioannes Oecolampadius, qui primus *Basileæ* sinceriorem Christi Evangelii doctrinam est professus, mirum hominis ingenium, & ad omnia aptum, sed litibus inimicum animadvertens: author fuit, ut Medicinæ studio se addiceret: præsertim cùm ibi esset Theophrastus Paracelses, qui unius anni spacio, eximium artis doctorem, se perfecturum superbè jactitabat. Venit Basileam Theophrastus sub initium repurgati Evangelii, & religionis nomine ab Oecolampadio susceptus & Magistratui commendatus est. Dissipata tunc planè erat Academia, & professores partim ejecti, partim sua sponte urbe cesserant. Facilè igitur auxilio Oecolampadii medicam professionem, in Academia, obtinuit.

Consilium Oecolampadii seqvutus Oporinus, Theophrasto se adjunxit, & quàm diu Basileæ fuit, ab ejus consuetudine nunquam discessit: imò etiam domestico ejus usus consortio, operam ipsi suam, famuli & amanuensis functus officio locabat: sperans se vel hac officiosa diligentia perfectam artis cognitionem, quam Doctor iste plenis buccis crepabat, conseqvuturum. Theophrastum itaque

ma-

magna primò cum admiratione,& numerosa sectatorum,etiam eorum qui sapientiæ, & eruditionis ea in arte eximiæ, laude erant celebres, frequentia docentem Oporinus diligenter audivit: & quæ ab Theophrasto germanicè dicebantur (vernacula enim lingua præter morem medicinam docuit) latinè fideliter excepit. Latinæ quidem linguæ cognitionem Theophrastus habebat, ut sæpe affirmabat Oporinus, perexiguam: memoria tamen adeò felici erat præditus, ut integra Galeni loca, memoriter & expeditè recitaret. Ea quæ ex materno sermone convertisset Oporinus, vel non intellecta dictando, aut in lectione confusè excepta, omnia Theophrastus approbabat. Quod quidem Oporinum sæpe dubium fecit, ut imposturæ aliquid subesse, ex tam promto assensu suspicaretur. Egressus cum suis discipulis Theophrastus, ut herbas colligerent: si qua occurreret planta, cujus nomen ignorabat, eam non in usu esse dicebat. Quàm ardens discendi studium in Oporino fuerit, vel hinc cognoscitur: quòd ebrii hominis insanos mores patientissimè pertulerit, ut cum fructu aliquo, tantis molestiis digno, in artis medicæ studio progrederetur.

Hippocratem ferunt, medicinæ discendæ, adeò fuisse studiosum, ut vel retrimenta gustare non dubitarit: morbi materiam, inde exploraturus. Cleanthem quoque, scientiæ desiderio ita exarsisse Laërtius scribit, ut noctu hortulano cuidam, aquas hauriendo (unde & φρεάντης dictus est) quæstum

faceret: quo paupertatem suam sustentare,& interdiu Philosophiæ vacare posset.

Non levior certè ardor discendi in Oporino nostro fuit: nec minor molestiarum sustinendarum invicta tolerantia. Cùm enim Theophrastus contra reliquorum medicorum placita, assereret hominis temperiem non nisi ex urina alcali,hoc est, si quis per triduum omni cibo & potu abstinuisset, cognosci posse: Oporinus se ipsum triduo maceravit: & exiguum quid in phiala Theophrasto adferens,judicium doctoris sui requisivit. At ille ridens,& stultum eum,qui tam facile obtemperasset,vocans,phialam parieti allisit.

Solèbat præterea Theophrastus vino madidus, noctu,stricto gladio per dimidium ferè horæ, cum larvis depugnare: non absque Oporini, qui eodem in conclavi, cubiculari suo lecto latebat, magno metu & periculo: Inde Oporinum ad dictata excipienda excitabat: quæ tàm expeditè recitabantur, ut dæmonum instinctu, ea suggeri Oporinus,se putasse sæpe affirmaret. Et certè plurima ex iis, quæ sunt impressa, Oporini manu scripta sunt: quæ ut erat facilis, istius sectæ hominibus haud gravatè communicavit. Quid quòd compotationibus, quibus doctor iste supra modum delectabatur, non rarò indulgere cogeretur? in quibus tamen non erat perpetuus, cùm ingenii ad litterarum potius culturam, quam commessationes apti, vires, frequentem crapulam non ferrent. Fidem & diligentiam Oporini, ipse Theophrastus prolixè commen-

men-

mendat: ac in quodam libello, ex multis famulis unicum se Oporinum fidelem expertum esse fatetur.

Hoc statu & his moribus biennium ferè Basileæ Theophrastus vixit: quo quidem tempore ita artem suam probavit, ut propter summam felicitatem in desperatis morbis curandis, in magna esset admiratione. Erat ibi Canonicus quidam nobilis à Lichtenfels, deploratæ valetudinis: Eum Theophrastus, pactus precium centum florinorum (quos promtè offerens, numeraturum se summa etiam voluntate Canonicus pollicebatur) tribus Pilulis Laudani sui (medicamenti genus est, quo in extrema tantum necessitate utebatur) saliva subacti, feliciter restituit. Tam brevi spacio, & quidem re ut videbatur exili, sanatus Canonicus, pactis non stetit: Dignus certè, qui longioribus morbi cruciatibus & doloribus torqueretur. In jus igitur Theophrastus ambulat: Ubi cum solita & à magistratu ordinata ac præscripta solutio decerneretur: Theophrastus tàm vile precium suæ arti statui ægrè ferens, importunius in prætorem est invectus, ita ut læsi magistratus pœna metueretur. A quibusdam igitur magnæ authoritatis viris, qui honori ipsius studebant, monitus Theophrastus, ipso etiam Oporino, ut se subduceret, instare non desinente: in Alsatiam descendit, relictis Oporino vasis Chymicis.

Promiſerat Theophraſtus, Laudani conficiendi rationem Oporino ſe traditurum: Qua ſpe pellectus eum in Alſatiam eſt comitatus: & biennium adhuc hominis importunitatem tulit. Tandem impetraturum ſe à magiſtro ſuo, quod cupiebat, diffidens, eum deſeruit: Accelerabat abitum Theophraſti impietas. Vocatus enim à ruſtico ægro, cùm Euchariſtia uſum intelligeret, ſuæ arti jam non locum eſſe apud illum, qui alium auxiliatorem quæreret, (horrendum dictum) ajebat. Quod ſi ex animo ita ſenſit Theophraſtus, quis non blaſphemam hominis impietatem deteſtaretur? Sin autem excuſatione hac uti voluit Theophraſtus, ne prioris felicitatis famam jam morituri exitu corrumperet, ac remedia ſua infamaret: non magis prudens & urbanus fuiſſe videtur, quàm ille, qui mortem metuenti ægro τέθνηκε καὶ πάτροκλος, reſpondit, ὅσπερ σέο πόλλον ἀρείων. Extant quidem ſcripta Theophraſti, quibus magiam approbat: & hominem pium dæmonis, ut latronis opera, uti poſſe aſſerit: Et ſupereſt adhuc Baſileæ D. Vuolfius Vuiſenburgius, qui in publica lectione affirmanti: ſi Dei deficit auxilium, diaboli ſuccedat, contradixit: ſed multis ab eo calumniis oneratus furori hominis ceſſit. Et hæc quidem cauſa diſceſſus Oporini à Theophraſto fuit: Quo relicto Baſileam ad uxoris imperium rediit: laudani portione prius ab illo accepta, qua veluti divina virgula non multo poſt ſervatus fuit. Sumto enim purgandi cauſa, Mercurio præcipitato; rixa cum uxore or-

orta, noctu domo egressus, ad patrem contendit. Hausta in via aqva copiosiore: & qvia pulsandis aedibus, patri dormienti, molestus esse nollet, ad fores assidens frigore oborto, toto corpore, capite inprimis adeo intumuit: ut de vita medici desperarent. Dum ita aliqvandiu decumberet, & qvodam die solus domi in lecto esset, recordatus Oporinus laudani, ad peram, qva continebatur, arrepsit: ac tres pilulas devoravit: ibi somno conseqvuto, reversa è concione uxore, qvae mortuum se inventuram sperabat, tumore sublato, incolumnis evasit. Magno profecto ingenio fuisse Theophrastum medicamenti hujus praesentissimi praestantia demonstrat. Qvod si ad naturae hanc felicem excellentiam, pietatem & politiorem eruditionem adjunxisset, uno Aesculapio, vel Jove (qvalis Menecrates iste) minor, ut his verbis utar, fuisset.

Non multo post Oporini uxor, qva cum octennium vixit, Lucernae obiit; qvo bonorum suorum causa qvotannis ascendebat. Amplam qvidem haereditatem ex facultatibus mortuae conjugis sibi obventurum putabat: tantum tamen abfuit, ut aliqvid obtineret: ut etiam jure rem experturus, fraude affinium non leve damnum fecerit. Docebat eo tempore Graecam lingvam Basileae, magnus ille Grynaeus Heydelberga illuc accersitus. Is Oporinum propter ingenii & morum elegantiam, & Graecae lingvae praestantem cognitionem, plurimum diligebat: & hic vicissim Grynaeum praeceptorem, omni cultus & pietatis studio reverenter observabat. Proprium

hoc bonorum virorum esse solet, ut eorum miseriis vehementer afficiantur: qvi si in promtu esset emergendi facultas Reip. aliqvando ornamento forent: præcipue cum suæ duræ qvondam sortis memores dignum & pium existiment, pro virili sua, aliorum prostratas fortunas sublevare, ac constituere. Subinde igitur Grynæus res Oporini promovere: studia ejus & ingenium aliis commendare: omnibus deniqve humanitatis ac benevolentiæ officiis, honori, & commodo ipsius consulere.

Qvare cum sacram scripturam explicare, authoritate senatus, Grynæus juberetur: effecit, ut in eadem professione, & collegii procuratione, cui antehac præfuerat, sibi Oporinus substitueretur. Ad studia itaqve & secundas nuptias reversus, magna cum laude & auditorum fructu, munere isto scholastico est functus. Mira enim in docendo erat perspicuitas, dexteritas, & erudita facilitas. Plutarchi vitas Græcè scriptas, freqventibus auditoribus, doctè & prudenter enarravit: qvorum pars aliqva Parens meus qvoqve fuit: tum temporis, unà cum illustri Heroe Lazaro à Schvendi, & viro amplissimo Georgio à Steten Augustano, studiorum causa Basileæ vivens. Domum cum suis discipulis, qvos nominavi, & aliis compluribus, reversus Oporinus prælecta, accuratè ab iisdem exigere pro sua erga auditores propensione solebat. Hujus beneficii, qvo nihil majus, nihil sanctius, nihil divinius, discipuli deinceps memores: gratitudinem suam Oporino præceptori luculenter demonstrarunt. Nam ipse Schvendius

dius Oporinum, fatalibus suis ærumnis tantum non oppressum, non semel sublevavit. Par Stetensis fuit liberalitas. Parentis mei in Oporinum studium prædicare nolo, officii mei esse putans, eadem voluntatis promtitudine observantiam debitam præceptoribus meis declarare. Sed ad rem redeat oratio. Collegio præfectus, Erasmo Roterodamo Basileam reduci: ibidem peractæ vitæ catastrophen expectaturo, virum honorarium officii causa offerebat. In mutuum complexum postqvam venirent, & dextras jungerent: Erasmi manum Oporinus, durius compressit: ille, ut erat Chiragricus, se graviter lædi exclamat: Sive seriò sive joco, hoc ab Erasmo, ut in familiaribus congressibus jucundus, humanus, gravis tamen fuisse perhibetur, factum est: constat Oporinum, attonitum obmutuisse. Id animadvertens Erasmus, Oporinum amicè compellat, vinum infundi jubet, & ut animum recipiat hortatur. Consedit cum suo comitatu (qvi ob Erasmi adventum freqvens erat) Oporinus: & semel atqve iterum in orbem redeunte poculo: ad se qvoqve reversus, docta & gravi oratione atqve ipso digna Erasmo Erasmum excepit. Digressi sunt, non absqve mutui amoris fomite: qvo veræ benevolentiæ sanctè cultæ igniculos semper aluerunt.

Hac vitæ conditione biennium ferè Oporinus exegit: cum uxore sumtuosa, tribus matris proluvium imitantibus stipata filiis. Sumtibus tandem qvi censum superabant impar, de academia deserenda cogitabat: præsertim cum nescio qvid controversiæ

Gry-

Grynæo cum Carolostadio de gradibus in schola usitatis, intercessisset. Qvo intempestivo malo moti non pauci Academiam deseruerunt. Cœpit igitur cum affini suo Roberto Vuintero excudere, & aliis rebus neglectis, in hoc totus esse.

Non defuit tum qvoqve crescendi cum dignitate occasio: nisi vis fati in Typographicas difficultates omnino eum abreptum & demersum voluisset.

Academiæ enim præsides de Oporini ingenio ac profectu, multis jam maturæ eruditionis testimoniis editis, probato, insigne & evidens in Rempub. emolumentum sibi polliciti: satis amplos ex Canonicatu D. Petri reditus (qvos facultatum, ut vocant, professoribus, magistratus Basiliensis piè destinavit) ipsi, Juris studium aggressuro obtulerunt. Audiverat Juris doctrinam explicantem Cl. JureconsultumBonifacium Amerbachium, qvem, (licet enim ex ipsius ore hæc dicere) socerum tum certè non sperasset: Et eo doctrinæ genere ob id magis delectatum se esse, dulci recordatione juvenilis studii, dicebat: qvod legum constitutiones, ex fontibus, sacræ scripturæ deductas, Philosophorum saniorum, Platonis nimirum & Aristotelis, rivulis irrigaret. Juris enim & purioris Philosophiæ studia ita concinnaverat Amerbachius, ut & inter Jureconsultos palmam merito suo facilè tulerit: & doctissimis Philosophis haud inferiorem ego eum posuerim. Sed aversatus Oporinus flexibiles illas in utramqve partem casuum disputationes (qvas instituto suo, docens accommodabat Amerbachius) & alioqvi remotum à litibus vitæ genus amans, hanc qvoqve occasionem ita ne-

gle-

glexit: ut si molestiis præsentibus eluctandi spes aliqva fuisset proposita, non invitus eam esset amplexus. Si enim scholæ præsides, singrapha, promissos reditus, qvod petiit, confirmassent, atqve æs alienum jam conflatum acceptis tamen, qvos impresserat cum Vuintero libris, persolvissent, in eorum sententiam, lubens descendisset. Magistratus verò in dubium fidem suam vocari ægrè ferens, suo ipsum & fortunæ arbitrio reliqverunt.

Non esse hominis viam ejus: nec viri dirigere gressus suos, Oporini exemplo conspicuum esse potest.

Nam ut Hercules apud Prodicum, in bivio subsistens, secum utram viam ingrediatur deliberat: Sic Oporinus noster, in omnem occasionem experrectus, pluribus conditionibus propositis, hæsit dubius. Sed tamen nec Medicum, à qvo non alienus erat, nec Jurisprudentiæ, ad qvam honoris spes & ingens opum vis, invitare & allicere debuerat, studium est proseqvutus: Sed Typographicum vitæ genus, qvod nunqvam cogitaret, amplexus: illustri documento fuit Deum Opt. Max. actionum nostrarum & finem & rationem provide ac sapienter regere: eo modo, qvem ad verbi sui propagationem, nominis sui gloriam & nostram salutem, maxime expeditum novit. Vt enim Typographia Oporinum à studiis importune retraxit, intercepto solidioris, magisqve durabilis prosperitatis, qvam attulissent, cursu: Ita eximiam ad Reipub. litterariæ commoda accessionem adjunxit, aliisqve suo damno profuit.

Ple-

Plenis itaqve velis in typographicum mare delatus Oporinus, naufragium primum per Vuinterum fecit: qvi uxoris luxu perditus, præter officinam nihil reliqvit. Hanc tamen à creditoribus, ſeptingentis florinis aliunde mutuo acceptis (precio mercem longè ſuperante) redimere eſt coactus. Ita prius, qvam in herba meſſis eſſet, triſtis hyemis ſævitia, autumno ſuus periit fructus.

His initiis, hoc ære, & antea cùm Vuintero contracto: & tum emta ipſius officina accumulato, Typographicam negociationem cœpit: Subinde verſuram faciens, omni conatu ob pecuniarias difficultates, in nihilum, pejusve relabente:

Non aliter, qvam qvi adverſo vix flumine lembum,
Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit.
Atqve illum in præceps prono rapit alveus anni.

Non enim tantum à parentibus nihil ad eum rediit, ſed pecuniæ numerum haud exiguum, ſexcentos penè florinos excedentem, qvem ab Ludovico Bero Canonico, ſuo à matre affini, jam deſtinatum ſperabat, infortunio qvodam mirabili amiſit. Nam Francofurtum proficiſcens: in hoſpitio Mulbergenſi inſignia gentilitia, Germaniæ more, feneſtræ inſeri curarat. Pictor veritatis imaginem, fucatam Religionem monaſtico habitu indutam calcantis finxit.

Id

Id cum resciviſſet Berus, indignè adeò tulit, ut nomen illius è tabulis eraſerit.

Tantis licet, moleſtiis laboraret Oporinus, nervis omnibus rei benè gerendæ inciſis: nihilominus ingenti animo ærumnas omnes perferre ac ſuperare: & ut eluctari poſſit contendere, inſtitutum in re litteraria juvanda ſuum urgere: doctorum virorum animis ſe inſinuare, cum litterarum crebritate ceu fomento benevolentiam alendo, tum aliis officiis iisdem gratificando. Deſeruerat tum parens ejus artem ſuam, ne idola, & id genus imagines pingeret. Illum Oporinus innumeris graviſſimarum expenſarum moleſtiis, undiqvaqve circumventus, piè aluit, fovit, ſuſtentavit, nihilqve ipſi, qvam diu ſuperfuit, deſieri eſt paſſus: Iisdem pietatis officiis ſorores (matrem enim mature amiſit) proſeqvutus. Duo præcipuè in Typographo ſedulo & provido ſpectantur: alterùm ποιητικὸν, ut exemplaria comparentur & excudantur: alterum μεταβλητικὸν (pars eſt ἐμπορικῆς τέχνης in Sophiſta Platonis) ut eadem impreſſa commodè extrudantur. Et qvidem τῷ μὲν θεοὶ ἄλλο δόσαν (ut Homerus inqvit) τὸ ποιῆσαι ſcilicet, ἄλλο δ᾽ ἀνένευσαν. Nam ut felici diligentia in excudendo uſus eſt: ita ſucceſſu in diſtrahendo prorſus caruit.

Qvod igitur ad primum attinet, omnes hoc libenter conceſſuros ſpero, optima & doctiſſima, cum vetuſtate, tum utilitate veneranda, & magnifacienda ſcripta, ex Oporini officina prodiſſe: Reipub. magis commodo, qvam proprio fructu labores ſuas meti-

en-

entis. Sacra inprimis, in hominum manus cura sua & diligentia pervenire cupiebat: unde à Casparo Bruschio, Palatini jure, datis etiam hac de re codicillis, Dei Opt. Max. notarius contra Antichristum & inferorum portas est nuncupatus.

Oporini certè beneficio Bibliis à Castalione, viro doctissimo & innocentissimo in latinum sermonem conversis, fruimur: qvem etiam Religionis caussa patria extorrem, cum familia satis numerosa, solus diu aluit: ut & plurimis aliis doctis certi subsidii loco semper Oporinus fuit.

Erga operas præterea, qvas librorum impressio postulat, supra facultatum rationem, & modum liberalitatem exercuit: ut earum misertus, non absqve gravi sæpe detrimento, illas ab aliis Typographis nescio qvid incommodi ex infreqventi mercatu metuentibus dimissas, susciperet, ac non rarò, supra qvinqvaginta sustentaret. Qvid inde curarum & anxietatis ad Oporinum redierit, major mea est imbecillitas, qvam ut oratione possim exprimere. Herculeas potius ærumnas sibi qvis optarit, qvam qvotidie cum hoc hominum genere conflictari. Taceo qvod nullum opus, nisi à semetipso correctum lucem viderit. Qvos porro sumtus eam in rem fecerit, jam non attinet dicere. Facilè eos qvivis ex gravissima rei familiaris jactura æstimaverit. Non defuerunt tamen qvi magnificentia sua, ubi ille defecerat, paratissimo ipsi subsidio erant, ac sæpe omni ope destitutum tempestive sublevabant. Digna æterna memoria & prædicatione magnificentia est Cl. & doctis-

ctissimi virorum Ludovici Grempii I. C. ti celeberrimi, Reip. hujus urbis advocati: & Joannis Sturmii Rectoris & præceptoris nostri, omni pietatis studio, perpetuo observandi: qvi debitæ pecuniæ non exiguam summam Oporino mortuo remiserunt. Idem fecit Typographus doctissimus Henricus Petri, qvi qvadringentos florenos in usum Typographicum Oporino suppeditatos, pupillo liberaliter condonavit.

Altera Typographi cura est, ut cum fructu suo, exemplaria impressa distrahat: & laborum sumtuumqve fructum percipiat. Μεταβλητικὴν hanc partem vocavimus. Ea jucunda & larga superati laboris compensatrix, spe præmii: pro variis ærumnis implere mercatores & singulari voluptate solet perfundere. Verum & hîc omnia sibi adversa est expertus. Francofurtum enim qvotiescunqve venit, non aliter, ac si in carnificina torqveretur, foeneratorum injuriis misere exagitatus fuit: adeo ut animi magnitudo & vis, vel hoc calamitatis genere perspicua, laudem, sortis autem atrox asperitas, commiserationem mereatur.

Vulgo qvilibet suæ fortunæ faber dicitur: qvam vere ipsa testatur experientia: eorumqve exempla, qvi duriori aliqvo pressi casu, hominesqve Deosqve accusant: rati vel illorum iniqvitate vel horum permissione, miserias in humanum genus inundare atqve immitti: qvas propria tamen culpa attrahunt, & attractas indiligentia sua cumulant. Incuriam hanc eqvidem, haud facile Oporino nostro tribuerim:

vel etiam vitio duxerim. Negari tamen non potest, rerum eum suarum, nimium fere socordem in hac fuisse parte. Nam & in annotandis nominibus, & accepti atqve expensi codicibus accurate describendis, summa in ipso, genio ejus adversa fuit negligentia: & in sua pro aliis fide interponenda, exponendaqve pecunia, facilitas maxima. Qva qvidem in re, sæpe indignè fuit deceptus: ita ut desiderata debitorum fide, ultra octo millia in *nominibus* parum liqvidis habuerit.

Eo etiam perfidiæ & iniqvitatis qvorundam est progressa malitia, ut neglecta omni pietate, charitate, & honestate: nulla habita boni, æqvive ratione, pro sorte centum florinorum, viginti, imo etiam triginta, usuræ turpissimæ loco ab ipso exegerint: Qvam miseris modis, curarum æstus, & sollicitudo, hinc exorta, Oporinum exercuerit, dici vix potest. Tantum tamen abfuit, ut de pertinaci suo studio aliqvid remitteret, vel laboribus & molestiis succumberet, varietate & magnitudine ærumnarum fractus: ut, qvod Iuno apud Tragicum de Hercule qveritur, superarit & creverit malis, iraqve fortunæ frueretur: in laudes suas ejus vertens odia.

Summum juvandis humanioribus disciplinis studium, & indefessum conatum vel illud Aldinum testatur, qvod instituto suo accommodatum Musæi foribus præfixerat.

Qvisqvis es, rogat te Oporinus, etiam atqve etiam: ut si qvid est, qvod à se velis, perpaucis agas: deinde actutum abeas: nisi tanqvam Hercules de-

fesso

ſeſſo Atlante, veneris ſuppoſiturus humeros. Semper enim erit, qvod & tu agas: & qvotqvot huc attulerint pedes.

Atqve has qvidem difficultates Oporinus eſt perpeſſus, Nonnunqvam tamen eadem ipſa fortuna blandiori vultu, in amicum complexum veluti odio exaturata, libidinisqve ſua ducta pœnitudine, reditura videbatur: dum illum & principum gratiæ: magnorum favori: omnium vero amori & benevolentiæ feliciter inſereret.

Nam ipſe Imperator Ferdinandus, hominis probitatem amplexus, clementiſſime ſe Oporino dedit: & ut merces ejus improfeſſæ Briſaci (oppidum illud eſt ad Rhenum peramœno loco, & natura, & opere munito, ſitum, ubi portorium Auſtriaci colligunt) præterveherentur, benigniſſimè conceſſit. Sed Oporinus, futura compendia vel diſpendia parum diligenter conſiderans, hanc qvoqve neglexit commoditatem.

Palatinus etiam Elector Fridericus, Oporini integritatem, & in excudendo induſtriam admiratus, Heidelbergam eum accerſivit: ubi res ſuas forſan melius ſtabilire potuiſſet: niſi præ natalis ſoli dulcedine maximè opimas conditiones repudiaſſet.

Exſpatiatus erat aliqvando ad Joan. Rodolphum Stoer, abbatem Morbacenſem, negotii cujusdam conficiendi cauſa. Cum admiſſus continuo non eſſet, domum rediit, & ſatis acerbas ad abbatem litteras miſit: qvibus ludibrio ſe & morionis loco haberi, moleſtum ſibi eſſe oſtendebat: ſed qvia ſtulto-

auctus: cum aliqvantulum à perennibus istis ærumnis respirare inciperet, & in portu, omni exemtus periculo Arion navigare videretur: in Oceanum typographicum tunc demum est provectus. Sed qvalemcunqve hanc prosperitatem immaturum conjugis fatum intercepit. Ea enim in Thermas Badenses Helvetiorum profecta, ex doloribus matricis, qvarto conjugii mense Basileam reversa expiravit.

Tunc demum Oporinus gravissimum vulnus accepit. Nam brevi illo tempore, gustum aliqvem conjugalis amoris, fidei, pietatis sensit: & qvid esset in conjugio vivere didicit. Erat ea festivo & commodo ingenio: & opes suas ad publicam litterarum utilitatem non invita cum mariti conatibus conferebat: vel hac promtitudine, fidem suam erga Oporinum demonstratura, & studium promovenda re litteraria unà cum marito comprobatura. Mulctatus itaqve tam acerbè à fortuna: magna tamen animi moderatione & gravitate, mortem suæ Heroissæ (hoc enim eam nomine ob generosam animi probitatem & matronales virtutes, honestabat) tulit. Jam enim freqventibus malis animum obfirmaverat: & non imparatum ærumnis pectus gerere (ut Theseus apud Senecam loqvitur) didicerat.

Catastrophen fabulæ, lætiorem Deus esse voluit. Mœrorem enim ex intempestivo Heroissæ suæ obitu perceptum facilè discussit conjunx qvarta (qvi qvidem qvaternarius, vitæ tum cœlestis, qvam adeptus est: tum prolis susceptæ, indicium statuatur) prudentia moderata, probitate, fide, ac pia in maritum

Oporinus ſenſit: qvo aliqvid mali portendi ad famulum, juxtà cubantem dixit. Delectabatur illa, ut memoravimus, inſolente pecuniæ effuſione: parum ſollicita, qvanto labore, & periculis mediocres etiam opes conſtarent: Aliàs perita artium qvibus indulgentiores mariti capiuntur, & ad obſeqvia uxorum flectuntur. Nam ut Menander dicit,

Ἓν ἐς' ἀληθὲς φίλτρον εὐγνώμων τρόπος:
Τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.

Conſtat rara, vel potius nulla inter eos interceſſiſſe jurgia: dum illa facilitatis mariti non ignara, ingenium ejus blandè tractaret: & continuis Typographiæ laboribus defatigatum ac tantum non oppreſſum, & morum & ſermonis commoda elegantia reficeret: operarum præterea ignava importunitate concitatum prudenter permulceret, ac tempeſtivè leniret.

Defuncta conjuge adminiſtrandæ rei familiaris moles, ipſi ſoli Oporino incumbebat: cui oneri, alioqvi ſexcentis negociis diſtentus, & numeroſa operarum multitudine obrutus, cum ſufficere non poſſet: rebus ſuis ita poſtulantibus & cogentibus: ſemeſtri elapſo, tertiam duxit: Eliſabetham, Eucharii Holzachii F. animi, corporis, & fortunæ dotibus ornatiſſimam matronam, viduam Joannis Hervagii junioris, eodem peſtilentiæ malo extincti. Hujus officina cum Oporini conjuncta, majoribus eum involvit moleſtiis. Nam uxoris beneficio & opibus

Sed nec tum qvidem liqvido, & ob omni parte ſolido gaudio frui licebat. Complures enim moleſtæ & impeditæ curæ ab importunis & malè feriatis hominibus injiciebantur; qvæ cum ſenis animum acerbius ferirent, ac ſauciarent, vitæ tandem finem Oporino attulerunt. Qvinto namqve poſt natum Emmanuelem ſuum menſe ex catarrho, & cephalalgiæ epidemia, cœpit decumbere: cum alioqvi corpore non ægro eſſet. Excepta enim paralyſi, *qva in* itinere ad Vueittmoſeros (qvi mille Joachimicorum præſidio munito Delphino, Arionem, prope jam marinis fluctibus obrutum, è piratarum manibus anno 1558. eripuerunt: ſola Oporini, nomine ſaltem noti fide contenti) fuit affectus, nunqvam aliàs ægrotavit. Vigeſimo poſt die, ſexto nimirum Julii, anni 1568. circa horam nonam antemeridianam, ex hac vita miſeriarum plena placidè exceſſit: ea patientia, qvæ vitæ anteactæ conſentanea, innocentiam, pietatem erga Deum, ac ſenſum futuræ beatitudinis aliqvem probaret & teſtaretur: cum natura multos imperfectæ *κρίσεως* conatus ſuis locis feciſſet. Decimo qvarto decubitus die, ſomno oppreſſus, diu ſupinus jacuit: tandem altè ductis ſuſpiriis, hanc edidit vocem: Benè habet, ſi qvis ita monetur. Interrogatus ab aſtantibus, qvid ſibi hæc vellent, reſpondit: Per ſomnium ſe vidiſſe ſupra lectum horologium automatum ſuſpenſum, horas ſignaſſe, qvibus finitis, pondus illud, qvo moles impellitur, in pectus devolutum, eum excitaſſe: Addidit, dulcem ſe qvaſi concentum ex illa concuſſione percepiſſe.

Elatus est humeris Academiæ, comitatu omnium ordinum honorificentissimo: sepultus in summo templo, in societate clarissimorum virorum, Grynæi, Oecolampadii, Munsteri, & aliorum qui vivacibus ingenii monumentis nominis perpetuitatem sibi pepererunt.

Concionem funebrem habuit, reverendus vir D. Simon Sulcerus, Theologus doctissimus, & puritatis Evangelicæ diligentissimus cultor.

Mortem ejus luctus omnium bonorum consequutus est; nec defuit fœneratorum strepitus, qui & vivum scelerate expilarunt: & mortuo contumeliose insultare non erubuerunt: Cùm tamen iidem ipsi, præter paupertatem patriam: summam erga alios liberalitatem, æris istius alieni non postrema fuerint causa: cujus numerum immanis illa secundæ uxoris prodigalitas, ut dixi, & privignorum profusio auxit.

Hunc vitæ finem, Joannes Oporinus habuit, de studiis nostris optimè meritus: & ob id dignus, cujus memoria, cum virtutis perpetua commendatione omnium bonorum labiis celebretur atque efflorescat. Qualiacunque enim ea fuerint, quæ mortem ejus exceperunt: ejusmodi tamen sunt, ut nec æternam illius beatitudinem, cujus initia jam moriturus percipiebat: nec quam vivus, ex veræ virtutis actionibus habuit, sint interturbatura.

Quin potius, eam speramus fore posteritatis gratitudinem: ut præconiis suis existimationem Oporini sit confirmatura, qui etiam in tanta rei fami-

liaris angustia: ex tam parvis atque exilibus initiis incremento sumto, in curanda Typographia, adeò magnificus esse potuerit.

Gratias verò vobis ago, graviss. & doctiss. auditores: quòd & me de Oporino balbutientem audire tam patienter: & Oporini manibus nobiscum parentare non estis dedignati.

MORTIS IOAN. OPORINI PRAESAGIA

Coelius II. Curio observavit & scripsit.

QVo Die Rachelis Bernardi Brandis ductum est funus, XIIII. ni fallor, Junii M.D.LXVIII. dimissa concione, Oporinus & ego domum simul veniebamus: atque ita ex ejus funeris occasione, de morte sermonem conferre cœpimus. Cùmque dicerem, me postquam morientes tot meos liberos tanta alacritate spectassem, mortem mihi non tam formidabilem videri, atque vulgò existimatur: & omnino me ibi mori didicisse? Hic ille: Et noster Augustinus, inquit, quo animo discessit? Eo inquam, quo in sacram concionem: quo ad sua studia, atque adeò quo esuriens ad mensam venire consueverat: animo sedato, constanti, alacri, dicam etiam, læto, atque hilari vultu, & appetenti simili. Mirum est, inquit, quibus modis Dominus mortis acerbitatem temperet suis: ut satis liqueat eum omnes moriendi acerbitates perferre voluisse, quò

à

à suis eas removeret. Nam quod alios apoplexia repente, ac sine sensu tollit, alios phrenesi ac delirio suavissimo, alios lethargo & stupore quodam attonitos: id Dei bonitate fieri existimo, ut ne cogitare quidem eos de morte velit, tantum abest ut sensum ejus aliquem habeant. Id quod Conrado Lycostheni affini meo accidisse vidimus, cujus pietas eximiàque probitas tibi fuit notissima. In iis verò, in quibus integra mens ad exitum usque constat, tantum beatæ illius vitæ desiderium accendit, ut corporis cruciatus omnes aut contemnant, aut non sentiant. Et quidem ab eo tempore, quo mihi parvulum meum Emmanuelem Deus in hac ingravescente ætate concessit, de hisce rebus mecum sæpe cogitans, hujus me vitæ tædere cœpit, præsertim hoc tempore, in quo nihil auditur præter bonorum cædes, proscriptiones, direptiones, bella, latrocinia, & malorum omnium mare. Rectè, inquam, mi Oporine, & piè cogitas: atque utinam hæc potius è cœlo illo purissimo, quàm ex hac fœdissima colluvie spectaremus. Quod ubi dixissem ad ejus domum pervenimus: ubi ego cùm eum vellem relinquere, nequaquam inquit, sed tecum, mi Cœli, aliquo usque veniam, ut hoc quantumcunque est temporis, tecum insumam: ignarus, quando posthac una futuri simus. Mihi quidem si ita vis, & si tibi molestum non est, inquam, id est gratissimum, ac jucundissimum. atque in hunc modum summum templum versus de iisdem rebus loquentes ibamus: quò ubi ventum est, Videamus, inquit, ubi Augustini

liaris angustia: ex tam parvis atque e[illegible] ar, incremento sumto, in curanda Typ[illegible] sem magnificus esse potuerit. [illegible]

Gratias verò vobis ago, gra[illegible] illam tores: quòd & me de Opor[illegible] ullus: dire tam patienter: & Op[illegible] mis ac- parentare non estis dedi[illegible] illustrare diligentia.

MORT[illegible] jacent. Vir-
OPORI[illegible] cati Brand, quinta [illegible], Castallio, Isingrinius, Coelius, [illegible] tuus. Ego decimus his

QVOD [illegible] ante te mihi ex hac vita ex- [illegible] & in hoc angulo humari, ultra fun[illegible] am pulchrum est vel mortuum in- missa c[illegible] atque pios jacere? Cui ego, uter prior mieb[illegible] it, in Dei sinu repositum est; sed quando- mo[illegible] que id fiat, hic cum meis dulcissimis liberis con- d[illegible] in beatum illum diem volo. His dictis discessi- mus: isque me domum usque meam, qua humani- tate erat, deduxit. Ego verò meis illico hæc, tan- quam mortis ejus præsagia quædam narravi.

CA-

TALOGUS LI-
PER IOANNEM OPO-
rum ſecundum ordinem al-
n, adjecta impreſſio-
forma.

,carmen. 8.
um epiſcopi, & Apoſtolo-
e hiſtoria certaminis Apoſtolici
Africano, cujus ſubinde D. Hiero-
meminit, interprete: cum aliorum
ctorum vitis. fol.

odiæ Prætorii de Juſtificatione, &c. libellus. 8

Abrahami Læſcheri Threnorum ſive Lamentationum Hieremiæ lib. carmine Elegiaco. 8

Ejusdem verſio Commentariorum Pauſaniæ de tota Græcia. fol.

Actii Synceri Sannazarii de partu Virginis libri III.

Ejusdem de morte Chriſti lamentatio. S. Pii poëtæ. Item Eclogæ. 8

Adami Siberi Enchiridion pietatis puerilis, ex diverſis Doctorum monumentis collectum, & diſtinctum libris IIII. 8.

Ejusdem Poëmatum Sacrorum libri XVIII. 8

Ejusdem Pſalterii, ſeu carminum Davidicorum libri V. Catecheſeos libri II. Bellariorum cœleſtium ſeu de conſolatione Chriſtiana, liber I. Idylliæ ſacra. 8

Ada-

An-

Antonii Codri Ecloga. 8

Ant. Flaminii Ode in Psalmos XXX. 8 Pii Poetæ.

Antonii Geraldini Eclogæ. 8

Ant. Lulli Progymnasmata rhetorica. 8

Ant. Majoragii in Aristot. lib. de Cœlo, Ortu & interitu Paraphrasis. fol.

Ejusdem, in Oratorem Ciceronis ad M. Brutum Commentaria. fol.

Ejusdem Reprehensionum libri secundi contra Marium Nizolium: in qvibus multa & varia disputantur, qvæ cum magnam in legendo jucunditatem, tum non mediocrem utilitatem afferre possunt. Item, Recusatio eorum omnium, qvæ Nizolius in Decisionibus ejusdem Majoragii, tanqvam malè posita notavit. 4

Ant. Marii Ecloga. 8

Antonii Nebrissensis in aliqvot S. Scripturæ locos observationes. 8

Antonini Liberalis transformationum congeries, græcè & lat. Guil. Xylandro interprete. 8

Aonii Palearii Orationes, Epistolæ, Poemata. 8

Aonii ejusdem de immortalitate animorum libri III. Pii poetæ. 8.

Apocryphæ aliqvot narrationes de Christo, Maria, cognatione ac familia Christi, Joanne theologo & evangelista, græcolatinè per Mich. Neandrum, unà cum Catechesi Lutheri editæ. 8.

Apollonii Rhodii Argonauticorum Libri IIII. ad verbum latinè versi per Joan. Hartungum. 8.

Apollonii Hiſtoriæ mirabiles, Græcè & latinè, Guil. Xylandro interprete. 8.

Apollonii Tyanæi de Imitatione ſententia, per Joach. Camerarium expreſſa. 4.

Apophthegmata veterum Hebræorum, qvi Prophetarum diſcipuli fuerunt, collecta per Mich. Neandrum: & ejusdem Ebrææ lingvæ Erotematis adjuncta. 8.

Appiani Illyricus græcolatinus, Guil. Xylandro interprete. 8.

Arati Solenſis Phænomena καὶ διοσημεῖα, cum Theonis Scholiis, & Leontii Mechanici περὶ ἀρατείας σφαίρας, Græcè. 4.

Idem Latinè. 4.

Aratoris in Acta Apoſtolorum libri II. 8.

de Arbore ſcientiæ boni & mali libellus, Auguſtino Eleutherio autore.

Archytæ Pythagorei fragmenta Ethica græcolatina, Guil. Cantero interprete 4

Ariſteæ hiſtoria de Septuaginta Bibliorum interpretibus, græcè & latinè, Matth. Garbitio interprete. 8

Ariſtologia Euripidea, & Pindarica, Sententiæ ex Euripide & Pindaro aliisqve Lyricis collectæ, græcolatinè cum Annotationibus, per Michaelem Neandrum. 4 & 8

Ariſtotelis de moribus ad Nicomachum libri X. græcolatinè Dionyſio Lambino interprete: cum ejusdem, & Theodori Zwinggeri Annotationibus. 4

Iidem

Iidem Ethicorum libri Tabulis perpetuis, qvæ Commentariorum loco esse qveant, explicati & illustrati, per Theodorum Zwinggerum. fol.

Aristotelis de Cœlo, item de Ortu & interitu lib. Joach. Perionio interprete. 8

Aristotelis Ethica ad Nicomachum latinè. Joach. Perionio interprete, per N. Grouchium correcta: adjecta eorundem Epitome per Hermolaum Barbarum & Tonstallum. 8

Aristotelis Ethicorum libri X. græcè & latinè ad verbum, per Turnebum. 8

Aristotelis Organum græcè, à Joan. Hospiniano recognitum & emendatum. 8

Idem Latinè, Perionio & Grouchio interpretibus. 8

Aristotelis Physica tota Græcè & Latinè, Perionio & Grouchio interpretibus. 8

Aristotelis Rhetoricorum ad Theodecten libri III. Hermolao Barbaro interprete, cum Danielis Barbari annotationibus. 8

Iidem cum Græco textu capitibus suis distincto, & figuris Aristotelicam methodum indicantibus illustrato, & Commentariis Martini Borhai, & Petri Victorii. fol.

Aristotelis de Virtutibus libellus, græcè & latinè diversis interpretibus. 8

Arithmologia Ethica, Sententiæ Morales certis numeris comprehensæ, & græcolatinè, à Joach. Camerario conversæ. 16

Arnobii Afri in aliqvot Evangelistarum locos Annotatiunculæ. 8

Epi-

Basilii Magni de Grammatica exercitatione libellus, Græcè. 8

Basilii Magni opera latinè. fol.

Basilii Zanchii Bergomatis poematum libri VIII. 8

Ejusdem verborum Latinorum ex variis autoribus Epitome. Item, Verborum qvæ in Marii Nizolii observationibus in Ciceronem desiderantur, Appendix. 8

Bassiani Landi historia corporis humani lib. II. 8

Ejusdem Iatrologia, sive Dialogi duo de universæ artis Medicæ, præcipuè morborum omnium & cognoscendorum & curandorum, absolutiss. methodo. 4

Bauren practica teutsch. per Nic. Vigelium. 8

Beati Rhenani epistola, de Missarum varietate. Item Fragmentum de vita Greg. Magni. 4.

Bernardini Arluni I. C. Patricii Mediolanensis, Historiarum ab origine urbis Mediolanensis, ad nostra usqve tempora, Sectiones tres. fol.

Bernardini Ochini Apologi, wider die Mißbräuch des Babsthumbs/ 4

Blasii Hollerii Annotationes in Hippocrat. lib. de Natura hominis. 8

Bonini Mombritii expositio Theogoniæ Hesiodi, carmine heroico. 8

P. Boqvini κοινωνίας divinæ atqve humanæ Exegesis. 8

Brunonis Seidelii poemata. 8

Ejusdem Tragœdiæ duæ: altera Iephtha, inventionis

Ejusdem. Pasqvillus Extaticus. 8

Cælii Sedulii Mirabilium divinorum, ſive Paſchalis carminis libri IIII. 8

T. Calphurnii Eclogæ. V. 8

Camilli Palæoti Amor, Carmen. 8

Candidi Ariani ad Marium Victorinum rhetorem, de Generatione divina liber. fol.

Canones Conciliorum omnium, ad noſtra usqve tempora, per Joan. Arqverium collecti. *fol.*

Canones diverſarum Miſſarum: qvibus oſtenditur, Canonem, Miſſam, & planè totum iſtud ſacrificium propitiatorium, humanum non divinum inventum eſſe. 4

Canones doctrinæ triangulorum, &c. per Joach. Rheticum. 4

Carionis Chronicon, cum Appendice usqve ad annum LXVI. 16

Caroli Molinæi oratio, de horrenda Eccleſiæ & Politiæ metamorphoſi, &c. 4

Carthaginenſis VI. Synodi hiſtoria, de Primatu ſeu poteſtate Papæ. 4

Catalogus hæreticorum. 8

Catalogus teſtium veritatis, qvi ante noſtra tempora papatus erroribus reſtiterunt, Math. Flacio Illyrico collectore. fol.

Catecheſis Martini Lutheri parva, Græcolatina, à Mich. Neandro poſtremum recognita, & libellorum aliqvot lectu digniſſimorum acceſſione locupletata. 8

Catechiſmus Eccleſiæ Baſilienſis. 8

de

de Catharina Vermilla Pet. Martyris uxore historia. 8

Cebetis Tabula græcè & latinè. 8. & in fol.

Centuriæ Ecclesiasticæ historiæ, autoribus Joan. Vuigando, Math. Flacio, & aliis. à Prima usque ad Vndecimam. fol.

Christiani Theodidacti Aphorismi. Quo pacto ingenui adolescentes formandi sint. 8

Christoph. Corneri in Ciceronis ad Q. fratrem epistolam primam Commentaria, de prætoris & magistratus officio, &c. 8

Ejusdem Methodus inveniendi medium in Syllogismo Categorico. 8

Item, Præfationes duæ in Officia Ciceronis. 8

Christoph. Hegendorphini de Conscribendis epistolis libellus. 8

Ejusdem de instituenda vita, & corrigendis moribus juventutis Parænesis. 8

Christophori Mylæi de scribenda Universitatis rerum historia libri V. naturæ, artium, Reipub. principatuum, doctrinarum atque literatorum hominum ab ipsis primordiis ad nostra usque tempora perbrevem enumerationem comprehendentes. fol.

Ejusdem Theatrum. fol.

Christophori Phreislebii harmonia quatuorEvangelistarum CLXXII. Sermonibus comprehensa. 8

Christus triumphans, comœdia Apocalyptica Ioannis Foxi, & Ejusdem in eundem Panegyricon. 8

Divi Chrisostomi orationes aliquot Græcè & Latinè, nunquam antea editæ, Vito Amerpachio & Martino Cromero interpretibus. 8

In Ciceronis de Somnio Scipionis Fragmentum, Pet. Ioann. Olivarii Scholia. 4

Ciceronis Epistolarum familiarium Clausulæ, exceptæ ac generatim digestæ per Ioan. Gabrielem oratorem Senensem. 8

In Ciceronis locum lib. 2. Officiorum, de causis senatoriis, Leonis Baptistæ Alberti interpretatio. 4

In Ciceronis Officiorum libros Dispositiones aliquot, Cælio Calcagnino autore. 4

Ciceronis Orator ad M. Brutum, cum M. Ant. Majoragii Commentariis. fol.

In Ciceronis Partitiones oratorias Cæl. Sec. Curionis commentarius. 8

Item, Viti Amerpachii expositiones earundem, & præfationis de Opt. genere dicendi. 8

In Ciceronis philosophiam Moralem τὰ κεφάλαια, per Pet. Ioan. Olivarium. 4

Ciceronis Tusculanarum quæstionum libri V. cum Joachimi Camerarii Commentariis & Annotationibus. 4

Clavis scripturæ Sacræ, seu de Sermone sacrarum literarum, Tomi duo: Math. Flacio Illyrico autore. fol.

Claudiani de Raptu Proserpinæ libri III. cum Jani Parrhasii commentario doctissimo. 4.

Claudii Bodini Faustina, Carmen. 8

Cli-

Cor. Valerii Ethicæ, ſive de Moribus philoſophiæ deſcriptio. 8

Cornuti, ſive Phurnuti de natura Deorum gentilium Commentarius græcè & latinè, per Con. Clauſerum. 8

Coropædia, ſive de Sacrarum Virginum inſtitutione: una cum Eudæmonis Macariæ repub. per Gaſp. Stiblinum. 8

Corpus doctrinæ Veteris teſtamenti, per Joanem Vuigandum. 4

Corpus ſive Syntagma doctrinæ Chriſti, & Apoſtolorum, ſive Novi Teſtamenti, per Joan. Vuigandum. 8

Idem Germanicè. 4

Critonis Pythagorici de Prudentia fragmentum græcolat. Guil. Cantero interprete. 4

Cunmanni Flinſpachii Genealogiæ Chriſti & omnium populorum Tabula. fol. Et eadem Libro etiam ſeorſim ab ipſomet edito comprehenſa. fol.

Cydonius de contemnenda morte græcè & latinè. 8

Cyriaci Spangenbergii Tabulæ in V. libros Moſis. fol.

Ejusdem in Joſuam, Judicum, Samuelem, Regum & Paralipomenon libros, item Rutham & Hiobum, Tabulæ. fol.

D.

Danielis Barbari in Ariſt. Rhetorica Annotationes. 8

Dantis Florentini de Monarchia libri III. 8

Definitiones Theologicæ Jacobi Hertelii. 8

De-

Demetrii Chalcocondylæ Erotemata grammaticæ græcæ. 8

Demetrius Phalereus de Elocutione, latinè. 8

Ejusdem præcepta de membris & incisis, de periodis, de componendis epistolis, de characteribus dicendi: Anto. Antimachò interprete. 4

Demosthenis Gnomologia, sive Sententiæ collectaneæ, & Similia in certa virtutum & vitiorum capita digesta, Græcè & Latinè, per Joan. Loinum. 16

Demosthenis orationes omnes, unà cum Aeschinis Orationibus & Epistolis, Latinè, Hieronymo Vuolfio interprete. 8

Detlevi Langebekii in leges aliquot difficiliores, necdum satis intellectas hactenus, novæ Annotationes. 8

De disciplina puerorum, rectèque formandis eorum studiis & moribus diversorum Doctorum opuscula. 8.

Diodori Siculi historiarum libri aliquot, Vincentii Obsopœi opera & studio primùm græcè in lucem editi. 4

Diogenis Cynici Epistolæ, Franc. Aretino interprete. 16

Dionis Cassii Nicæi Romanæ historiæ libri XXV. Guil. Xylandro interprete, cum ejusdem Annotationibus. fol.

Dionis Chrysostomi orationes LXXX. in latinum conversæ per Thomam Naogeorgum. fol.

Dio-

Dionysii Alexand. de Situ orbis, cum Eustachii commentariis, latinè. 8

Dionysii Halicarnass. præcepta de oratione Panegyrica, Nuptiali, Natalitia, & Epithalamiis, Ant. Antimacho interprete. 4

Dionysius Longinus de Sublimi orationis genere, Græcè. 4

Disputatio de Juda Iscariote, an Cœnæ Domini interfuerit, per Joan. Ribittum. 8

Disputatio de Originali peccato & libero arbitrio inter Matthiam Flacium Illyricum & Victorinum Strigelium Vinariæ habita, adjectis ejusdem argumenti aliis etiam libellis. 4

Domitii Brusonii facetiarum & exemplorum libri X. 4

Donati octo partium orationis methodus, ex emendatione Viti Amerpachii unà cum Tabulis. 8

E.

Ecclesiasticus carmine redditus per Joannem Seckerwitz. 8

Ein gründlicher Bericht von dem Leib Christi ꝛc. Thomæ Erasti. 4

Elegantiæ ex Ciceronis Epistolis, Plauto & Terentio, per Georg. Fabricium. 8

Elementa Latinæ linguæ ad usum puerorum Academiæ Dolanæ. 8

Elysii Calentii & Phalaridis epistolæ. 16.

Engelberti Abbatis de ortu & fine Rom. Imperii. 8

Eobani Hessi Eclogæ. 8. Ejusdem versio Iliados Homericæ, carmine Heroico. 8

Epi-

Es-

Esdræ somnium, cum aliis prophetiis, de fatis monarchiæ Romanæ, per Theodorum Bibliandrum. 4

Evangelica historia beati Marci, per Theodorum Bibliandrum Annotationibus Illustrata. 8. cum Protevangelio Jacobi.

Eucharii Sinesii Romulus, Ecloga. 8

Euclides teutsch per Guil. Xylandrum fol.

Euphemus comœdia, Isaaci & Isai: item alia, Ovis perdita, Jacobo Schœppero autore. 8.

Euricii Cordi Eclogæ. 8

Euripides Latinè, ex versione Philippi Melanch. & Xylandri. 8

Euripidis Orestes, tragœdia latino carmine expressa, per Sigismundum Geloum. 8

Euriphami Pythagorici fragmentum de vita, græcolatinum, Guil. Cantero interprete. 4

Eusebius captivus, sive modus procedendi in Curia Romana contra Lutheranos, in quo præcipua Christianæ religionis capita examinantur, per Hieronymum Marium. 8

Eusebii Kirchen-Historia teutsch. fol.

Eustatii archiep. Thessalonicensis Commentaria in Dionysium de situ orbis, latinè. 8

Eustathii Constantinopolitani Antecessoris, de Varia temporum in Jure civili observatione libellus, græcè & latinè, à Simone Schardio conversus. 8

Eustathii Quercetani in Hippocratis de natura hominis lib. Acroamata, sive Commentarius. 8

Ejus-

Ejusdem in tres Galeni libros de Temperamentis Scholia. 8

Eutropii Rom. historiæ Breviarium, cum Annotationibus H. Glareani. 8

F

P. Fausti Andrelini Eclogæ. 8

Ejusdem Epistolæ proverbiales & morales. 16

Felicis Petantii Cancellarii Segniæ, Quibus itineribus Turcæ sint aggrediendi, ad Uladislaum Hungariæ & Bohemiæ regem liber, Alcorano adjunctus. fol.

Florentii Volusani de vera animi tranquillitate carmen. 8 Pii Poëtæ.

Fr. Balduini Commentarius de prudentia Mutiana. 8

Ejusdem Catechesis juris. De pignoribus & hypothecis, &c. Item in leges Voconiam, Falcidiam, Juliam Papiam, Rhodiam, Aquiliam, &c. 8

Ejusdem Justinianus, seu de jure novo libri. IV. 8

Fran. Floridi Sabini adversus Steph. Doletum invectiva, & ad Spiegellium Epistola. 4

Ejusdem in Plauti & Latinæ linguæ calumniatores Apologia.. Item, de Juris Civilis interpretibus liber. De C. Julii Cæsaris præstantia lib. III. Lectionum Succisivarum lib. III. fol.

Friderici Furii Ceriolani Bononia, sive de libris Sacris in vernaculam Linguam transferendis. 8

Ejusdem de Consiliariis libellus, ex Italico in Latinum versus per Simonem Schardium. 8

Francisci Nigri Rhætia, de situ & moribus Rhætorum, Carmen. 4

Fran. Petrarchæ Eccloga. 8

Franc. Philelphi puerilis institutio Hecatosticha. 8. cum Vitruvio Roscio. Ejusdem Satyrarum Hecatostichon Decas prima.

G

In Galeni artem medicinalem, & de Constitutione artis, Tabulæ, per Theodorum Zwingerum. fol.

Galeni libelli aliquot græcè per Joan. Cajum Britan. restituti. 8

In Galeni lib. de Temperamentis Scholia Eusthathii Quercetani. 8.

Galeni trium de Diebus decretoriis librorum Epitome, per Joan. Morisotum. 8

Gasp. Bruschii de Laureaco & episcop. Pataviens. historia. 8

Gaspari Stiblini Coropædia, sive de institutione Sacrarum virginum. 8

Ejusdem, de cæde Episcopi Herbipolensis Carmen heroicum, & Con. Dinnenri Elegia. Ejusdem historiæ descriptio, oratione prosaica. 8

Gemisti Plethonis de gestis Græcorum post pugnam ad Mantinæam libri II. Antonio Antimacho interprete. 4

Ejusdem Explicatio quatuor Virtutum, græcè & latinè, Adolpho Occone Augustano interprete. 8

Genealogiæ Christi & omnium populorum Tabulæ, per Cunmannum Flinspachium. fol.

Georgii Acanthii de Philosophia Platonica libri tres. 8

Ejusdem partitiones Rhetoricæ in libros ad Herennium. 8

Geor-

Hieremiæ prophetæ lamentationes sive Threni, Elegiaco carmine per Abrahamum Lœscherum. 8
Item, per Nic. Asclepium Barbatum. 8
Hieremias tragœdia, ex propheta Hieremia desumpta, per Thomam Naogeorgum. 8
Hieronymi Franci Comment. in Regulas juris. 8
D. Hieronymi institutio puellarum, ad Lætam. 8
Hieronymi Vidæ Christiados libri VI. de vita, rebus gestis ac morte Christi 8. cum piis poëtis.
Hier. Vidæ Eclogæ. 8
Hieronymi Vuolfii Commentaria in M. T. Ciceronis libros de officiis. 4. Item, ejusdem conversiones operum Demosthenis, Isocratis, Arriani & Simplicii in Epictetum: historiarum Zonaræ, Nicetæ, Gregoræ, &c. fol.
Hieronymi Zanchi de Dissidio in cœna Domini, judicium. 8
Hieronymi Vuildebergii totius philosophiæ in Rationalem, Naturalem & Moralem digestio., & Epitome. 8
Hipparchi Pytagorici fragmentum Ethicum græcolatinum, Guil. Cantero interprete. 4
Hippocratis Aphorismi cum Commentariis Leonhard. Fuchsii. 4
Ejusdem Aphorismorum genuina lectio, & fidelis interpretatio, græcolatina, cum Galeni censura in eos omnes qui minus erant absoluti per Joan. Morisotum. 8
Hippocratis Epistolæ, latinè. 16.

Item Stephani dictionarium de Urb… ris locis restitutum, auctum, & La… tum. fol.

H

Heinrichi Bullingeri de fine sec… ro Domini nostri Jesu Ch… nostri hujus seculi corr… qua ratione fiant inno…

Heliodori Aethiopicæ h… meris locis emend… tinè conversi per … lonum. 8

Heinrici Glarea… Cæsarii. 8 … angelion

Heraclides P… …as virginis Ma- & latinè … censura Theodori Bi-

Ejusdem … Justo … esi Lutheri adjectum, per

De Hæ… te… Psalmi aliquot carmine descripti. 8

He… …etarii De dimensione Circuli, De contactu …arum, De constitutione Horoscopi &c. Commentarii. fol.

Ejusdem de Peste compendium. 8

Jacobi Sadoleti de liberis rectè instituendis liber. 8

Jacobus Schecchius de causa continente. 8

Ejusdem conversio Theognidis Sententiarum, carmine. 8

Item Arriani, de dictis Epicteti, &c. 4

...conceptionum in Genesin & Exo-
...fol. Item, Super arbitrio hu-
...a & scripturæ: Ex epistola ad Co-
...de raptu Pauli in tertium
...De solenni festo Paschæ, ad ve-
...iam Judith elucubratio, &
... fol.

...is comprehensæ,
...Epitome quæ-

...veterum Græcorum,
...anorum, ritibus, moribus,

... præstantia, & de Platonis ac Xeno-
...dissensione libellus. 8
...n Medicina, & Medicus. 8
... Pannonii episcopi Qvinqveecclesiensis poëmata recognita & aucta. 8
Iani Parrhasii Commentarius in Claudianum de raptu Proserpinæ. 4
Item, Rhetoricæ compendium. 8
Jesu Syraci liber, qvi Ecclesiasticus dicitur, carmine Elegiaco redditus per Joan. Secervuitzium. 8
Joach. Camerarii Commentarii in Tusc. Qvæst. Ciceronis.
Item, de Imitatione epistola, &c. 4
Item, in Comœdias Plauti ab eo innumeris locis restituti Annotationes.

In Hippocratis lib. de Natura hominis Commentarius Eustathii Quercetani: item Annotationes Blasii Hollerii. 8

Hippodami Thurii de Felicitate sectione, fragmentum graecolatinum, Guil. Cantero interprete. 4

Homeri Ilias ab Eobano Hesso, & Odyssea à Simone Lemnio, Heroico carmine redditae. 8

Homeri opera Graecolatina, ex castigatione Sebastiani Castalionis, & Hen. Stephani. fol.

Hypomnema de fide, observantia, & benevolentia Pontificum Rom. erga Imperatores Germanicos, Simone Schardio collectore.

I

Jacobi Apostoli & fratris Domini Protevangelion de natalibus Jesu Christi & matris virginis Mariae, Sermo historicus, cum censura Theodori Bibliandri. 8

Idem Graecè, Catechesi Lutheri adjectum, per Neandrum. 8

Jacobi Latomi Psalmi aliquot carmine descripti. 8

Jacobi Peletarii De dimensione Circuli, De contactu linearum, De constitutione Horoscopi &c. Commentarii. fol.

Ejusdem de Peste compendium. 8

Jacobi Sadoleti de liberis rectè instituendis liber. 8

Jacobus Schecchius de causa continente. 8

Ejusdem conversio Theognidis Sententiarum, carmine. 8

Item Arriani, de dictis Epicteti, &c. 4

Item in totum Sophoclem Commentarii, unà cum exemplo duplicis conversionis. 8

Item, Eclogæ. 8

Item, Præcepta vitæ puerilis, Præcepta honestatis & decoris puerilis. De gymnasiis sive ludis puerorum, dialogus. 8 De docendi modo.

Ioachimi Rhetici Canon triangulorum. 4

Ioan. à Lasco Epistolæ, de recta & legitima Ecclesiarum bene instituendarum ratione, &c. 8

Ejusdem Purgatio ministrorum in Ecclesiis peregrinis Francofurti, de cœna Dom. 8

Item, Responsio ad Calumnias Ioachimi Westphali. 8

Ioan. Arnolleti Eclogæ. Item, Fides, Spes, Charitas, Threnodia: Argumenta in Aeneida Vergilii. 8

Ioannis Arqverii Dictionarium Biblicum, omnium propriorum nominum Biblicorum ex Patrum sententia interpretationem exhibens. fol.

Ioannis Artopœi Colloqvia. Item, Arbor eruditionis, & in eandem oratio. Item, Apotheosis Minervæ. 8

Ioan. Balæi de Scriptoribus Britanniæ, sive Anglicis, Tomi duo. fol.

Ioan. Bapt. Goynæi, & Ioan. Boccatii Eclogæ 8

Ioan. Brodæi Miscellaneorum libri IIII. 8

Ioan. Cantacuzeni Constantinopolitani Imp. contra Mahometicam superstitionem Christiana & Orthodoxa assertio, libris IIII. Græcè ante annos plus minus CC. scripta: & per Rodolph. Gualterum latinitate donata, & Alcorano adjecta. fol.

Item

Ioan-

Ioannis Rutheni Tabulæ in Linacrum de emendata ſermonis latini ſtructura. fol.

Ioan. Sambuci expoſitio Methodi epiſtolarum conſcribendarum incerti autoris: item ἐπιστολικῶν τύπων Libanii. 8

Ejusdem verſio Concionum aliqvot ex Pædia Cyri Xenophontis, pro tyronibus Græcæ lingvæ, cum orationibus Critiæ & Theramenis, ad uſum Scholarum. Item Oratio, qvod Oratores ante *Poëtas* à pueris cognoſcendi ſint. Item, Poëmata aliqvot.

Item, Hiſtorici appendices ad Ant. Bonfinii Decades rerum Vngaricarum: ut, Expugnatio Temeſuari, Tocaii, Rerum ad Agriam geſtarum narratio: De Ladislao rege, & aliis: Oratio, Epigrammata & Epitaphia, in obitum Ferdinandi Imperatoris Regis Vngarici Carmine deſcripti, &c.

Ioan. Saſceridis, Odarum ſive Carminum ſacrorum libri IX. in qvibus & Pſalterium lyrico carmine verſum. 8

Ioan. Saxonii aſſertio de Gloſſis Accurſanis, Et Bartoli conſimiliumqve doctorum Commentariis: absqve eis Jus Civile, qvale hodie eſt in uſu, intelligi rectè, exerceriqve non poſſe. 8

Ejusdem Commentarius in Ciceronis orationem pro Sex. Roſcio. 8. item Oratio, de utilitate ſtudii dicendi, item, de Obſervandis legib. alia. 8

Ejusdem Commentarioli duo ad Titum Livium de Secundo bello Punico. 8

Ioan. Scheubelii compendium Arithmeticæ. 8

Ioan.

Ioan. Secundi Eclogæ. 8

Ioan. Selnecceri propositiones Physicæ sive librorum Aristot. Physicorum Epitome. 8

Ioan. Spangenbergii Evangeliorum Dominicalium & Epistolarum Tabulæ. fol.

Ioan. Stigelii Eclogæ. 8

Ioan. Stobæi Sententiarum in Locos communes digestarum Epitome, per Conrad. Lycosthenem. 8

Ioannis Stobei Scharffsinniger Sprüche/aus den Schrifften der alten hochgelehrten Griechen zusammen getragen/durch Georgen Frölich/ etc. fol.

Ioan. Tosarrii paraphrases in omnes Prophetas. fol.

Ioan. Trithemii Chronicon Hirsaugiense. fol.

Iannis Vuieri Medicarum observationum liber I. 4

Ejusdem, de Præstigiis dæmonum, incantationibus & veneficiis, libri V. 8

Io. Vuittlingii explicatio Psalmorum Davidis XCIIII. Deus ultionum & CXXX. De profundis, &c. 8

Ioannis Vtenhovii, de Belgarum aliorumqve peregrinorum Ecclesia in Anglia dissipata; simplex & fidelis historia. 8

Ioan. Xyphilini, è Dione compendium, Guil. Blanco interprete. fol.

Jodoci Gastneri in obitum Hen. Glareani, &c. Epicedion, & funebria aliqvot carmina. 4

Jodoci Vuillichii in omnia Vergilii opera Annotationes, partim ab ipso editæ, partim ex ejus reliqviis (ut in libros Aeneidos) per Christoph Cornerum collectæ. 8

&

& Georgicæ, græcè & latinè, Simone Schardio interprete. 8

L

Lælii Taurelli tractatus ad l. Gallus, & Velleam, ad Catonem & Paulum de militiis ex casu. fol.

Laonici Chalcocondylæ de origine & rebus gestis Turcorum libri X. græcè & latinè. fol.

Laurentii Bonicontri Miniatensis, Rerum naturalium & divinarum libri III. heroico carmine conscripti: unà cum Philip. Melanch. Joach. Camerarii, & aliorum Elegiis, de ratione Eclipsium. 4

Laurentii Gambaræ poëmatum libri III.

Laurentii Hunfredi, de Religionis conservatione & reformatione vera: deqve primatu Regum & magistratuum, & obedientia illis, ut summis in terra Christi vicariis præstanda, liber. 8

Ejusdem Optimates, sive de Nobilitate, ejusque antiqva origine, natura, officiis, disciplina, rectaqve ac Christiana institutione libri III. 8

Laurentii Mondanarii Villa, carmine. 8

Laurentii Privæi absolutissimæ in Grammaticam latinam institutiones. 8

Laurentii Rhodomanni Cherusci Arion, sive Narratio de Arione citharœdo Lesbio, Carmen heroicum Græcum & Latinogræcum Vaticinium Nerei, cum Paris Helenam rapuisset. 8

Leonardi Culmanni Testimonia è S. Scriptura & Doctorum scriptis collecta, Qvod Christus sit nostra justitia, item, Qvòd solus Deus per Christum nos justificet. 8

M

M

Macarii Aegyptii Homiliæ qvinqvaginta, græcè & latinè. Ioanne Pico interprete. 8

Maphæi Vegii Laudensis de educatione liberorum, & claris eorum moribus libri VI. Ejusdem vita. 8 De docendi modo.

Marggraue Albrechts von Brandenburg Ausschreyben/etc. fol.

Mariani Scoti Chronicon. fol.

Marii Victorini Afri de Generatione divini Verbi liber confutatorius Candidi Ariani. fol.

Marini Beciohemi Epistolarum scribendarum ratio. 8

Mart. Borrhai Cosmographia. 8

Ejusdem in Aristot. de arte dicendi, siveRhetoricam ad Theodecten Commentarius. fol.

Ejusdem in Aristotelis Politica Annotationes. 8

Mart. Borrhai in Jesaiam prophetam, & Apocalypsin Joannis, Commentarii. fol.

Item in Josuam, Judicum, Ruth, &c. commentarii. fol.

Item, in Moisen Commentarii. fol.

Martini Buceri, Aphorismi de S.S. Cœna Domini. 8

Ejusdem Gratulatio ad regnum Angliæ. 4

Item de Regno Christi libri. II.

de Mart. Buceri vita & obitu, &c. historia. 8

Martini Cromeri de origine & rebus gestis Polonorum libri XXX. postrema autoris recognitione locupletati. fol.

Mat-

Matthæi Judicis Argumenta & rationes, Qvod arguere peccata, seu concionari pœnitentiam, proprium sit Legis, & non Evangelii. 8 Idem Germanicè.

Daß Buß predigen/ das ist die Sünde straffen/ sey des Gesetzes/ und nicht des Evangelii Amt. 4

Matthiæ Castritii de Heroicis virtutibus, memorabilibus factis, dictis & exemplis Principum Germaniæ libri V. 8

Matthiæ Cornacis, Medicæ consultationis Enchiridion. 8

Matth. Flacii Illyrici, Clavis Scripturæ S. sive De sermone Sacrarum literarum, Tomi duo: qvorum priore singularum Phrasium explicatio Alphabetico ordine: posteriore, de ratione tractandi Scripturam S. Regulæ atqve indices continentur. fol.

Ejusdem, cum Victorino Strigelio Disputatio Vinariensis. 4

Ejusdem Flacii, de Materiis scientiarum, & erroribus Philosophiæ in rebus divinis, libellus. 8

Ejusdem de sectis, dissentionibus, confusionibus doctrinæ Papistarum liber. 4

Ejusdem epistola de correctione Canonis Missæ. 4

Ejusdem Paralipomena Dialecticæ. 8

Ejusdem de Voce & re fidei liber, magna accessione auctus.

Item, Historia Carthaginensis VI. Synodi recognita & aucta. 4

Ejusdem refutatio invectivæ Bruni contra Centurias Historiæ Eccles. in qva simul recitantur amplius 100. Historica, maximiqve momenti Papistarum mendacia. 4

Mercurii Morshemii de præsignificationibus Astrologicis libellus. 8

Metopi Pytagorei de Virtute fragmentum græcolatinum, Guil. Cantero interprete. 4

Mich. Beutheri Fastorum libri II. Item, Ephemeris historica. 8

Michaëlis Coccinii, de bellis Italicis liber. 8

Mich. Neandri Erotemata grammaticæ græcæ, cum expositione de celebribus tam veterum qvam nostræ ætatis bibliothecis. 8

Ejusdem Erotemata lingvæ Hebreæ, unà cum veterum Rabinorum de Christo testimoniis: item Apophthegmatis veterum Hebræorum, qvi prophetarum fuerunt discipuli, & præcipuorum librorum variis in lingvis extantium Catalogo. 8

Ejusdem Gnomologia, sive Sententiarum ex diversis autoribus Græcis farrago græcolatina. 8

Ejusdem Tabulæ lingvæ græcæ, adjectis Anthologici græcolatini tomis duobus. 8

Michaëlis Pselli Jambi in vitia & virtutes. Item, Anagoge in Tantalum, Allegoria de Sphinge: Anagoge in Circen, Vlyssem transformare volentem. 8 cum Heraclide.

Michaëli Toxitæ in Rhetoricam ad Herennium Commentarii, ex Scholis Joannis Sturmii. 8

ne Tabulæ, ſive deſcriptionis Græciæ N. Sophiani, libri VII. fol.

Ejusdem, in Græciæ totius diviſionem Tabula. fol.

Nicolai Vallæ expoſitio Heſiodi Operum & dierum, verſu heroico. 8

Nicolai Vigelii Commentariorum juris Annus primus, Secundus, Tertius, Qvartus. 8 Qvintus. fol. Sextus, qvi eſt Digeſtorum pars Prima, de Jure publico. fol.

Ejusdem Methodus de Hæreditatibus & bonorum poſſeſſionibus De legatis & fidei commiſſ. De tutela & cura. In libros Feudorum. Item Ratio judicandi de cauſis forenſibus, unà cum ſubjectis Paradoxis. 8

Ejusdem Methodus Juris univerſi. fol.

Ejusdem Practica forenſis. 8

Nili Theſſalonicenſis archiep. & martyris, de primatu Papæ libellus. 8

Ejusdem Sententiæ aliqvot ſelectiores. 8

Novum Teſtamentum Chriſti Græcè, ex collatione vetuſtiorum codicum, longè qvam antea emendatius excuſum. 16

Idem latinè, conversum à Sebaſt. Caſtalione.

O

De Originibus literarum Tabulæ Guil. Poſtelli. fol.

Orphei poëtæ vetuſtiſſ. opera ad verbum translata, Renato Perdrierio interprete. 8

Othonis Brunfelſii, de diſciplina, & puerorum inſtitutione paræneſis. 8

P.

P

Palæphati poëticarum fabularum explicationes: sive, de non credendis fabulosis narrationibus, græcè & & latinè, Philippo Phasiano interprete. 8

Pandulphi Collenutii Apologi elegantissimi. 8

Paschasii Justi Alea, sive de curanda ludendi in pecuniam cupiditate, libri II.

De passione Domini nostri Jesu Christi, ex diversis autoribus antiquis & recentioribus collecti libri II. per Adamum Siberum. 8

Patrum Theologorum græcorum Sententiæ græcolatinæ selectiores, de plerisque articulis doctrinæ Christianæ, &c. per Mich. Neandrum collectæ. 8

Pauli Æginetæ Enchiridion Medicinæ, Albano Torino interprete. 8

Ejusdem de Facultatibus alimentorum 4. cum Apicio.

Pauli Belmisseri Elegiæ, & Oda. 8

Pauli Cerrati Epithalamion. 8

Pauli Cherleri de Jesu Christi nativitate, passione, resurrectione, & ad cœlos ascensu, & misso & effuso in Apostolos Spiritu S. libri III. Carmine scripti: quibus Quartus accesit, qui Carmina seu Progymnasmata sacra continet. 8

Ejusdem Epitaphia, sive Ecclesiæ & Academiæ Basiliensis luctus, 4

Item, Epithalamion in Joannis Oporini nuptias.

De Pauli Fagii vita & obitu historia. 8

Pauli Jovii Turcicarum rerum Commentarius.

Irem, Ordo ac diſciplina Turcicæ militiæ, cum Alcorano. fol.

Pauli Schalichii Encyclopædia: Item varii argumenti opuſcula eidem conjunctâ, eodem autore. 4

De Pauli III. pont. Rom. morte hiſtoria. 8

Pauſaniæde tota græcia Commentarii græcè, multis in locis caſtigatiores, per Guil. Xylandrum. Et latinè converſi per Abrahamum *Lœſcherum*. fol.

In D. Petri Epiſtolas Annotationes Theodori Bibliandri. 8

De Chriſtiana doctrina D. Petri, &c.

Petri Artopœi vaticinium ſacrum. 8

Petri Bembi Benacus. 8

Petri Curſii Roma, carmine. 8

Petri de Vineis quondam Friderici II. Imp. cancellarii, Epiſtolarum libri VI. quibus res ejus geſtæ memoria dignisſimæ hiſtorica fide deſcribuntur. 8

Petri Joannis Olivarii in Ciceronis de Somnio Scipionis fragmentum Scholia. Item in Cic. philoſophiam Moralem κεφάλαια. 4

Petrii Lotichii Carmen in nuptias Ducis Saxoniæ, &c. 8. Ejusdem Eclogæ. 8

Petri Moſellani Schematum & Troporum Tabulæ. 8

Pet. Pauli Vergerii ſenioris de ingenuis puerorum moribus ac liberalibus ſtudiis liber. 8

Pe-

Petri Rosseti Christus, libri III. Ejusdem Paulus, de apostoli Pauli laboribus libri VI. heroico carm. 8

Petri Victorii Commentarii in Aristot. libros tres de ratione dicendi ad Theodecten. fol.

Phalaridis Epistolæ græcolatinæ, Thoma Naogeorgo interprete. 8

Philaletis Clementis, de Christi Jesu passione, ejusque fructu Oratio. 8

Philiberti Girineti Ecloga. 8

Philippi Melanch. de Corrigendis studiis Sermo. Item, de Studio artium dicendi Oratio. 8

Ejusdem de Locis communibus instituendis ratio. 8

Ejusdem, Elementa doctrinæ Physicæ. 8

Ejusdem Elementorum Rhetorices libri duo, M Crusii Quæstionibus explicati. 8 Item, Epistolæ selectiores à Joan. Manlio collectæ. 8. Evangeliorum Dominicalium enarratio, sive Postilla. 8 Grammatica latina, recognita & aucta. 8 In primam, præcipuam, & difficillimam Oratoriarum partitionum Ciceronis partem Commentarius. 8 cum Saxonio in Orat. pro Sex. Roscio. Item, Loci communes Theologici. 8

Philonis Judæi de Nobilitate liber græcolatinè, Laur. Hunfredo interprete: ejusdem de Nobilitate liber III. adjectus. 8

Phlegontis Tralliani de Olympiis fragmentum. Ejusdem de mirabilibus, & longævis libellus, græcolatinè: Guil. Xylandro interprete. 8

Phocylidis & Pythagoræ poëmata, cum Viti Amerbachii Commentariis. 8

Pho-

Photii patriarchæ Nomocanonus, Hen. Agylæo interprete. 8

Pici Mirandulani & Hermolai Barbari Epistolæ contrariæ, cum Dispositione Philippi Melanthonis. 8

Platinæ de tuenda valetudine, natura rerum, & popinæ scientia libri X. cum Apicio.

Plinius de Viris illustribus cum annotationibus Conradi Lycosthenis. 8

Plutarchi aliquot opuscula, Thom. Naogeorgo interprete. 8

Plutarchi Commentarii duo, Quomodo adolescens Poëtas audire debeat, deque Homeri poësi, græcolatinè, cum Annotationibus Guil. Xylandri. 8

Plutarchi de Consolatione Commentatio, Joan. Leoclavio interprete. 8.

Plutarchi vitæ, Guil. Xylandro interprete. fol.

Poëmata aliquot insignia illustrium Poëtarum recentium. 8

Poli Pythagorei fragmentum de Justitia, græcolatinè, Guil. Cantero interprete. 4

Polyæni Stratagematum, sive de re militari libri VIII. è græco conversi per Justum Vultejum. 8

Ejusdem præfatio, Ant. Antimacho interprete.

Pomponii Gaurici Eclogæ. 8

Pomponii Melæ de situ orbis libri III. cum Petri Olivarii Scholiis, & Hermolai Barbari castigationibus. 8

Prochori (qui unus ex septem ministris fuit, Stephani proto martyris consobrinus) de Joanne

Theo-

Theologo & Evangelista historia Græcolatina. 8

Procli paraphrasis in quatuor Ptolemæi libros de siderum effectionibus græcè, cum Philippi Mel. præfatione. 8

Protestatio quorundam Concionatorum Augustanæ Confessionis, adversus Concilium Tridentinum 4

Protevangelion divi Jacobi, fratris Domini, græcè & latinè. 8

Pselli Mathematica græcè, & lat. Guil. Xylandro interprete. 8

Ptolemæi quadripartitum græcolatinè, Philippo Melanch. interprete. 8

Pyladæ Brixiani Genealogiæ deorum gentilium libri V. carmine. 8 cum Hesiodo.

Pythagoræ aurea carmina cum Annot. Viti Amerpachii. 8

Pythagoræorum quorundam Ethica fragmenta Græcolatina, Guil. Cantero interprete. 4

R

Radulphi Carnotensis de translatione Imperii lib. 8

Regnum Papisticum, Thoma Naogeorgo autore, carmine. 8

Richardi Confutatio Alcorani, Græcè per Demetrium Cydonium conscripta & à Barth. Piceno latinitate donata, ipsique Alcorano adjecta. fol.

Roberti Barns Angli Vitæ pontificum. 8

Rodolphi Agricolæ de Formando studio Epistola. 8

Romæ urbis situs. fol.

S

Chri-

Christiana & Catholica doctrina D. Petri. Explicatio libri Salomonis de Sapientia vera, & Christiana institutione. 8

De legitima vindicatione Christianismi, &c. Antisophisti libri tres. 8

De Summa trinitate & fide Catholica lib. 4

De vita Joannis Marci Evangelistæ, cum Annotationibus. 8

Explicatio Sermonis Domini in monte, de Hominis officio & fine, ac vera beatitudine. 8

Oratio ad Principes Germaniæ de restituenda pace in Imperio Germanico. 4

De mysteriis salutiferæ passionis & mortis Jesu Messiæ expositionis historicæ, libri tres. 4

De fatis monarchiæ Romanæ somnium vaticinum Esdræ explicatum. 4

Ejusdem, Qvomodo legere oporteat sacras Scripturas, præscriptiones Propheticæ, Apostolicæ, Imperatoriæ & Pontificiæ. 8

Compendium doctrinæ Christianæ, ex Augustini libris collectum. 8

Relatio fidelis ad Christianos principes, qvod à solo verbo Dei exacta cognitio præsentium & futurorum temporum, &c. petenda sit. 4

Temporum supputatio, sive Chronicon, Christianis rebus & cognoscendis & explicandis accommodatum. fol.

Theodori Metochytæ Physicorum Aristotelis paraphrasis, Gentiano Herveto interprete.

Theodori Zwinggeri in Aristotelis de Moribus ad

Item,

Vuigandi Orthii, de Andreæ Hyperii vita & obitu Oratio. 8

Vuolfg. Lazii Vienna Austriæ. fol.

Ejusdem Commentaria Reip. Romanæ magna accessione postremum aucta.

Wolffgangi Hungeri Annotationes in Ioan. Cuspiniani Cæsares. fol.

Wolfg. Musculi in D. Pauli ad Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses ambas, & primam ad Timotheum, Epistolas, Commentarii. fol.

X

Xenocratis philosophi Platonici, De contemnenda morte liber, Joan. Dugone interprete. 8

Xenophontis conciones aliqvot ex Pædia Cyri, breviores & selectiores, pro tyronibus Græcæ lingvæ: unà cum orationibus contrariis Critiæ, & Theramenis, versæ per Joan. Sambucum. 8

Ejusdem Symposium, Jano Cornario interprete. 8

Ejusdem Pædia Cyri græcolatinè, cum Annotationibus Andreæ Laubmarii. 8

Xysti Betuleii in Ciceronis lib. de Officiis, Amicitia, & Senectute, Commentarii. 4

Z

Zonaræ, Historiarum ab orbe condito usqve ad sua tempora Tomi tres, græcè & latinè, Hieronymo Wolfio interprete. fol.

Vnà cum multis aliis, qvæ Divina juvante gratia, & vitam nobis prorogante, cum Reip. literariæ ornandæ, tum gloriæ Dei in primis pro virili nostra promovendæ gratia, in lucem dabimus.

FINIS.

AETERNITATI
IOANNES OPORINVS BAS.
TYPOGRAPHVS:
DOCTVS, OPERОSVS,
ELEGANS
LIBRIS INNVMERIS,
VIRTVTVM HAEREDE EX. IV.
CONIVGE, VNICO
RELICTO:
PVB. LACHRIMIS. PRIVATA
PIETATE:
SEXAGENARIO MAIOR;
HEIC CONDITVR.
FRVGIFFR
Autumnus periit.
DIS notus &
orbi
Orthion elapsus
nautis, meditatur
Arion.

Quantula sint hominum corpuscula, disce viator:
Magnus Oporinus conditur hoc tumulo.

LVDOVICVS A ROCHEFORT
Gallus.

Quis sit Oporinus si percontaris, & ipsum
Exiguo hoc claudi marmore posse putas.
Rusticus es, toti cum sit notissimus orbi,
Tota ipsi tumulus terra nec esse queat.

Aliud

Aliud ejusdem.

Hic sita Oporini exuvia, mens astra subivit:
Clarum, hominum lingvis, nomen in orbe manet.

Aliud ejusdem.

Qvi famam aeternam Typica dedit impiger arti:
Aeternum huic nomen Chalcographia dabit.

DE OBITV OPORINI I. SAMBVCVS
Historiographus Cæsareus.

Qvis tua non vidit prali monumenta labores?
Qva minima aut caruit bibliotheca typis?
Ars fuit inventa hac Germanis, laude perenni,
Extulit hinc Aldus perpoliitque rudem.
Perfectam exerces sex & triginta per annos,
Cesaris ut superes nomine, rebus, opes.
At tibi jam emerito pateant cœlestia templa,
In terris semper nomen honosqve vigent.

Ejusdem.

Αἴ, θάνε χαλκογράφων βασιλεὺς, μέγα θαῦμα
πόνοισι,
Θησαυροὺς λιπὼν, τοῦ κλέος οὐράνιον.
Πῶς τιν' Ὀπωρινοῦ θυμὸς περιπίδεστε λάθοιεν
Δώρων οὐ τυπικῶν πάντες ἅπαντα γέμει;

Hieronymi Wolffii.

Πᾶσα ὀπωρινοῦ μνημήϊα βιβλιοθῆκαι:
Σῶμα δὲ κεκμηκὸς σῶμα τόδ' οἷον ἔχει.

GVILHELMVS XYLANDER: EODEM DIE,
qvo obiit Oporinus, Basilea discedens
hæc fecit.

Aurea, non mortalis adivit Oporinus, astra:
Parte sui repetens deteriore solum.

PETRVS PITTHAEVS PARISIENSIS curiæ advocatus.

Prodesse dum vult litteratis omnibus
Remqve ampliare litterariam studet.
Oporinus artis litterariæ decus,
Absumsit omne patrimonium lubens:
Sumsitqve volens undecunqve mutuo.
Aeratus ergo cessit? imò ærarius,
Plures rei ejus debitores cui sient,
Qvos delegare creditoribus qveat.

CAROLVS VTENHOVIVS. F. PATRIcius Gandaviensis.

Lumine si cassis potuit qvi reddere vitam
Nuper Oporinum mors tamen atra tulit.
Heu qvantis tenebris te circumfusa manet Nox
Luce nihil dignum qvi meditaris Homo.
Sol simul occubuit, jubar occuluitqve Coruscum,
Ceu moriens, lucis linqvit in orbe nihil:
At sua Oporinus major post fata resurgens,
Qvo caret hoc aliis donat habere jubar.

Idem.

Qvisqvis Oporinum, fatis cessisse dolebit,
Hic & Oporinum doleat vixisse necesse est:
Qvem vixisse semel, veniens lætabitur ætas.

Εἰς αὐτὸν Ιωάννην Οπωρινὸν.

Ενθάδ' ὀπωρινὲς μείζων Κάδμοιο τέθαπται,
Τεχνοσύνην κάματον, πολυμαθημοσύνη.

Στοιχεῖ-

Στοιχείων μὲν ἔδειξε τύπους Δαναοῖσιν ἐκεῖνος
Πρῶτον, ὅδ᾽ οἷς γραφικοῖς ἐξεχάραξε τύποις.
Μυριάδας βίβλων, ἃς οὔ ποτ᾽ ἂν ὤλεσεν αἰὼν
Λευγαλέος: βίβλοι κρείσσονες εἰσὶ μόρου.

ἄλλο.

Σηκὸς Ὀπωρινοῖο δέμας λάχεν ἄπνοον, αὐτὸς
ἀθάνατοι ψυχὴν ἔλλαχον ἀθάνατον.

Idem.

Εἰς τὼ Ἰωάννα Ὀπωρινὸν καὶ Οἰκολαμπάδιον,
Δισσὰν Ἰωάννην Βασιληΐας αἶα καλύπτει,
Τὸν βροτέου, ζαθέου λαμπάδα τόνδε δόμου.

Hac duo Ioannes capiunt sub mole quietem;
Hic hominum, Diae Lampas at ille domus.

D. IOANNI OPORINO.

Νῦν ἤδη ῥίψας ἐς πόντου βένθος ἑαυτὸν,
Ληστρίδος ἐκ νηὸς, κιθάρης σὺν ἀμύμον᾽ ἀοιδῇ,
Δελφῖνος νώτοις ἐποχεύμενος, ἄτρομος ᾄδων,
Κῦμα μακρὸν διέβη, καὶ τὸν λιμέν᾽ εὗρεν ἀρείων:
Ἄλλων οὐκ ἀλέγων, σώσας δ᾽ ἕως ἐστὶν ἄρειον.
Σοὶ κλεινὴ κεφαλὴ, φίλ᾽ Ὀπωρινὲ, φημ᾽: ὃς ἀρείων
Ἧς νέος ἄλλος ἐν ὀψιγόνοις ἄνδρεσσιν ἄριστος:
ᾠδὰς δ᾽ ἦν ἄσας, κλέος ὧν εἰς οὐρανὸν ἵκει:
Ἀνδράσιν ἠδὲ θεῷ κεχαρισμένα πάντοτε ῥέξας.
Τύνη νῦν ἀφιεὶς, φίλ᾽, ἐδώλια ληστρικὰ κόσμου:
Δεξάμενος μοίρῃσιν πίστει λιγυηχέϊ προφέρων:
Νῶτα φιλανθρώπου περιβὰς δελφῖνος Ἰησοῦ:

Γενναίην ἀναβαλλόμενος, πλέως ἐλπίδος, ᾠδήν:
Κύματα μακρὰ πολυφλοίσβου βιότοιο πέρησας:
Γηθόσυνος κραδίην, μέγα πιστὸν ἐς ὅρμον ἐνέχθης:
Τἄλλα λιπὼν μὲν πάντα, περισχόμενος δ᾽ ἑνὸς οἴου.
Τὶ πλέον ἐκφερέμενον κ᾽ ἐνθένδε δύναιτό τις; ἀρκεῖ,
Τἄλλα λιπεῖν, μεν πάντα, περιέχεσθαι δ᾽ ἑνὸς οἴου.

Martinus Crusius, 29. Iulii
1568. Tybinga.

IDEM LATINE.

In mare projiciens, tandem sese ipse profundum
Ex rate prædonum, cithara cum dulce sonante,
Delphinis tergo vectus, pia carmina pangens,
Vndas præteriit, portumque prehendit Arion:
Cætera non curans, tantùm meliora retentans.
Te caput excellens, ô Arion Oporine, dico:
Nunc homines inter melior non alter Arion:
Dulce diu postquam cecinisti, gloria cujus
Venit ad astra Poli: recreans hominesq; Deumq;
Tu nunc effugiens fera mundi transtra latronum:
Dulcisonaque fide promptus tua fata secutus:
Terga tenens homines Delphinis amantis Iesu:
Atque spei plenus, modulatus carmen amœnum:
Vndisona fluctus vitæ longos superasti:
Lætus es, in portum valde fidumque relatus:
Omnibus abjectis, uno soloque retento,
Amplius hinc quid quis ferat? est satis, omnia post se
Linquere Delphini solius & esse tenacem.

Leonhardus Engelhart. 30. Iulii.
1568.

GEORGIUS FABRICIUS, SCHOLÆ
Misnensis Rector.

Immortale decus tibi donat Oporine virtus
Famaque stellifero, quæ volat alta, polo.
Nam per te Latii libri Graiique leguntur.
Doctrinæque novâ laude revixit, honor.
Clauderis exiguâ, magno sub nomine terra:
Sed claudi tumulo, gloria tanta nequit.
Nam quot habent apices, tua quot monumenta figuras,
Tot meritis par est, reddere grata tuis.

DE IOANNE OPORINO.

Ver, autumnus, hyems redarguebant
Æstatem, quòd Oporino fuisset
Mortis causa, magis sed ipse multo
Autumnus malè ferre, ferre iniquè,
Suum quod sibi Oporinum necasset
Æstus morbida Sirii noverca:
Queis, Tempus, removete, ait, querelas,
Immutabilis hanc Dei voluntas
Olim jam sibi destinarat horam.

P. Melissus Schedius.

Cur Cithara nervos impellere gaudet Arion?
Delphini insistit pes, premit alter humum?
Scilicet indignè jactatus Oporinus alto
Navigat in portu, numine, Christe, tuo.
Sicque vel invitis piratis, liber ab omni
Cura: cœlesti lætitia fruitur.

Car-

Carmina permulcent ratione carentia bruta:
Flectere sed nequeunt cum ratione homines.
Cedite quos auri fames insatiabilis urget:
Elapsa est ipso remige præda, Deo.
Interea toto celebratus Oporinus orbe
Æterna meruit laudis habere decus.

Michaël Gravius.

GENETHLIACA CARMINA IN Immanuelem Oporini jam sexagenarii F. 25. Ian. Anno 1568. natum.

Carolus Vtenhovius.

Ni bonus Immanuel vos respexisset ab alto,
Natus Oporino non foret Immanuel.

Idem græcè.

Εἰ τάχ᾽ ἄρ᾽ ὑψιμέδων οὐχ ἵλαος ἄμμι γένοιτο,
Οὔποτ᾽ ἂν Εμμανουὴλ ἄμμι γένοιτο βροτοῖς,
Καίκεν Οπωρινῷ σοι τετραγάμῳ περ ἐόντι
Οὐκ ἄτερ Εμμανουὴλ, Εμμανουὴλ ποτ᾽ ἔφυ.

In Ariona Oporini Idem.

Cur tuus in solido stat conspiciendus Arion
Littore? Delphini nec pede terga premit?
Admovet Aoniis nec plectra sonantia chordis
Illa sed in nuda figere gaudet humo?
Fallor? an Immanuel pulchra te prole beavit.
Quæ facit in solido stes ut & ipse vado.

IN IOANNIS OPORINI PATRIS, ET

Immanuelis Filii natalem.

Vt patrium celebret natali est natus eodem
E quarta primus conjuge filiolus:
Sit novus Immanuel referat probitate Parentes
Sitque nepos magno dignus Amerbachio.

T. Z.

In diem A. D. IIX. Kal. Februarii.

Verè Fausta dies qua tu Faustina maritum
Fecisti sera sospita prole patrem.
Verè candida lux, autumnis fœta duobus.
Natalis nato lux eademque patri.
Qua decies senis interlabentibus annis
Atque uno reparet nomen Ὀπωρινὸν
Iam ne sub emeritos juvenescis Oporine canos?
Et nova succrescit te genitore domus?
Qua te lux terris, gnatumque tibi dedit, olim
Ornabit raro nomine Ephemerides.
At tu cum Fausta bene faustis conjuge rebus
Vtaris, dulci cumque diu sobole:
Quid non speremus summo duce & auspice Iova?
Præsentis sunt hæc dona stupenda Dei.

Xylandri.

EMMANVELI OPORINO CLARISS. VIRI,

Ioannis Oporini F.

Τηλύγετ' ἐμμανοὴλ πολύλιςε, δέμ' ἐμμανοήλῳ.
Σωσίλεω, τοκέων ἄξιος αὔξαν' ἀεί.

Τη-

Carmina permulcent rationes ex φίλος οὐ
Flectere sed nequeunt cum ...νομίζετ' ἐμὴν.
Cedite quos auri fames ins...ὸς ἀμήχανόν, ἐστιν:
Elapsa est ipso remige...ραὰμ ἔτος ἔθη.
Interea toto celebra...ολύλλιτος: ἢ ποτε πατρὶ
Æterne meruit ...νήσην πολύδακρος ἑῶ.
...πατὴρ εὖ:: ἐμμανουῆλε κράτιστε,
GENET...σωτὴρ ἐμμανουῆλε γένους:
Imm...μετ' ἐμοῦ, συγχωροῖς μοι φίλον υἱόν:
...φρων ποιμὴν ἦ ... σεῖο λεῶ.
...θαλίδη ποτ' ἔδωκας σπέρμα γεραιῷ:
...τοῦ μὴ οἰκοτρίβην χρήματα τοῖο λαβεῖν.
...Ζαχαρίαν κλεινῷ δωρήσαο παιδὶ:
Τοῦ μὴ κήρυκος χριστὸν ἄμοιρον ἴδω.
Νῦν κἀμοὶ τοίνυν δοίης στήριγμα δίμοιο:
Τοῦ μὴ ἀνὰ βάθρου γνησίου ὄντα πεσεῖν.
Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, μήτηρ τε συνήυξατο χρη-στή:
Χρήσιμα γεννᾶσθαι γηραιοῖ βάκτρα πατρὸς
Εὐσεβέων εὐχαῖσι τὰ λάϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.
Φαυστίνης λαμπρὸν φαῦσις ἀνῆψε φάος.
Ἐμμανουὴλ ὕπατος γάρ σ', ἐμμανουῆλε, δέδωκε:
Μνῆμα μεθ' ἡμείων ὄντος ἔχοντα θεοῦ.
Οὔ τινος εἰς ἀρετάς, οἱ φιτύσαντο, ἄγοντες
Αὐξήσουσί σ' ἀεὶ, πνεῦμα ἕως σφὶν ἔῃ.

Τη-

λύγετ' ἐμμανοὴλ πολύλιςε, δ/όμ' ἐμμανοή-
λυ
λεω, τοκέων ἄξιος αὔξαν' ἀεί.

Martinus Crusius, Tybingæ
28. Maji 1568.

Seni Emmanuel, date votis Emmanuelis
Salvifici munus, dignè age cresce tuis.
Nate Seni, quoniam natus, genitor tuus ut jam
A generando procul visus abesse fuit.
Sed nihil est, nequeat genitor quod totius orbis.
Nam genitorem Abraham fecit & ille senem.
Non minus optatus per vota es plurima: patri
Atque Isaac, serò natus & ipse suo.
Orabat multis pater optimus: Emmanuele,
O hominum Soter Emmanuele potens:
Sis mecum, mecum: charum concedito natum:
Vt populo mitis pastor adesse soles.
Olim etiam Thariden fecisti semine patrem
Grandævum: ne ejus verna teneret opes.
Olim Zachariam generosa prole beasti:
Ne præconis egens Christus in orbe foret.
Ergo domus etiam validum mihi suggere fulcrum:
Ne fors nativis postibus orba cadat.
Ista precatus ait: votum bona mater adauxit:
Nascatur patri firma columna seni.
Iustis, non reprobis, contingunt optima: faustam
Faustina accendit fax quoque fausta facem

Τηλυγέτης, ὅτι ἢ γεννήθης, ὡς ὁ φίλος σου
  Τοῦ γεννᾶν γενέτωρ τῆλ' ἐνομίζετ' ἔμεν.
Ἀλλ' οὐδὲν γενέτῃ τοῦ παντὸς ἀμήχανόν, ἐστιν:
  Ἐν γήρᾳ γενετὴρ ἀβραὰμ οὗτος ἔθη.
Οὐδὲν ἔης ἧττον σὺ πολύλλιτος: ἤ ποτε πατρὶ
  Ἰσαὰκ ὀψιγενὴς ἦν πολύευκτος ἐῷ.
Δίσσετο πολλὰ πατὴρ εὖ; ἐμμανουῆλε κράτιστε,
  Τοῦ βροτέου σωτὴρ ἐμμανουῆλε γένους:
Δεῦρ', εἴης μετ' ἐμοῦ, συγχωροῖς μοι φίλον υἱόν:
  Ὡς πρόφρων ποιμὴν εἶ παρὰ σεῖο λεῷ.
Ἤδη καὶ θαρείδῃ ποτ' ἔδωκας σπέρμα γεραιῷ:
  Τοῦ μὴ οἰκοτρίβην χρήματα τοῖο λαβεῖν.
Ἤδη Ζαχαρίαν κλεινῷ δωρήσαο παιδὶ:
  Τοῦ μὴ κήρυκος Χριστὸν ἄμοιρον ἴμεν.
Νῦν κἀμοὶ τοίνυν δοίης στήριγμα διίμοιο:
  Τοῦ μὴ ἂν δὲ βάθρου γνησίου ὄντα πεσεῖν.
Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, μήτηρ τε συνηύξατο χρηστή:
  Χρήσιμα γεννᾶσθαι γήραϊ βάκτρα πατρὸς
Εὐσεβέων εὐχαῖσι τὰ λώϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.
  Φαυστίνης λαμπρὸν φαῦσις ἀνῆψε φάος.
Ἐμμανουὴλ ὕπατος γάρ σ', ἐμμανουῆλε, δέδωκε:
  Μνῆμα μεθ' ἡμείων ὄντος ἔχοντα θεοῦ.
Οὔ τινος εἰς ἀρετὰς, οἱ φιτύσαντο, ἄγοντες
  Αὐξήσουσί σ' ἀεὶ, πνεῦμα ἕως σφὶν ἄῃ.

Τη-

Τηλύγετ᾽ ἐμμανουὴλ πολύλιστε, δλόμ᾽ ἐμμανουή-
λου
Σωσίλεω, τοκέων ἄξιος αὔξαν᾽ ἀεί.

Martinus Crusius, Tybingæ
28. Maji 1568.

Nate Seni Emmanuel, date votis Emmanuelis
Salvifici munus, dignè age cresce tuis.
Nate Seni, quoniam natus, genitor tuus ut jam
A generando procul visus abesse fuit.
Sed nihil est, nequeat genitor quod totius orbis.
Nam genitorem Abraham fecit & ille senem.
Non minus optatus per vota es plurima: patri
Atque Isaac, serò natus & ipse suo.
Orabat multis pater optimus: Emmanuele,
O hominum Soter Emmanuele potens:
Sis mecum, mecum: charum concedito natum:
Vt populo mitis pastor adesse soles.
Olim etiam Tbariden fecisti semine patrem
Grandævum: ne ejus verna teneret opes.
Olim Zachariam generosa prole beasti:
Ne præconis egens Christus in orbe foret.
Ergo domus etiam validum mihi suggere fulcrum:
Ne fors nativis postibus orba cadat.
Ista precatus ait: votum bona mater adauxit:
Nascatur patri firma columna seni.
Iustis, non reprobis, contingunt optima: faustam
Faustina accendit fax quoque fausta facem

Te

Te siquidem Emmanuel dedit, Emmanuele, supremus:
Sis nota præsentis non peritura Dei:
Virtutem ad cujus te deducendo Parentes
Augebunt, donec spiritus ibit eis.
Nate seni Emmanuel date votis Emmanuelis
Salvifici munus, dignè age cresce tuis.

M. Erhardus Cellius Tybingæ.

FINIS.

CAS-

CASSANDRÆ FIDELIS VITA

Jacobo Philippo Tomaſino auctore.

CAſſandra Fidelis femina clariſſima literis humanioribus tempeſtive tradita, non puellaribus ludis, ſed ſtudiorum laboribus teneram ætatem impendit, ut jure inter literarum ornamenta enumeretur, ſummaqve nominis immortalitate ſui ſeculi eruditis atqve optimatibus admirabilis, ſexus ſui decus atqve gloria innotuerit. Cujus laudes cum alii ſolum perſtrinxerint, mihi qvidem illorum, qvi aliqvid ad literas contulerunt, hiſtorias pertexenti, ejus pariter vitam, effigiem, qvæqve hactenus obvia ingenii monumenta, in tam præclaræ virtutis admirationem, fuſius prodere, ab inſtituto minime alienum erit, ut optimo ac pientiſſimo viro Joanni Franciſco Fideli Illuſtriſſimi ac reverendiſſimi M. Antonii Cornelii Epiſcopi pridem Patavini vices digne gerenti, curioſisqve omnibus aliqva ex parte ſatisfiat.

FIDELIUM familia a fide nomen adepta primum Mediolani ortum agnovit, ubi inter cœteras illuſtres Vice-Comitum partes ſecuta opibus viribusqve præcipue floruit: Sed depreſſa Vicecomitum fortuna, auctaqve Turrianorum factione, Fidelis urbe ſubmoti. Qvorum alii Vicecomites cum ſuis familiaribus ſectati, in vicis Modœtia, Sancto Columbano & Vi-

ce-Mercato subsederunt; Alii in Vallibus Bergomensibus secessum qvæsivere; Alii Mantuam perrexerunt, ubi iis veluti in portum receptis, Fidelium domus aliqvamdiu substitit. Senescentibus tandem factionibus, alii Mediolanum redeunt, alii Venetias concesserunt. Utrobiqve hæc familia crevit, Virisqve egregiis inclaruit, cujus initia, & decora Vir Cl. Balthasar Fidelis I. C. ac Muticensis & Modicensis Ecclesiæ Archipresbyter eleganti ad *Cassandram* Epistola cum fuerit prosecutus, inde qvod ad rem nostram in hunc locum retulisse, nec Lectori ingratum, nec ab argumento alienum censui. „ Tuos Majores, Diva Cassandra, ex his qvi Vice-Mercatum coluerunt, genus ducere mihi persvadeo. „ Nam Pater meus octogenario senior a genitore „ suo memoriæ proditum refert, unum ex suis proximis agnatis Venetias emporium inhabitare. Mihi igitur mirum in modum gaudeo, & dum spiritus hos reget artus, gaudebo: qvod his temporibus „ vitam degam, qvibus vivis puella sane rarior Phœnice. Qvid mirabilius? Qvid gloriosius hæc ætas, vel natura edidisse potuit? Sola sufficis æternitati Fidelium.

Ex hac domo Venetiis, fœcundæ ingeniorum matri atqve nutrici benignæ, Cassandra Fidelis lucem debet, Angelo patre optimo Viro lingvarum peritia claro, magnæ apud Viros Principes auctoritatis, Avo & Proavo eruditissimis de qvibus sic ipsa: „ In hoc „ sexu ultronea ab ineunte ætate operam optimarum artium incumbo, ne Abavo & Proavo meis

&

& præclarissimis nostris indigna videar. De cujus nomine illud præteriisse nefas est, variare hic scriptores. Etsi enim eum Sansovino Cassandræ Fidelis fere coævo, Laurentius Herrichius Bononiensis & Petrus Paulus Ribera, Angelum nominant; non defuerunt tamen, qvi in gratiam Vice-Comitum, qvibus adhærebant Fideles, ipsum Johannis nomen assumpsisse tradunt, qvemadmodum ex MSto qvodam de Cassandræ Fidelis origine, ingenio, moribusqve pro sua humanitate submonuit Cl. & Erudit. Vir Franciscus Bernardus Ferrarius. Mater porro ei fuisse perhibetur Barbara ex Leonia Venetorum familia, in cujus sinu opificia puellaria didicit & exercuit. His accessit, ipsius Cassandræ indicio, egregium par Virorum, Nicolaus Francus Antistes Tarvisinus & Joannes Fidelis Philosophus ac Medicus, Cassandræ avunculus. De primo ad Invictissimam Isabellam Siciliæ Reginam sic ipsa Ep. XI. „ Ad „ hoc plurimum præclarissimis facinoribus tuis in„ censa magis ac magis indies accendor, a præstan„ tissimo Tarvisino Antistite, ac summi Pontificis „ Legato dignissimo cui eqvidem sum consangvini„ tate devincta. *Et pressius Ep. IX.* Literas Tarvi„ sino præclarissimo Episcopo Nicolao Franco tuæ „ Celsitudini deditissimo, avunculo meo dedi. De altero Epist. 68. ad qvendam Medicum ita: „ Vetustæ „ benevolentiæ commemoratio perjucunda semper „ esse solet: ejus præsertim, qvæ singularis ac mutua „ fuit inter te ac Avum meum Joannem Fidelem, li„ beralium artium ac Medicinæ peritum. Fratrem

habuit Matthæum; præterea sorores etiam Christinam & Polixenam, ex qva nata est Antonia uxor Benedicti Leonis, qvæ marito filium edidit Paulum, qvi hasce Proaviæ Epistolas in unum redactas V. Cl. Andreæ Frigerio Magno Reip. Venetæ Cancellario destinaverat. Ludovicum Nichetam, Ep. 63. affinem nominat, de qvo nihil hactenus nobis occurrit. Nepotes memorat Sansovinus Vincentium *Fidelem* senatui Veneto à Secretis & Matthæum J.C. causarumqve patronum ea ætate celebrem.

Qvis vero dies ei fuerit natalis, nondum certo liqvet. Conjecturis tamen non infirmis circa Annum Millesimum Qvadringentesimum Sexagesimum Qvintum natam credimus. Mariti enim obitum qverelis proseqvitur Epistol. ad Sum. Pont. Leonem X. Anno 1521. qvam siqvidem omnium *postremam* invenimus; ea procul dubio gravi jam ætate & ipsa auxilii indiga scripta fuit, cum haut verisimile, feminam Cl. si per annos licuisset, ceptum, ut fatetur ipsa, naturæ ductu solenne scribendi commercium penitus intermisisse. Nec ab hac opinione facile recesserim, nisi aliter edoctus, qvandoqvidem historiæ & antiqvitatis notitia Cl. D. Franc. Bernardinus Ferrarius à nobis haut multum se distare, è monumentis vetustis nuper perscripsit. Ingenium mox a felici siderum positu portentosum nacta, & nutrita Musarum lacte, inter Charites *nova* veluti Minerva enituit; ut non minus vere, *qvam* lepide de ipsa Joannes Zabarinus Veronensis *ita* in ejus puerperium luserit:

Gra-

Gratia nascenti nodo copulata sororum
Afficit, atqve ortus est comitata tuos.
Ipsa Jovi placido præfulsit lumine stella,
Et tibi vibranti sidere clara Venus.

Enim vero animo tam eximio sedes data fuit species corporis, eo hospite digna. Apta ei erat & concinna singulorum membrorum dispositio & figura, qvam maxime coloris venustas decorabat. Janitores animi excubabant ocelli ignea visus acie splendentes, qvibus veluti Apollinis filia in Cœlum divinarum contemplatione miraqve discendi cupiditate ad sublimia ferebatur. Animi candorem indicabat vestis nivea, modestiam tænia ex sindone collum molliter ambiens. Adeo iis temporibus nondum virginibus in usum venerant monilia auro & gemmis distincta. Effigies singula non obscure insinuat, qvæ ipsa decimum sextum annum agente Jani Bellini manu prodiit: cui hos ipsa versiculos adscribi voluit:

Calcavi qvæ omnes optant, meliora secuta.
Jam celebris passim docta per ora vagor.
Bellinusqve minor me priscis æmulus arte,
Et vivis studio rettulit effigie.

Hanc Cassandræ indolem supra ætatem ac sexum admiratus Pater, eam diligenti studio erudiendam curavit. Ipsa vero post prima literarum rudimenta Latinam & Græcam lingvam sic excoluit, ut in iis capessendis præcipue parentum desideriis obtemperandum putaret, qvi insignem in ipsa ingenii præstantiam mirabantur. Atqve inter domesticos la-

bores prima his cura fuit, ut perpetuis Magistri colloqviis in bonas literas animus ipsi erigeretur. qvibus tantum profecit, ut vix duodecimum egressa annum Latine sciret. Inde factum, ut disserendi, ac dicendi facultatem brevi fuerit assecuta. qvibus studiis faciliori negotio in naturæ arcana penetravit, adeoqve vastum Philosophiæ pelagus enavigavit; etiam si ea nonnunqvam ingenium incusat præ modestia *alias* felicissimum. Neqve enim has credimus impatientiæ voces. Epist. V. „Conqveror de ingeniolo „ meo. Cur inqvies? Nam vastum Philosophiæ Pe„ lagus ingredi audeam. *Et Epistol. VII.* Irascor „ interdum, qvoniam Aristotelea dogmata a me per„ cipi nolunt, & tanqvam splendidissimum jubar me „ uti ipsam tenebram spernunt, nec liqvet mihi, aut „ eum asseqvi mellifluis verbis, aut eum qvoqve con„ temnere debeam, meqve sua opella mihi non opus „ etiam fingam, etsi absqve ea nihil agam. Omnes vero difficultates discendi avidam qvovis studio ac labore indefesso per ætatem superasse ipsam, hæc ejus verba ibidem testantur: „ Qværis qva cura evigi„ lem? hem qvid audio? qva cura ais? hei mihi, qvæ„ ris qvasi hospes. Nosti miro silentio & tenebris, „ ac assidua diligentia morem meum studiis Peri„ pateticorum adeo addictum, ut me macerem totam. Præceptorem in hoc literarum genere habuit D. Gasparinum S. Theol. Magistrum, virum ea ætate eximium, cujus laudes Ep. XIV. ad M. Stephanum ordinis Servorum Theologum transmisit: „ Hæc „ eadem mihi retulit Præceptor meus tui amantissi-

„ mus

„ mus Frater Gaſparinus Theologiæ Magiſter meri-
„ tiſſimus, ſanctis moribus, ſingulari temperantia, in-
„ credibili conſtantia, divina qvidem virtute prædi-
„ tus. Locus enim laudis in eo augendæ haut eſſe
„ videtur, in qvo jam pridem omnia laudum, virtu-
„ tumqve genera florent, nihil deniqve ad immorta-
„ litatem deeſſe poſſe dijudicandum eſt. Summæ autem in reliqvos Præceptores ſuos pietatis argumento erunt hæ ejus ad amicum verba, Ep. XXXIX.
„ Te precor atqve obteſtor, ut mihi, cui ſæpe multa
„ pollicitus es, ne verbis hoc effectum reddere gra-
„ veris, ut hic Sacerdos & meus olim præceptor, cu-
„ jus doctrina ac mores ita noti, ut teſtimonium per
„ ſe ipſi exhibeant: ex qvo ita ſum ſolicita, ut vitam,
„ ſalvo pudore, pro ejus ſalute effundere non dubita-
„ rem.

Nec ei ſatis erat nuda rerum cognitio, niſi & eam apte cum aliis communicaret. Cujus nimio ſtudio dicendi elegantiam langveſcere vere conqverebatur: „ Neſcio qvo fato veſtigium meæ priſtinæ
„ eloqventiæ ereptum eſſe videatur: Dialectices, Phi-
„ loſophiæqve ſtudia extinxere. Ad Eloqventiam itaqve rediit, qvam non ſine aliqva ſermonis affectatione unice excoluit ea diverſitate, ut nunc plenis velis ſe diffundat, nunc tenui ſinu arctet, maxime tamen in laxum dicendi genus propenſa, præcipue ubi in aliorum laudes effertur: ſermonis etiam floſculos non ſine affectatione, vocumqve licentia ſubtiliter & argute conſectans, qvos in illud ævum feliciter invexit Angelus Politianus Charitum & ſvadæ cor-

culum, Cassandræ amicissimus, & alii Cl. Viri. Hanc historiæ & antiqvitatum notitia exornasse, ostendunt scripta ejus varia eruditione referta. Successit huic studio is ingenii & eloqvii profectus, ut post domesticas coram amicis & agnatis declamationes, insigni gratia, vultus moderatione, dicendi lepore, verborum delectu, scitissime omnes oratoris partes in publico expleverit, ea ingenii laude, ut astantium voces & applausum unanimem reportaret. *Philosophiam* igitur haut leviter aut perfunctorie cum eloqventia conjunxit, sed summa diligentia magnorumqve virorum ejus ætate magisterio. Hinc eæ de rebus ad mores pertinentes digressiones gravissimæ: hinc Dissertationes cum astantium admiratione magna subtilitate in publico susceptæ: ut vere Hypatiam dixerim, qvæ Synesii Epistolis celebrata in schola qvadam Alexandrina publice Philosophiam docuit: diverso tamen ab hac nostra eventu, qvod illa, ut refert Svidas, superstitione Astrologica multorum animos imbuens Cyrilli Episcopi zelo funestum populi furorem experta fuerit: Cassandra vero sobria rerum humanarum contemplatione eam sibi viam paraverit ad rerum Divinarum cognitionem, ut tandem omnia animi studia ad sacras literas converterit. Eqvidem qvam omnis ingenii conatus sine Numinis contemplatione vanus ac irritus est, pio sane instituto, crescente ætate ad sacras literas animum admovit. Hisce autem ita profecit, ut miram earum dulcedinem sese in omni vita percepisse passim ad amicos testetur. Animum etiam seriis in-

intentum musica non raro demulcebat, qvoties id per otium literarium permittebatur. Nec aliis tantum canentibus ad animi solatia libenter aurem præbebat, ut ferventiori affectu in studia raperetur: sed, qvod de ipsa inter exempla illustrium virorum memorat Jo. Baptista Ignatius, citharam summa omnium delectatione tangere freqventer audita est, ea ingenii præcellentia, ut blanda voce versus etiam ex templo numerosos adderet. Qva de re pressius ad ipsam Pamphilus Saxus Poëta Cl. „ Bonis literis Philosophia, Theologia, ac utroqve extemporaneo „ Poëmate, lyra, citharave, & cantu modulis interpolatos sapere mortales facit. Hasce ingenii dotes mire exornabant mores nivei, aperti, & cum modestia svaves ac interdum festivi. Inde Celebri Virginis fama moti advenæ, summiqve viri ad parentis Angeli domum properabant. Qvorum omnium expectationi ita satisfactum fuit, ut ea sui Seculi monstrum, ingenii miraculum audiverit. Illa tamen hisce laudibus, qvarum satis videtur fuisse avida, nihil inflata ceptum studiorum cursum continuans inter suos libellos Museolo vel (ut ejus utar verbis) Gymnasiolo contenta, semper aliqvid meditando ac scribendo cœlestem propemodum vitam inter mortales agebat. Atqve hac via ad immortalitatem, & gloriam toto animi impetu ferebatur, digna sane qvæ præter Sabellicum, Bembum, Saxum, Augurellum, & Ignatium cæterosqve illius ævi celeberrimos Viros virtutis suæ præconem haberet summum his temporibus Oratorem & Poëtam Angelum Poli-

tianum; cujus hæc de ipsa omni laude digna adhuc leguntur in Epist. CI. „ o Decus Italiæ Virgo, qvas „ dicere grates qvasve referre parem, qvod etiam „ honore me tuarum literarum non dedigneris. Mi- „ ra profecto fides, tales proficisci a fœmina (qvid „ autem a femina dico?) imo vero à puella & virgi- „ ne potuisse. Non igitur jam Musas, non Sybil- „ las, non Pythias óbjiciant vetusta nobis secula, non „ suas Pythagorei Philosophantes feminas, non *Di-* „ otimam Socratici, nec Aspasiam, sed nec Poëtrias il- „ las Græca jactent monumenta, Telesillam, Corin- „ nam, Sapho, Aryten, Erinnem, Praxillam, Cleoo- „ bulinam, &c. *Qvibus porro subdit.* Philosophi- „ am sic tenes, ut & defendas acriter qvæstiones pro- „ positas, & impugnes vehementer, adeoqve viris „ concurrere virgo, sic scilicet in Doctrinarum stu- „ dio pulcherrimo, ut non sexus animo, non animus „ pudori, non ingenio pudor officiat. Mirari e- „ qvidem antehac Joannem Picum Mirandulanum „ solebam, qvo nec pulchrior alter mortalium, nec „ in omnibus arbitror doctrinis excellentior. Ecce „ nunc etiam te Cassandra post illum protinus cœpi „ fortasse jam cum illo qvoqve venerari. Tibi vero „ tanta incepta Deus optimus secundet: ut cum re- „ cesseris à parentibus, is auctor contingat, & con- „ sors, qvi sit ista virtute non indignus. Imo Ve- netias potissimum profectus Politianus Cassandræ videndæ causa, qvem eleganti habitu, & politissimis verbis excepit. Audiamus eum Epistol. 88. „ Cum „ Te olim domi visurus salutaturusve venissem,

qva

qua maxime causa profectus Venetias fueram," Tuque Te diutius expectantem habitu quodam" pulchro pulcherrima ipsa quasi nympham de Sil-" vis obtulisses, mox ornatissimis copiosisque ver-" bis, atque ut verissime dicam divinum quoddam" sonantibus compellasses: Ita mihi animus repen-" te (quod te arbitror meminisse) miraculo illo tan-" to & rei novitate obstupuit, ut quod de se ait" Æneas, raris turbatus vocibus hiscerem" vixque illud saltem meam excusare infantiam po-" tuerim.,, Maximam vero temporis partem amicis, summisque Viris impendisse ostendunt frequentes ipsius epistolæ, etiamsi minima pars earum ad nos pervenerit. Nec id dissimulavit ipsa ad Leonem X summum Pontificem ita scribens: Cum a tenella" ætate, Beatissime Pontifex, studiis operam navas-" sem, aut vi astrorum, aut mortalium consilio mi-" hi scribendi munus ad omne genus hominum" sit. &c. Imo literis mittendis ita occupata, ut sæpius Epistol. 50. 63 & alibi conqueratur; Et si non omnibus ad se scribentibus respondere solebat, (ut ejus verbis utar) Epistola XVII. ob literarum impedimenta. Non nunquam etiam Musis non invitis in Pindum Virginem nostram secessisse, satis patet ex Epist. XII. qua amico carmina promittit. Illustrium quoque Virorum Encomia meditatam fuisse, ex Epistola Joannis Bentivoli Anno 1487. ad Cassandram missa, notum est.

Nec solum eruditis Viris, sed Principibus ac Regibus ita fuit grata, ut frequenter ad eos scriberet,

iis-

iisque de rebus feliciter gestis gratularetur, atque ad majorum exempla ipsos incitaret, eorumque Virtutes extolleret. In his præcipui occurrunt Leo X. Pont. Max. eo seculo aureo literatorum Mœcenas magnificentissimus; Ludovicus Galliæ Rex, & præter hos Ferdinandus Hispaniarum Rex. Nec minus ea innotuit Reginæ Ungariæ, Eleonoræ de Aragonia Ducissæ Ferrariæ, Beatrici Ludovici Sfortiæ Conjugi. Reginæ vero Aragonum Isabellæ uxori Regis Ferdinandi adeo placuit, ut ipsam variæ fortunæ blandimentis Anno 1488. Neapolim ad se evocaverit. Nec multum aberat, quin obtemperasset, nisi parentum amor impedivisset, licet Nicolaus Francus Antistes Tarvisinus ejus avunculus & Sum. Pontificis in Hispania legatus, eam adhortaretur. Cujus consilii tanta vis fuit, ut mox ad Reginam sic ipsa: Relinquam propinquos, affines, ac" dulcissimam patriam: hæc omnia prætermittam," ut felicitate jam diu exoptata sub umbra alarum" tuarum perfrui valeam. Superest igitur, ut ea quæ" ad iter meorumque comitum pro Tua prudentia," quando & quomodo agenda sint, disponere ju-" beas. Attamen Anno 1492. sententiam mutasse ex Epist. X. videtur. Accessit Augustini Barbadici Venetorum Ducis auctoritas, qui publico Decreto tam singulare patriæ ornamentum alio traduci vetuit.

Prosequebatur summo amore eandem inter alios magnates, Ludovicus Sfortia Dux Mediolanensis, quam, ut ex Ep. LV. patet, Serenissimo Senatui Ve-

ne-

neto per Oratorem Thadæum commendavit Itemque Gaſpar & Petrus de Aragonia, Principes, JoannesBentivoleusVicecomes deAragonia, Accurtius Maynerius J. C. & Orator Regis Chriſtianisſimi, PaulusFiſcar Comes de Agello. Nec in poſtremis habendi, Maurus Dux Barri & Abbas de Cervato ex Hiſpania, qui hoc Titulo ad eam ſcribens uſus eſt: Tui nominis & amator & preco Abbas &c. Ferebatur etiam in oculis inter alios à magnis Viris Sigismundo & Franciſco Gonzaga, a Magiſtro notitiæ S. Jo. Hieroſolymitani Petro Buſonio, a quo ea, ut Seculi decus, ſplendor, miraculum extollitur.

Aliis quam fuerit grata, manifeſtius eſt quam ut hic repetam. Equidem ad noſtram memoriam pervenit, ipſam amicitiæ jus coluiſſe, cum Leonico Thomeo in GymnaſioPatavino GrææLinguæ Profeſſore, cui de dono Philoſophico gratias egit Ep.III. Cum Calphurnio pariter, quem Eloquentiæ lumen appellat, cum Hieronymo & Andrea Campagnola; Arnulpho Aſculano, Philomuſo Piſaurenſi Claro Poëta, cujus eruditionem deprædicat; cum Hieronymo Bentacordo Veronenſi, & Hieronymo Brojanico, cumBernardo Pino, & Michaële Angelo Florentino. Fuit & Caſſandra noſtra neceſſitudine conjuncta Cl. Viris Georgio Vallæ, Benedicto Miſſolo Pagano J. C. & Equiti, Sum. Pont. domeſtico, Galeoto Martio Narnienſi Militi & Philoſopho; itemque Benedicto; Gaſpari Sanſeverino Concionatori celeberrimo, Bartholomæo Scalæ Florentino bonarum literarum Profeſſore, & Alexandræ Sca-

læ ejus filiæ, quæ literis humanioribus instructa Marullo doctissimo viro uxor contigit. Bonifacio item Bembo Brixiensi, quem virtutum decus appellat. Eam cum Ambrosio Miches Dalmantino quoque summopere coluerunt Poëtæ Cl. Jo. Aurelius Augurellus, Pamphilus Saxus, Lepidus Pierius de Antiquis, Jo. Antonius Zabarinus, & Jo. Baptista Schyta, Ludovicus Scledeus Vicentinus Philosophorum & Medicorum Patavini Gymnasii eo ipso anno Rector, quo Cassandra publice disputaverat & oraverat, & Angelus Tancredus, Franciscus Niger Venetus, Franciscus Marinus Estensis Collegii Artistarum & Medicorum Prior, literis & prolixis carminibus ipsam, non secus ac Aurelius Bienatus Episcopus Martorai concelebrarunt. Mirum enim quam ex oratione celebri habita Patavii Cassandra toti literato orbi inclaruerit. Quod mihi in Gymnasii nostri initia & progressus sedulo inquirenti posteris minime occultandum erit.

Sereniss. Venetiarum Duces, Senatores, Oratores, ei summopere faventes, aliosque fere innumeros prætermitto, quibus cum amicitiæ fœdere, dum valuit, scribendi commercium diligenter continuavit. Verum neque inter privatos limites coarctari voluit animus magna spirans, ut non etiam in lucem publicam suum proferret ingenium. Servatoris nempe Nativitatem fidelibus salutarem coram Principe Veneto populoque universo diserta oratione celebravit. Alteram orationem habuit de literarum laudibus coram Serenissimo Augu-

Augusti-

ſtina Barbadico Duce, cui tunc aderant Legati Bergomenſes: qui poſtea eam non modo Venetiis inviſebant, verum literis officioſisſimis etiam Bergomo ulterius affectum declararunt, ut ex Ep. XCI patet, iisque de honorifico judicio gratias egit Epiſt. ſequent. Sed & Anno reparatæ ſalutis MCCCCLXXXVII. in Gymnaſio Patavino pro Bertuccio Lamberto ſuo conſanguineo Canonico Concordienſi liberalium artium inſignia ſuſcipiente, ex more tunc recepto, magno conceſſu oravit, quam orationem Divæ Caſſandræ Fidelis Virginis Venetæ inſcriptione typis tunc editam, hodieque legimus. Neque eam Eruditiſſ. Riccobonus in Gymnaſii Patavini hiſtoria præteriit in hæc verba:

Anno 1487. cum maxima ſua laude, ac prope in„credibili omnium cum admiratione audita eſt Cas„ſandra Fidelis, Virgo Veneta in Gymnaſio Patavi„no pro Alberto Lamberto Canonico Concordien„ſi, conſanguineo ſuo, Philoſophiæ inſignia ſuſci„piente, luculentisſimam, quæ edita eſt, habens ora„tionem. Ad eandem tanquam ad literatiſſ. Vir„ginem extat Epiſtola Angeli Politiani in Libro III „Epiſtolarum, eam tanquam decus Italiæ celebrantis.

Quantum vero Philoſophicis diſſertationibus valuerit ipſa prodidit Epiſtola XCVIIII. Patavii præ-“ſertim celeberrima urbe ſtudiorum florentisſima,“ cum audiendo, tum ſciſcitando, ac percunctan-“do, quot hiſce meæ concioni, ac diſputationi inter-“fuiſſent, mihi ac peroranti, ac diſputanti faviſſent,“

tri-

„triduum & quatriduum me a pluteolo non *modo*
„a literis removere. Idem teſtati ſunt Angelus
Tancredus Lucanus ad Caſſandram ſcribens: Aut
„Diva es certe Virgo, quando minime vox homi-
„nem ſonat, aut Nympharum ſanguinis una &c.
„Quis dubitat utrum ſcriptores faverint, aut invide-
„rint, ſitque eis referentibus paſſim fides adhiben-
„da? Te veroglorioſiſſime orantem, diſputantem-
„que in hæc Antenorea artium Liberalium *Palæſtra*
„philoſophantes cum ſumma attentione, ut ad mi-
„raculum usque procederet, intuemur. Ut &
hinc natam credamus famam, quod ea e publico
ſuggeſtu Patavii docuerit, cujus rei nulla eſt certa,
quæ id ſuadet, memoria. Nolo tamen id ei tribue-
re, quod ſexus negavit; quicquid magnæ auctori-
tatis viri Sanſovinus & alii de hac re aſſeruerint. *ut*
merito admirari liceat in eam opinionem veniſſe
non nullos, quod Veneti Patres Cathedram ei in Pa-
tavino Gymnaſio demandarint, eamque per plures
annos obtinuiſſe, auditamque fuiſſe cum ſilentio in-
terdum, interdum cum fauſtis acclamationibus, ma-
gno ſemper ſtudioſæ juventutis & Collegarum
Academicorum concurſu.

Quanquam non ignorem ex Italis mulieribus
publice auditam in Germania Fulviam Olympiam;
Bononiæ Gozzandinam, cujus effigiem in ſuo Mu-
ſeo ſervat nobiliſſimus Eques a puteo, omnis ele-
gantiæ & eruditionis cultor eximius. Equidem *mi-*
rata fuit noſtra ætas Veſtoniam Anglam, Rudol-
pho II. Imperatori Muſarum Patrono incompara-
bi-

bili caram, ob eruditi carminis facilitatem, cujus Poëmata non ſine ſale alicubi legimus. Vidimus etiam in Bibliotheca amici noſtri eruditiſſimi Viri Joh. Rhodii verſus non inelegantes Olympiæ Germanæ manu exaratos. Lucretiæ Marinellæ rarum ingenium agnoſcit hodie urbs Veneta, quæ ſui ſexus laudes ſingulari libello proſecuta, apud eruditos felicis Caſſandræ æmula cenſetur. Mitto alias, de quibus alicubi opportunior dicendi locus erit. Sed nec Caſſandræ maturior ætas eloquentiæ vigorem minuit, qua Matronis nobilibus in Bucentauro juncta Bonam Fortiam Sarmatorum Reginam Venetias appellentem eleganter excepit; quemadmodum ſuo loco ex ipſius oratione erit perſpicuum. Reginæ autem tantopere placuit, ut torquem aureum cuidam ex ſuis virginibus ademtum, eximio benevolentiæ argumento Caſſandræ injecerit. Ipſa vero, ut in commentarios retulerat Balthaſar Leonius, poſtero die Duci Franciſco Venerio & Senatui munus illud obtulit Imperii ſublimitati convenientius, quam ſibi, cui in omni vita aurum vile fuerat.

Hac ingenii fama cum inclaruiſſet Virgo lectiſſima, varii non infimi nominis Viri ejus matrimonium affectabant. In quorum numero præ cæteris patri ejus maxime placuit Ioh. Maria Mapellius Vicentinus eruditione & medendi ſcientia clarus, cui filiam unice ſibi caram digne locaret. Ipſa vero literarum amore quamvis vitæ ſolitariæ addictior videretur, pro ſua tamen pietate a parentis conſilio diſcedere noluit, ut graviori ipſius ætati, ſimulque rei familiari conſuleret. Huic igitur con-

jugio ſocitata variam quidem experta fuit fortunam, ſed eam magna animi conſtantia ſuperavit. Venetiis maritum ſecuta in Cretam Inſulam ad Rhitymna (hodie Rhetimii) navigavit, quo ille publico honorario medendi cauſa accerſebatur. Vidit ibi Caſſandra quicquid ob raritatem memoria dignum erat, veterum monumenta diligenter luſtravit, nec quicquam intermiſit, quod ingenium oblectare poſſet: reliquum vitæ cum conjuge magna ex parte eruditis colloquiis tranſigebat. Hic ubi aliquamdiu moram tranſegiſſent, Venetias dum reditum parant, eo itinere adverſam maris fortunam experti, cum inſigni rei familiaris detrimento varie jactati multa paſſi ſunt. Dei tamen benignitate patriæ tandem reſtitutus cum uxore Mapellius in urbe Veneta artem Medicam ſumma cum laude exercuit. Interea Caſſandra in eruditionis ſtudio, & amicis colendis ſuo more pergebat. Verum, quæ ſortis humanæ inconſtantia, Mapellius poſtquam paucos annos cum uxore feliciter, integre, & ſine querela, quamvis ſine prolis felicitate exegiſſet, florentibus annis febre correptus magno omnium, imprimis vero Caſſandræ, dolore humanis rebus exceſſit. Cujus fatum infelix conjux non modo lacrymis longo tempore proſequebatur, ſed cineribus deſiderati conjugis etiam perpetuo cœlibatu teſtari voluit. Kalendis Maji Anni reparatæ ſalutis 1521. *id* contigiſſe ſignificat Epiſtola ad Leonem X. Sum. Pontif. conſcripta, qua in illa fortunæ acerbitate ſubſidium imploratur a ſummo literarum Mœcenate.
„ Kalendis Maji Sanctiſſ. Pontifex Vir meus

mihi

mihi vita ipsa carior è vita digressus eo me dolore" affecit, ut nisi inter assiduas lacrymas, suspiria, eju-" latus versari delector. Heu quam intempestive," quam immature, cujus obitu factum est, ut mortua" ipsa inter vivos degam. Ea enim probitate, reli-" gione, & doctrina pollebat, ut ejusmodi viro orba-" ta nullam vitam mihi relictam putem. In qua ca-" lamitate mihi Tuo præsidio necesse, ut sub umbra" alarum Tuarum me protegas. Humiliter itaque de-" positis genibus, supplex tuam benignissimam san-" ctitatem oro, ut cum multæ innumerabiles potius" in tua domo mansiones sint, quippe in cujus omnia" sunt potestate collocata, aliquid ejusmodi mihi," meisque, quorum numerus quidem numerosissi-" mus est, contribuas, ut vitæ saltem, si minus digni-" tati consulere possimus."

Atque hanc conjugis orbitatem contra adversæ sortis insultus, ea constantia supra sexum sustinuit, ut verbis plane masculis sic ad Ludovicum Sfortiam: Etsi mihi dolendum sit fortunam mecum luctari" statuisse, eam tamen pedibus prosternam."

Qua vero animi moderatione porro vitam duxerit, integræ narrationi vix longa historia sufficeret. Satis sit ea perstringere, quæ fidis testibus ac monumentis in ea temporis distantia ad nos pervenerunt. Constat enim magna animi integritate, præclaro virtutum & disciplinarum splendore, eam ita feliciter vixisse, ut omne vivendi institutum non modo non esset sanctimoniæ plenum, sed nominis quoque sui celebritatem augeret.

Annos jam fere LVI attigisse videtur, quando ma-

maritum amisit. Reliquos annos præcipue privata veterum Philosophorum, ac imprimis historiarum lectione consumsi, tcum ea ætas non abundaret librorum copia, qua nunc sæpe bona ingenia onerantur ne dicam obruuntur. Recentiores tamen non neglexit, eos potissimum, qui animum civili prudentia, & mentem exemplis ad virtutem excitabant. Inter eos præ reliquis quanti fecerit Guilielmi Caorsini de bello Rhodio Historiam, *abunde* testata est in hanc sententiam, ad illustrissimum Principem Petrum Busonium Ordinis & Militiæ S. Jo. „Hierosolymitani Magistrum: Quæ omnia Guilielmus Caorsinus tuus elegantissima complexus est „historia, dignus sane cum perspicua rerum fide, „tum sermonis candore, & elegantia, qui inter ve„teres potius, quam recentes reponatur scriptores, „dignus & Tu, qui a tanto celebreris homine. Confirmat idem egregium ipsius de Sabellico judicium, „qui suam ei legendam tradidit historiam: Enneа„das Tuas, Vir doctissime, cito quidem abs te accepi, „quando aliquando accepi, nec mora illa accusanda „quæ excusanda est, quando tantum opus tantum „monumentum emissum est, quod qui repetat, ætа„tem hominis, qui id condiderit, longissimam putet. „Legi in eo quidem multa, sed non ideo legi, ut ju„dicarem, id enim alium judicem quærens majus ju„cio meo est. Si tantum quid sentiam quæris, *ni*„hil utilius, nihil speciosius, nihil absolutius factum „ætate nostra puto. Cum antiquis id certare dice„rem, nisi vererer ne assentatione magis quam quod „ita sentirem dici suspicareris. Quod vero dignum

me

me duxeris, cui rem tantam crederes, tantum tibi debeo, qvantum res eo volumine per te commendatæ tibi sunt debituræ. Græcarum qvoq; literarum non plane nullum in ipsius Epistolis indicium occurrit. Post hæc, vigente adhuc animo in corpore senili, mutuis officiis continuo occupatam aliqvid posteritati reliqvisse, dubium est, præter libellum de scientiarum ordine, cujus crebra in Epistolis mentio. Dolendum vero extremum illud judicii tam consummati monumentum, fortunam posteritati invidisse. Jam enim octoginta annis pene superatis illud Typographo commiserat, cujus procrastinatione Cassandræ ad urgendas operas præ ætate minus aptæ consilium fuit impeditum. De hoc libello plurimi mentionem faciunt. Sansovini illis temporibus verba in nostræ Cassandræ encomium minime prætermittam: sub Principe Augustino Barbadico LXIII.
„ Cassandra Fedele figliuola di Angelo doctissimo
„ nelle lingve, e nelle scientiè, tesse in Padoua, & di-
„ sputò in Theologia co' primi huomini dell' età sua.
„ Cantò all improviso versi latini, & scrisse un libro
„ con titolo, De scientiarum ordine, nel qval com-
„ memora la sette dei Filosofi. Ccmpose anco di-
„ verse Epistole Latine: onde fù celebrata dal Pico,
„ dal Politiano, dal Barbaro, e da tutti i dotti del
„ tempo suo. Orationes alias habuisse non negaverim qvidem, cum tot annos vixerit, nolo tamen ei temere qvicqvam tribuere, qvod e bonæ fidei scriptoribus aut ex ipsiusmet Epistolis non percepi. Credibile potius est, extremos annos partim pietatis studio, partim amicis & advenis ad eam convolantibus

multum tribuisse. Certum est enim non min9 ad eam invisendam qvam ad Livium nostrum Patavinum olim, ab ultimis orbis partibus confluxisse plurimos, qvi sui seculi ornamentum, sexus miraculum, & ingenii monstrum deprædicabant. Imo qvidam, ut ex Ep. CII. liqvet, se felices existimabant, qvod Cassandræ seculo orti essent. Ipsa vero omnes ac singulos humanitate, & alacritate ingenio suo digna excipiebat. Anno suæ ætatis nonagesimo Sacrarum Virginum xenodochio S. Dominici Venetiis a Majoribus præficitur, ut sua prudentia loco tam pio præesset. qvod qvidem per annos XII. recte peregisse, ex monumentis publicis accepimus, & ex Francisco Sansovino illius ætati proximo, L. 1. de rebus Venetis; „ De Sacra Æde S. Dominici: Allo spedale di qvesta „ Chiesa era preposta al governa giadieci anni sono, qvella Cassandra Fedele, che essendo famosa per „ molte scientie nella giouentù sua, fù riuerita dal Politiano, da Hermolao Barbaro, dall Sabellico, e da „ molti altri Scrittori, che ne fecessero honorato ricordo, ne loro scritti, e fù sepelita in qvesta Chiesa.

Debitæ tandem pietatis memoria secum perpendens instare fatalem omnibus emigrandi necessitatem, cum se fortiter longis meditationibus ad eam munivisset, centesimum annum superans deficientibus sensim corpusculi viribus, mente integra, qvod debuit naturæ exolvit. Funus ad S. Dominicum celebri pompa elatum: feretrum consvetudine Doctoribus recepta undeqvaqve assidui vitæ Comites libri adornabant: Sacrum caput cingebat Laurus æternum virtutis symbolum, qvam mirata non sine lacrymis uni-

versa civitas ad exeqvias confluxit. Monumentum hic ipsi erectum fuisse novimus, sed cujus post refectam ædis structuram nullum hodie vestigium extat. Ejus tamen celebritati nihil detraxit hæc jactura, qvam supplevit diligens posteritatis pietas, cui vivam effigiem, cum annum ageret decimum sextum, artificiosa celeberrimi pictoris Joannis Bellini manu ductam, præter hæc pauca ipsius ingenii monumenta grati debemus. Eam domi suæ servabat Andreas Frigerius qvondam Venetorum magnus Cancellarius, ex qva aliam marmore sculptam habuere Leo & Paulus Leonii fratres, Cassandræ ex matre pronepotes. Ad qvos protypus post eorum obitum pervenerit, hactenus scire non licuit. Georgio Rhaguseo Philosopho eximio communicatum fuit illud exemplum, qvod nunc ex meo Museo hic conspicitur. Aliam cæteris diligentiorem Venetiis inviso Curiæ incendio Ao. 1574. 20. Decemb. cum effigie Reginæ Cypri Catharinæ, & Biancæ Magni Ducis Florentiæ uxoris absumtum, suis ad me monuit Lucretia Marinella Veneta Matrona variis ingenii monumentis atqve inprimis carminis felicitate clarissima, cujus frater Curtius commentatione Hippocratica celebris eam se subinde magna animi oblectatione lustrasse fatebatur. Vidimus etiam extremæ Senectutis effigiem, anno Centesimo ascripto, apud Cl. Raguscum, qvi à Cassandræ pronepotibus habuit qvicqvid ejus reliqvum erat. Is vero cum intestatus decessisset, supellectili sub hasta divendita, scripta qvæ Pauli Leonis Cassandræ pronepotis typis paraverat, partim ad manus nobilis Viri D. Evangelistæ Zagaliæ Patavini

una

una cum duabus Iconibus pervenerunt, partim ad Joan. Baptistam Fichettum Cameræ Ducalis Cancellarium, antiqvæ fidei & probitatis virum, mihi amicissimum transierunt: Qvorum uterqve schedas mihi perhumaniter communicavit. Alterum codicem Epistolarum Cassandræ amice donavit Nobilis Patricius Pat. D. Alexander de Este, historiæ patriæ studiosissimus. Inde, qvæ aliis fluxa & parum firma videbatur futura tantæ virtutis memoria, ut ab ingenio & literarum cultu firmior evaderet, nostra imprimis cura fuit. Qvæ vero ad nos pervenerunt Cassandræ monumenta, præter orationes, Epistolæ sunt ad M... gnates, & Amicos perscriptæ. Sed qvas errorum p... nas a Librarii incuria, qva licuit integritate exhib... Sæpe enim Divinatione opus erat, cum aliunde e... xemplaria, in Bibliotheca D. Marci, Vaticana, Med... cea, Ambrosiana, & Urbinate per Viros Clariss. & ad juvandas bonas literas natos, Leonem Allatium, Franciscum Bernardinum Ferrarium, & Gabrielem Naudeum, alibiqve apud privatos frustra expetita deficerent. Hæ autem curiose doctis eo cariores erunt, qvo rariori & Seculi & sexus exemplo majorem ingenii laudem merentur.

JULII SCALIGERI
in Cassandram Epigramma.

INdagare valet nullum si fœmina verum,
Qvod lateat gremio consilioqve Dei,
Nec Genium celso naturæ ducere cœli:
Nunqvam tu fueris fœmina, sed vir eras.
Sive uni dedit hoc divina potentia munus,
Hoc una ex cunctis fœmina munus habes,
Seu decus hoc, donumqve Dei datur omnibus æqve
Es Cassandra aliis omnibus una satis.

FINIS.



